



Homiliarum doctiſ-

SIMI VIRI IOAN-

NIS ECKII, ADVERSVS

LVTHERVM ET CAETE-

ROS HAERETICOS, DE

SEPTEM ECCLE-

SIAE SACRA-

MENTIS.

TOMVS QVARTVS.

כַּבֵּד אֶת אָבִיךָ וְאֶת אִמֶּךָ לְמַעַן
יַאֲרִיכֻן יָמֶיךָ עַל הָאֲדָמָה׃

Exod. 20.



Ciconia in cœlo cognouit tempora ſua. Hieremiæ. 8. c.

26340

PARISIIS.
Apud Sebaſtianum Niuellium, ſub
Ciconiis, via Iacobæa.
1553.

Universidad de Deusto
Biblioteca
COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER
JHS
PROVINCIA DE NAVARRA
Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. D. N. PAVLO III. PONT. MAX. POST OSCVLA PEdum beatorum, Dei gratiam & virtutem.

IMMODICE perfusa est gaudio Germania Beatiss. pater, quid Germania? totus inquam Christianus orbis, cum Dei nutu ad summum illud pontificatus fastigium, vnanimis sacri Collegij votis te euectum intellexit. Et cum primis nos, quotquot in vrbe aliquãdo fuimus, qui pietatem animi tui, genuinam facilitatem dexteritati coniunctam ac eruditioni, non sine admiratione, præsentes suspeximus. Hinc, omnia nobis pollicemur, quæ ab optimo pastore, Christi vicario expectari possint. Modo curet S. T. id esse quod audit: & in primis sanctum concilij Aecomenici negocium, vanè sæpe promissum, ab aliquot seculis non exhibitum, ita inuicto animo, vna cum Cæsarea maiestate, ac reliquis christianis potentatibus promoueas, vt Ecclesiæ à tot hostibus afflictæ, & tam laceræ, tandem consulatur. Et sic omnino existima, hanc coronam à Deo iam centum annis in id tibi fore reseruatam: quare gloriam tuam ne des alteri, sed tene quod habes, ne coronam tuã accipiat alter. Quòd autem clementer admodum S. T. per literas suas in forma breuis, dignata est me homuncionem hortari, vt hoc tempore studium pietatis ad catholicam fidem defendendam, adhibere velim: præstat obsequiosum animum facto potius quàm phaleris verborum declarare. Ecce qui iam pridem Chalcographorum opera, primam partem operum aduersus sectas publicaueram de Primatu Petri, & de Pœnitentia: Secundam item partem de sacrificio missæ, de Purgatorio, de imaginibus non tollendis: exhibui tandem quintam partem Declamatoriã hominibus nostræ linguæ, in quatuor Tomis. multorum autem etiam illustrium pulsatus precibus, curaui vt latine loquerentur: ex quibus tres priores sub clemente septimo fere emisimus: Iam vero quartum Tomum de Sacramentis, cum vtilem, tum nostris necessarium exhibemus, iussu reuerendiss. Cardinalis Moguntini, principis & virturibus & dignitatibus, & natalibus excelsi, ac studiorum Mecœnatis pientissimi, ab initio è nobis

editum Germanice, quem S. T. nuncupatim dedicatum, latinum theatro orbis exhibemus. Quo opere abunde testatum arbitror, omnia me pro ecclesia, pro fide, pro sede apostolica impigerrime facturum D. O. M. diu nobis seruet S. T. incolumen. Ingoldstadij Baioariæ prima Martij, Anno gratiæ, M. D. XXXXV.

S. T.

Obsequentiss. seruitor I. Eckius.

¶ SYLLABVS EPISTOLAE GERMAnicæ ad reuerendiss. ac illustriss. principem Electorē D. Albertum Cardinalem Mogūtinum Germanię primatem &c. Marchionē Brandenburgen. Ducē Stetini &c.

SPIRITVS sanctus, quem Christus dedit apostolis & toti ecclesię consolatorem & doctorem veritatis, locuplete suo munere functus est per canonicos scriptores, sacra concilia, & sanctos doctores, qui eius inspiratione & afflatu scripserunt, diffiniuerunt, ac declararunt, quæ ad Ecclesiæ ædificationem vtilia fuerunt, oportuna ac necessaria, vt vere dicere possimus cum Ioanne, Vnctio docet nos de omnibus. At obstinatior est hominum malitia, quā quòd scriptis & definitionibus eorum obediat: sed sicut Dathan & Chore & Abyron, & persepe Iudæi restiterunt Moysi, Deo adhuc præsentiam suam in terribili fumante mōte Sinai, buccinis, tonitruis & fulguribus attestante: Ita hodie Deus permittit huiusmodi cæcitatem & duritiem schismaticorum in Ecclesia, quemadmodum & ipse & S. Petrus, S. Paulus, S. Thaddæus hæc omnia prædixerunt. Quomodo autem pij fideles debeant esse instructi in hoc periculoso tempore, docuit nos Paulus Thessal. scribens, Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorū, & pacem habete cum eis. & præmiserat, Consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut facitis. Vtinam omnes principes & rectores cum subditis paruissent iussui apostolico, sicut Reuerendissimus Antistes Moguntinus, qui bullam pontificiam, edictū Cæsaris aduersus Lutherum, adhibitis paternis admonitionibus

Ioan. 14. Ioan. 16.

1. Ioan. 2. Num. 16. Exo. 19. & 20.

Matt. 24.

2. Tessa. 1.

2. Petr. 2. Iudæ 1. 1. Tessa. 5. Car. Moguntinus.

nibus per omnia sua dominia, maturè & grauiter curauit publicari, inobedientes mansuetè primum, dein virga apostolica ad saniorem mentem reuocare studuit. Calicearios laicos primum ex curia sua amādauit, dein ex dominiis suis proscripsit: vnde furiosi apostatæ Lutheri vespas & œstra in se concitauit, vt illius famam atrociter ac seditiosissimè proscinderent. Oculatus sum testis & auritus, qua diligentia, quanto studio schismaticos ad concordiam in Comitijs Augustæ & Ratisbonæ reducere sategerit. Eodem zelo, cū auidè legeret, & secum circumueheret. Homilias nostras de tempore, vt vocant, & sanctis, iussu Bauariæ Principum per me editas, visum est illustriss. suę. D. ex re fidelium esse, si quartum Tomum de Sacramentis subiicerem, quòd filij Amon & Moab hostes ecclesiæ hic maxime insaniant: Iussit vt eum facerem: sacrosanctum existimaui tanti præsulis iudicium, & Deo adiutore fœliciter absolui, ac celsitudini suæ dedicatum, cum mei commendatione, Typographorum opera in mundum sparsi. Deus Mecœnatem pientissimum diu seruet incolumen.

A calice quē in vnione necessarium asserunt.

SOLI DEO GLORIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN NOMINE TVO
DVLCIS IESV.

HOMILIA PRIMA DE SACRAmentis in communi.

¶ Samaritanus appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Luc. 10.

Auguſt. Beda.

MEmini dubium ſit, dilectiſsimi in chriſto fratres, ipſum de ſe dominum parabolam hanc loquutum, & ſeſe verum ſignificaſſe Samaritanum, vt Augu. & Beda teſtatur, ſiquidem lingua Hebræa Samaritanus cuſtodē ſonat, à verbo שָׁמַן deducto vocabulo. Vere em̃ verus ille cuſtos eſt, medicúſq; ſalutaris animarum, eo quod miſerrimo iamq́ue omni ope deſtituto homini exuli, eiecto ex paradiſo, neque ſacerdos legis, neque leuita prophetarum auxiliari poterat ipſe etiam ſalutis capax non erat, tantiſper dum Samaritanus ille Chriſtus pertranſiens iam incarnatus vulneratum & grauiter ſaucium Adamum curaret, cælumq́ue ei reſeraret, quod non poterat præſtare lex, quæ neminem ad perfectum valebat adducere, neque animæ mederi. quo reſpiciens etiã Eſaias dixit, Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circunligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Quo dicto quid obſecro aliud inſinuare ille voluit, niſi quod vulnus peccati originalis, liuor venialium, & tumens mortalium peccatorum plaga curari nō potuerunt, vſquedum medicus ille Chriſtus veniret, verus Samaritanus, ferens ſecum vnguenta & medicamenta præclaræ ſuæ paſsionis & mortis? Quod in ſpiritu iam olim præuidens Dauid in Pſal. dixit, Miſit, ſcilicet pater æternus, verbum ſuum, verbum æternum & increatum, atque ſanauit eos. Is ipſe eſt pharmacopola verus, quem etiam in ſpiritu vidit Sapiens quum ait, vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis: vnguenta ea ſunt ſacramentorum ſanctorum quæ in Eccleſia adminiſtrantur. Idem apertè quoque docuit Paulus quando ad Hebræos per longum commemorat quomodo ſacrificia & miniſteria circa eſum, potum & ablutiones, necnon quælibet iuſtitiæ carnis in lege, neminem potuerint perficere in cōſcientia, eo quòd impoſsibile

Chriſtus Samaritanus.
Heb. 7.
Eſa. 1.
Pſal. 106
Eccl. 38.
Heb. 9.

poſsibile eſt, vt ipſe ait, ſanguinem hircorum & vitulorum delere peccata. Verum Chriſtus nos ſanctificauit in ſanguine ſuo. Non latuit etiam hoc Dauidē, qui ob id introducit filium ita loquentem ad Deum patrem. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce venio: fruſtra igitur fuerunt omnia, nec quicquam profectum eſt in aliquo, vera enim animarum medicina in terram nunquam venit, niſi quùm Chriſtus Samaritanus ille verus deſcendit ad hominem miſerum ſanandum, iuxta illud quod ab initio diximus, Samaritanus appropians. Aue Maria. ¶ Simulátque homo per lapſum Adæ (qui à Hieruſalem paradiſi deſcenderat in Hiericho (veſtem amiſit innocentiæ, & quid denique non? omnem lætitiam, gaudium vniuerſum, dignitatem honorem, ipſam quoque paradiſi ſalubritatem. & ſic iam immenſis Dei beneficiis priuatus eſt, vulneratus inſuper in naturalibus etiam animæ virtutibus: vt porro iam in peccatis concipiamur & naſcamur omnes, teſte Pſalm. In peccatis præterea continuò viuimus, & ſi quando contingit nos per gratiam diuinam à peccatis liberari, tanta adhuc eſt humana imbecillitas, vt dicto citiùs relabamur in vitia, inſtar canis reuertentes ad vomitum. Atque hæ ſane lætales ſunt infirmitates hominis, tam citò & leuiter in peccata cadentis. Atque huiuſmodi morbis mederi volens medicus ille cœleſtis & Samaritanus verus Chriſtus, venit in terram, ipſumq́ue ægrotum impoſuit ſuo iumento, hoc eſt gratiæ ſuæ, iuxta iſtud Petri, Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum crucis. Medicamenta porro quæ nobis attulit ipſa ſunt ſanctiſsima ſacramenta, quæ ille tanta miſeratione ductus, & animo pluſquam paterno commotus inſtituit, vt iis vteremur ad ſalutem. Quorum quum ſumma nobis ſit, & incumbat neceſsitas, iisq́ue ſedulo vti debeamus, ne de negligentia noſtra redarguamur, néve vt ingrati cenſeamur de paſsione, morte, & merito Chriſti. Ob id nimirum conſultum fore duxi, de ſacramentis nonnihil prædicare, atque vt hoc ordine fiat commodiori, principio de vocabulo ſacramenti nonnihil prælibandum erit, deinde diſſerendum de veteris legis ſacramentis, eorúmque à ſacramentis Eccleſiæ diſcrimine. Mox de autore illo qui ſacramenta inſtituerit, & numero eorundem. Poſtremo

Heb. 13.
Pſal. 39.
Pſal. 50.
1. Pet. 2.
Ordo dicẽdorum.

de singulis ex ordine sacramentis, quantum per diuinę gratiæ instinctū & aspirationem licebit, dicere prosequemur.

Sacramentum. 1 Principio quod ad vocabuli huius vim pertinet, satis liquet primo aspectu illud latinā habere originē. Quur autē vox hæc nihilo immutata permanserit apud veteres priscos illos nostros Germanos, equidē non aliam arbitror esse rationem ab ea quā Augustinus assignat, & ante eum Origenes, quur quædam nomina, vt amen, alleluia, osanna, sic integra sine vlla interpretatione reseruata sint in ecclesia, quum vtique nec Apostolos, neq; eorum successores patres sanctos latuerit istorum vocabulorum vis & significatio. Sed quia in iis nonnihil altioris significationis, & velut abditæ sanctitatis latere videbatur, & quia nomen nomini reddi non poterat cōmodè, ita remanserunt integra. Quid igitur mirum si idem quoque à Germanis sit factitatum, qui quum fidem Christi reciperent, simul etiā vocabulum sacramenti integrū adsumpserūt, quāuis nescij nō erant quid eorum lingua vox hæc designaret, sonat enim sanctum quoddam & efficacissimum signum in operando gratiam, sicut infra dicetur.

Augusti. Hiero. ad Marcellū.

2 Hinc sequitur quā iniquè Neochristiani sanctum illud sacramenti nomen euellere conētur, dū illud è vulgo petito vocabulo signum vocāt, vt Zuinglius & alij factitarunt, vtiq; instinctu hostis maligni, qui istiusmodi immutationibus peruersis, piam hominum deuotionē, & immensam sacramētorum dignitatē nititur deprimere. Quod & iamiam Zuinglio euenit, qui dū fastidiret ad hoc sacramenti vocabulum, contendens Germanos illud nūquam vsurpasse, simile sibi tædiū concepit, vt Iudæi super māna, dicētes: Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quid inde cōtigit? non multo post dignissimum ex omnibus sacramentū amisit, ipsum sanctissimum Christi corpus, & nefandæ sacramētariorum sectæ author ipse primus extitit. Atque sic semper aliud ex alio malum, & abyssus abyssum inuocat.

Nume. 23.

Contra Zuingliū.

Interim isti apostatæ peruersi, sui similes per omnia sequūtur Iudæos, qui non dissimili eiusdem vocabuli detorsione seckermentum vocarunt, à verbo שקר, quasi rem vanam mendacem, planéq; nihili. Ita nimirū isti apostatæ nomen illud sacramentis simili modo inuident. Verū nos idipsum in singulis deinceps sacramentis explicabimus. Veruntamē ad præcauendas huiusmodi immutationes vocabulorum, lubet

lubet hoc loco ponere tantummodo verba beati Aug. qui sic ait: liberis verbis vtuntur philosophi, nec offensionem aurium religiosarum pertimescunt, nobis autem ad certam regulam loqui phas est, ne qua re transgrediamur terminos antiquos, quos posuerūt patres nostri. ¶ Quid multa? vos quoq; dilectissimi perseuerate in veteri illo sancti nominis sacramenti vsu, sicut fecerunt maiores nostri iam inde ab origine susceptæ fidei, quæuis enim omnis nouitas & subita innouatio suspecta est, atq; odiosa, & plerūq; discordiam & dissensionem ingerit, vt affirmat Honorius papa, tamen in fide citra consensum & approbationem superiorum omnis innouatio pernicioſa est, & execrabilis. Nolite igitur sacramēta nouo & impio ritu vocare signa, quoniam signa medicantium, militantium & eorum qui ad teloneum sedent, signa sunt similia iis quæ opifices vsurpant & cerdones, nihil habentes cum sancto sacramenti nomine commune, vt infra mox docebimus.

Lib. 10. de ciuit. cap. 23.

C. Cum cō suetudinis de consue.

Sacramentum ethnicum.

2 Cum itaq; constet istud sacramenti vocabulum à latinis promanasse, atq; à sacro deriuatum esse, nihil amplius in eo laborandum est nobis, quomodo Ethnici scriptores eo sint vsi, qui interdum militare iusiurandum sub certo vexillo & Centurione sacramentum appellarunt, vti Vegetius sacramentum vocat militare. Quur id? inquies, siquidem illi quoque per deos suos iurabant, quos ipsi sanctos credebant. Simili modo vbi quando duo inter se mutuo certauerant, depositō in hoc certaminis pignore apud idolum, vel ipsius idoli pontificem, sacramentum idipsum vocabant. Valeant autem ista gentilia, inepta & impia, quæ ideo tantum induximus, vt inde errorem suum cognoscant Neochristiani, videntes etiā apud Ethnicos sacramentum nullū fuisse, nisi vbi sanctum, aut, vt ipsi putabant, diuinū quid esse videretur. Cæterum more Christianorū loquendo de sacramētis, sicut ea semper in ecclesia catholica fuit cōsuetudo, videmus sacramēti vocabulum tripharian vsurpari. Et primum quidem sacramenti appellatione venit etiā res aliqua mystica & sancta, cuiusmodi mysteriū vocant Græci. Atque in hunc modum loquitur Paulus, dicens: manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne. Mysterium id siue sacramentum ipse erat Dei filius, sub humana natura occultatus, sicque in carne manifestatus est, apparuit an-

Sacramentum eccle. trip.

1. Tim. 3.

Tob.12. gelis, prædicatus est mundo: sic & Raphaël ad Tobiam inquit, sacramentum regis abscondere bonum est: opera autē Dei reuelare & cōfiteri honorificū est: fecerúntque adeo illud Prophetæ veteris testamenti, dum verbis velatis & occultis diuinorū consiliorum mysteria reuelarunt de incarnatione Christi, passione & morte eiusdem. Hinc etiam fit *Roma.1.* quod propter eiusmodi obscuritatē Paulus ipsum tempus legis, noctem appellat, nox, inquiens, abiit, dies autē appropinquauit. Et hoc sensu, de sacramento loquutum esse constat sapientem quum dixit, hæc cogitauerunt & enarrauerunt, & nescierunt sacramenta Dei, hoc est occulta eius consilia & mysteria. Cōtra Iudæos ea loquutus est, qui Christū *1.Cor.2.* occiderunt, quomodo & Paulus dicit, si cognouissent, do- *Dani.1.* minum gloriæ nō crucifixissent. Eodē modo Daniel quoque mysticā illam significationē, quam Deus per somnium voluit innotescere Nabuchodonosori, sacramentum voca- *Ephe.1.* uit. Sic & Paulus de sacramēto loquitur ad Ephesios, expli cans quomodo Deus Apostolis voluerit innotescere sacra- *Ephes.3.* mentum suæ volūtatis, & quodnā sit illud, deinde ostendit quū ait, instaurare omnia in Christo. Et adhuc apertius subdit. Mihi omniū sanctorū minimo data est gratia hęc, vt gētibus euangelizarē inuestigabiles diuitias Christi & illuminarem omnes, quæ sit dispēsatio sacramēti à sæculis in Deo qui omnia creauit. Cōsimilem locum inducit & ad Colos. *Apoc.17.* Atque in Apocalypsi vtitur eodē vocabulo angelus dicens Ioanni, ego dicā tibi sacramentū mulieris, loquens de fucata ista muliere omnis impudicitiæ Babylonicę: neq; statim *Sacramentum Babylonis.* ideo malū quid intelligi debet nomine sacramenti circa mulierem malam, siquidem ibi sacramentū, designat occultū illud iudiciū super muliere, quę siue hæresim repręsentet, siue Turcicā perfidiā atque idololatriā, nunc nō laboramus. Certe illa siquidem corā & in mundo hoc tanto fastu, tantaque potentia & prosperitate intumescet, tandem occulto iustoque iudicio Dei cōdemnabitur, (alioquin arbitrantur per ironiam dictū, quia iactabit hæresis mysteria & sacra, quæ angelus sacramenta ironicos appellat.) Neque verō christianis usus est, hoc sensu septem ponere & affirmare *Exod.12.* Ecclesiæ sacramenta. 2. Porro adhuc sacramentum vsurpatur pro signis veteris testamenti, quæ dominū Iesum typice figurabat, sicut agnus paschalis die 14. mēsis primi immolatus,

molatus, significauit verum agnum nostrum Christum dominum, quem circa tempus paschale oportebat immolari, Paulo teste. Ad eundem modum serpens æreus à Moyse iu- *1.Cor.4.* bente Deo factus & exaltatus in deserto, vt omnes quot- *Luc.21.* quot à serpentibus demorsi essent Iudæi intendentes in illū *Num.21.* viuerent, is quoque Christum repręsentauit, vt ipse exposuit Nicodemo. Et hoc modo vniuersum vetus testamentum ad Christum tanquā verissimum scopū referri potest: *Ioan.3.* quam obrem Paulus ait, omnia in figura illis contigisse. Et *1.Cor.10.* hoc sensu frequenter sancti patres vsi sunt sacramenti vocabulo, vnde August. ait, Prima sacramenta quæ obseruabantur, & celebrabantur ex lege, prænunciatiua erant Chri- *Lib.19. cō* sti venturi, sic sæpe loquuntur Chrysost. Orige. Ambros. *tra Faustum ca.13* & reliqui. 3 Postremo vtimur hoc ipso sacramenti vocabulo neq; pro quocunq; mysterio sacro neque pro quolibet signo sancto, sed pro iis tantum signis quæ faciunt ad sanctificationem animæ, quæque à deo data sunt aduersus peccata, pro animarum salute. Et ea quidem misericors atque mitissimus deus instituit pro quocunque tempore, ad medendum humanæ miseriæ & fragilitati. Pro nullo enim statu, inquit beatus August. deus reliquit hominem sine re- *Augusti.* medio peccati originalis, quanuis iam inter hæc ipsa remedia non parum interest discriminis, siquidem nec sacerdos neque leuita hominem poterat sanare, neque eorum sacramenta. Quapropter nos deinceps de differentia sacramentorum vtriusque legis disseremus.

HOMILIA SECVNDA DE
causis ob quas instituta sunt Sacramenta.

Samaritanus appropians. Lucæ 10.

NE differētib⁹ nobis de sacramētis ecclesiæ, obiter occurreret alicui puersus quispiā intellect⁹ vocabuli ipsius sacramēti, iā superiori homilia declarauim⁹, quo nā sensu hic accipiatur. Nūc porro priusquā vtriusq; testaméti sacramenta recēseamus, cōsultū fore arbitramur vobisq; nō insalubre, antea causas institutorū sacramētorū enumerare, vt inde ꝓ sua quisq; vtilitate sibi in animo ꝓponat, quidnā fructus ex ipsis sit sacramētis percepturus. Prius tamē hoc loco palā ꝓ *Sine sacra* fitemur, deū virtutē suā sacramētis nō alligasse, ita vt absolute loquēdo, saluare hominē nō posset citra opē sacramē- *mētis saluari.*

torum, siquidē idipsum in sua tantummodo diuina volun-
Lib. 3. de Trinita. cap. 4. tate & beneplacito consistit. Vñ & Augu, inquit, Voluntas
dei est prima & summa causa omniū corporalium specierū
atque motionū: nihil enim fit, quod nō de interiori inuisibi
Luca. 23. li atq; intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeatur,
aut permittatur in ista totius creaturę ampliſsima & im-
mensa quadam republica. Eius rei si testimonia ex sacris li-
teris forte requiris, en satis magnum testē tibi ipsum in cru-
Lib. 32. de ciuit. dei. ca. 7. ce pendentem latronē, cui paradisum promisit Dominus, si
ne vllo præuio sacramento tantū super fide quam habebat:
sic innocētes quoq; pueri ab Herode ante circūcisionē occi-
si sine vllo sacramento sunt saluati. Hinc in vniuersum cō
cludunt doctores, quod si quis vel impeditus, vel subito sit
præuentus quominus percipiat sacramēta, ei tamen gratiam
suam nō abneget Deus, vt ait beatus Augu. Quicunq; non
percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione
moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantū
si abluerentur sacro fonte baptismatis. Et rursus in alio lo-
co baptismi vicem aliquando implere passionem, de latro-
ne illo, cui non baptizato dictum est, hodie mecum eris in
paradiso, beatus Cyprianus non leue documentū adsumit.
Quod etiā atque etiam ego considerans, inuenio non tan-
tū passionē pro Christi nomine, id quod baptisma deerat,
posse supplere, sed etiam fidem conuersionémq; cordis, si
forte ad celebrandū mysteriū baptismi in angustiis tempo-
rum succurri nō potest, fundamentum illud sunt, qui istor-
sum rapiunt, quod ij qui bene rectéq; viuūt in remotis in-
sulis, quò baptismus & euangelium non peruenerunt, etiā
ex misericordia saluētur: quod nō facile tamē admittimus.
Verùm de iis alias, nūc iam quod cœpimus prosequamur,
ipsas institutorū sacramentorū causas explicādo. 2 Etiam
si vnica illa diuina voluntas sufficiens nobis est causa sacra-
mentorum, & omnium virtutum seu operationum ex illis
Psal. 134. prouenientium (quæcunque enim Deus voluit ea & fecit
in cœlo & in terra) attamen quū rationabilissima sit volū-
tas Dei, eiusmodi rationabiles causas cum omni humanita-
Ratio. 1. Cur sacramenta instituta. te perserutabimur, nō recedentes vel transuersum digitum
à sanctorum patrū decretis. Prima igitur ratio sit illa, quo-
niam sacramenta nobis data sunt in humiliationem, æquum
enim erat, testāte idipsum Augustino, vt homini, qui obe-
dientiam

dientiam Deo subtraxerat, obœdientia quoq; creaturarum
subtraheretur. Sicut ergo homo creatus est à Deo, vt domi- *Augusti. Gene. 1.*
naretur omnibus super terram, ita ille iam lapsus ad recupe
randam gratiam Dei cogitur se humiliare, suamq; salutē à
Deo per creaturas petere longe inferiores se. quomodo
autem non placeret hoc Deo, hominem ex ipsius præcepto
sic se humiliare ad creaturā: quanto enim magis subiicit se
creatori? ¶ Colligitur hinc quā execrabilis sit error Neo- *Error.*
christianorū, qui eò sacramēta cōtemnunt, quod in vilibus
creaturis exerceātur, clamāt enim blaterones isti, Quid mi-
hi prosit aqua? quid oleum, quid vnctio ista? Ventus hic ni-
mirum est ex aquilone, ab ipso fastuoso & elato lucifero,
dum nolunt isti se humiliare ad creaturas à deo ad hoc ordi
natas & deputatas, neq; aliter faciunt quā Naaman iste qui *4. Reg. 5.*
dolēs se lauare in Iordane dixit, Nūquid nō meliores sunt
Abana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israël?
magis in hoc respiciēs aquarū naturam quā diuinam poten
tiam, sicuti iam quoq; faciunt sapientes mundi huius: verū
superbia eorum eleuauit eos, & comprehēdentur in super- *Psal. 58.*
bia sua, atque ea ipsa illorum superbia ad infernū detrahe- *Isa. 14.*
tur in profundum laci, nisi pœnitentiā agant corde contri-
to. ¶ Altera causa quur instituta sint sacramenta est nostra *Secunda ratio.*
eruditio & instructio. Quū enim homo magna quadam no
bilitate exornatus & creatus in paradiso, creaturas & res
omnes cognosceret citra mediū, qualis vnaquæque erat in-
seipsa, deinde tamen propter peccatū nobilem illam & exi-
miam amisit intelligentiam, atq; nunc porro cogitur ab ex-
ternis omnem scientiā haurire, vnde & Dauid ait, Homo *Psal. 48.*
quum in honore esset nō intellexit: comparatus est iumen-
tis insipientibus & similis factus est illis. Aspice proximum
tibi hominem, equum, lignū, lapidē, domum, nō vtiq; essen
tialē earum rerū cognoscis substantiam, sed accidentia tan-
tum, colorē, formam, figuram, vocē, &c. Eo respiciens etiā
Arist. dicebat, nihil esse in intellectu, quin prius fuerit in *Aristot.*
sensu. vtique autem intelligentia ipsa domina est in anima,
exterior autem ista sensualis cognitio ancillatur tātum, nūc
videndo, nūc audiendo, atq; hoc nobis suo peccato incōmo
ditatis intulit Adam, vt iam domina præstare per senil pos-
sit circa adminiculū ancillæ. Quumq; nō sciamus, vt ait So-
crates, quæ infra nos sunt, quomodo ea quæ supra nos sunt *Socrat.*

noscere valeamus? ideo non potest homo cognoscere cęlestia in seipsis, sed tantum Paulo attestante, inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sic nō intelligimus gratiam dei neq; virtutem ipsius: atq; ideo ad nostram informationem visibilia nobis sacramenta contulit deus, per quę illam etiam discęremus agnoscere. Similiter quomodo spiritus sanctus abluat animam paruuli à peccato originali, addiscere debemus penes externam ablutionem corporis in aqua, siquidē ea nobis signū est interioris ablutiōis in anima, simúlq; nos excitamur incordibus nostris ex iis quæ videmus & audimus, illā quoq; spiritualiter cōsiderare. ¶ Tertia porro caussa sacramētorum salutaris est exercitatio, siquidē ipsius hominis animus fluctibus maris irrequietior est, sempérq; se exercet instar simiæ, profundū enim est cor super omnia, hinc quum illud phātasias patitur, exerce ipsum in rebus cœlestibus. Atq; in hoc conueniunt omnes doctores, quur in lege deus tot pręcepta promulgarit, puta. 613. tótq; sacrificia, quoniā quum illi tantopere erant ad idololatriā propensi, voluit eos deus contínere in iugi exercitio preceptorū suorū & totius cultus diuini, in quo dum occupati essent, facilius obliuiscerētur reliqui cultus idolorum, iuxta illud B. Hiero. semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus occupatum inueniat. cui cōsentit istud sapientis, Multam malitiam docuit ociositas. cuiusmodi autem exercitia quilibet Christianus habere debeat, deinceps circa singularia sacraméta dicetur. Atq; hæ generales tres sunt causę institutionis sacramentorum. Reperio adhuc plures eius rei rationes, quarum prima hæc est, quoniam vt Aug. ait, In nullum nomen religionis seu verū seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorū vel sacramentorum visibilium consortio colligentur, quorum sacramentorū vis inenarrabilis valet plurimū, & ideo cōtempta, sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine qua non potest perfici pietas: sic bene decuit populo dei peculiaria dari signacula, quibus se mutuo dignoscerent, atq; ab aliis gentibus seperatos esse viderent, sicut Iudæi penes circuncisionem, Christiani in baptismo.

¶ Sequitur inde quātum aberrēt Neochristiani, qui sacramenta ecclesiæ penitus negant, qui tametsi rumpantur, carere tamē non possunt externis signaculis & cęremoniis, vt

Roma. 1.

Tertia ratio

Hiere. 27.
Eccle. 34

Hier. ad rusticum.
Eccle. 33.

Lib. 19. contra Faust. cap. 11.

1 Error.

Auguſt. ipſe teſtatur. quid enim comminiſcuntur tot nouas ſuorū ſacrificulorū cęremonias? nōne ſalubrius eſſet remanſiſſe eos cum eccleſia catholica? Abrogarunt illi quidē cantica eccleſiaſtica, quæ plus mille annis ab ipſis iam inde temporibus Gregorij in vſu eccleſiæ fuerūt, quid autē iſti iam pro iis cantillāt? mēdicāt nimirum adhuc quaſdam particulas ab eccleſia, deinde canunt neſcio quid chorearū, & Vuitt emburgenſium cantiuncularum, quas vel profugæ & apoſtatæ monachi, aut Veſtales confinxerunt, vel textores. Nōne ſatius foret eos eccleſiam ſanctam eſſe ſequutos iuxta doctrinā ſapiētis: fili mi ne dereliquas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, liga eam in corde tuo. ¶ Alia etiā ratio ſacramentorum ipſa eſt dei miſericordia ſimul & iuſtitia, quū enim grauiter laboraret homo ex peccato, & liberū eius arbitriū nimis inſtabile eſſet & procliue ad peccandum (ſiquidem ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua) magna itaq; dei miſeri cordia hęc fuit in iuuando hoīe miſerē ægrotante, vt inquit Hugo, ſacramenta ab initio ad reſtitutionem & curationē hominis inſtituta ſunt. Verū nolēs hoc tolerare iuſtitia diuina, vt fieret ſine mediis, voluit hominē ſemet ipſum humiliare & aliquid huiuſcemodi facere, per quod tāquā per fœdus gratiā dei rurſus cōſequeretur. Ratio hęc ipſum quo que finem demonſtrat, quur tādem & in quem finem ſacramenta ſint inſtituta, ad ſaluandas nimirum animas noſtras.

4 ¶ Poſtrema cauſa (ne euagemur longius) eſt certificatio conſcientiæ noſtræ: quicquid enim aliàs faceret homo, ſemper tīi adhuc incertus eſſet gratię diuinæ. Puta pœnitentiam agat, oret, confiteatur: nondū tamen certus erit de gratia dei, etiam humana reputatione: ſiquidem indubitatū eſt neminem hominum hic in terris certū eſſe poſſe ſuper hoc, ſine diuina reuelatione, iuxta illud Sapientis, Nemo ſcit, odio vel amore ſit dignus. Vt autem nos homines certi efficiamur (quantū ſcire fas eſt homini pro hoc ſtatu) de gratia dei, inſtituit ille nobis ſacramenta tanquam certa & efficacia ſigna firmáq; teſtimonia ſuæ gratiæ & charitatis, dum modo ipſi ea non ſuſcipiamus indignè, &c; noſmet in gratia conſequenda impediamus. Vt natum iam recēs paruulū certum eſt habere peccatū originale, Dauide & Paulo ſubſcribentibus: vbi primum autē baptizatus fuerit, certò ſcias

Prou. 8.

Quinta ratio.
Cene. 8.

Lib. 1. de sacramen.

Sexta ratio.

Eccle. 9.

peccatũ ei esse remissum, cuius rei nullus homo certos nos facere posset in orbe, sed deus ipse per illud suum efficax signaculum, cui ille assistit cũ diuina sua virtute, nos certos efficit. Similiter cum confesso alicui sacerdos exprimit absolutionem, iam certus est (nisi ipse ponat obicem gratię dei) quod ora sibi peccata sunt remissa, per illud certũ signum, quod ipse instituit in die paschæ, quãdo apostolis contulit claues cœli. Magnæ vtique consolationi est omnibus ægrotis: certum aliquod commõstrasse signum sanitatis futuræ. Hinc quis non videat, quanto in honore sacramẽta sint habenda, certa nostræ curationis signacula! Gratias quoque Deo agamus pro sua immensa benignitate & misericordia, quod hęc nobis tam salutaria signa instituit pro certitudine nostræ sanationis. Ingratiq; adeo sunt Deo, qui sacramentum accipere nolũt pœnitentiæ, vltro nolentes esse incerti de peccatorũ remissione, vt Lutherus ipse declarat: imo & hoc cõstãter affirmare ausim, eos certo esse in ira Dei propter inobœdientiã suam erga Deum & ecclesiam. Approprinquãte ad eos Samaritano, vt alliget vulnera multorũ, ipsum quoq; auersantur & respuũt. Verũ hæc alias. Hic tamẽ vt finiamus, Vera causa institutionis sacramentorum ipsum est beneplacitum Dei, eiúsque sancta & omnia potens volũtas, sed si ad rei conuenientiam respiciamus, rationes sunt illæ sex supradictæ. Nunc pariter omnes dominũ oremus.

Ioan. 20.

In resol. de indulg.

HOMILIA TERTIA DE SA-
cramentis legis & circuncisione.
Samaritanus approprians, Lucæ. 10.

SVperiori homilia aliquot enumerauimus causas, ob quas sacramenta sunt instituta. quæ si penitus cõsyderentur, vltro secum ingerũt & quędam quæ inde merito sequũtur, & quibus nõnullæ rationes dissolui poterũt. Principio hinc sequitur, quod si statu innocẽtiæ in ipso paradiso Adã non peccasset, Deus sacramentum nullum instituisset, quoniam vt supra commemorauimus, sacramenta contra peccatorum morbos sunt instituta: quando igitur non erat in paradiso peccatum, remedio quoque non indigebat, vt testatur Hugo, sic reliquæ etiam sacramentorum causæ in paradiso locum non habent. Proximum etiam huic est, quod cõiugium in paradiso pro illo tempore institutum non fuit pro

Hugo de nuptiis & concupisc.

pro sacramento, sed officio & ministerio quodã, teste Augusti. deinde successu temporis remedium factum est ægrotis, quod antea sanis erat ad officium: de his plura infra in materia matrimonij. Præterea sequitur, quod vbi primum homo nactus est istam animæ infirmitatem, statim tunc ex gratia & misericordia sua Deus instituit sacramenta pro remediis. Quumque triplex sit lex, triplicia etiam instituit sacramenta, in lege naturæ, in lege scripta, & in lege Euangelica, de iis iam ex ordine disserere progrediemur.

Lib. 1. de sacram.

De sacramentis in lege naturæ.

¶ Primum omniũ: vt proprie loquamur, quatuor tantum tunc erãt sacramẽta, ex doctorũ cõcordi sententia, & quidẽ sicut lex ipsa obscura erat, ita obscura etiam erant sacramenta in sanctificatione. Primúmque à deo matrimonium est, de quo agetur postea (aliqui tamen non nominantes matrimonium, quia nõ fuit tunc institutum, sed in paradiso) ponunt tria. Sacramentum vero secundum erat commune illud sacrificium, quod pro se quisque & liberis suis facere solebat. sic Abel obtulit, & respexit ad munera eius: atq; hoc remediũ fuit cõtra peccatum originale. Vide super hoc homilias in die circuncisionis domini. Et hęc ipsa sacrificia signacula quædam erant sancta, quia typicè Christi oblationem figurabant in cruce, iuxta illud Ioan. agnus occisus est (Augu. legit signati) ab origine mundi non q̃ Christus statim ab initio sic occisus, qui tandẽ in plenitudine temporis mortuus est, sed tantum in figura sacrificiorũ, vt testatur Aug. eum demortuũ esse in typo & figura Abel. Dicat aliquis, sacramenta decet à deo tantũ esse instituta, atqui nusqua reperimus in lege naturæ deũ huiusmodi aliquod signũ instituisse? Respõdetur, q̃ quãuis id ipsum in biblicis literis nõ reperiatur, piè tamen credendũ est, patres illos hoc ex se non fecisse, sed ex instinctu diuino, ex reuelatione simul & illustratione superna: neq; enim eos frustra celebrat & extollit Paulus ob singularẽ fidem, quoniã ait ipsum Abel sic cõsequutũ esse testimoniũ probitatis, siquidem Deus ipse muneribus suis perhibuit testimoniũ, vt Gen. narrat historia, & Christus apud Mat. testatur. ¶ Secundũ legis sacramentũ fuit nõ illud de quo iam diximus sacrificium, sed primogenitorũ tantum, qui tunc sacerdotũ locũ gerebant, tantisper dum Deus sacerdotiũ Aaronis instituereret. sicut in

Sacramenta legis naturæ.

Gene. 4.

Apoc. 13.

Lib. 2. contra Faust. cap. 9.

Obiectio.

Hebr. 11.

Genes. 4.

Matt. 23.

die Purificationis Mariæ ad lõgum declarauimus: lex enim, sacerdotium & sacrificium, mutuo se comitãtur, quomodo
Hebr.7. Paulus ait, translato sacerdotio legẽ quoq; fuisse trãsferen-
Genes.14. dam. Et sic in lege naturæ sacerdos fuit Melchisedech, qui
Genes.8. quomodo figurarit sacerdotiũ Christi, itidem Paulus dicit.
Genes.14. Si Noë ædificauit altare & sacrificauit, sic Abraham, Isaac, Iacob & reliqui fecerunt. ¶ Tertium sacramentum in lege
Genes.14. numerant decimas quas legimus etiam Abraham datas ipsi Melchisedech. Et quanuis dare decimas opus est morale, dũ pendũtur iis qui cultum diuinum procurrãt, sicut Paulus ad
1.Cor.9. Corinth. testatur, & Christus ipse testis est, quod qui Euan
Luc.20. geliũ adnũtiat debeat & de Euangelio viuere. Attamen nihilominus opus etiam fuit sacramentale, eo ꝙ decimã partem pendebant sacerdoti, vbi perfectio figurata est & designata: ad declarandũ, quia veram perfectionem, & sanitatẽ per ipsum summũ pontificem & mediatorem Iesum Chri-
Hebr.7. stum essent cõsequuturi. Sic Paulus docet, quomodo Leui
Augusti. decimatus sit adhuc in lumbis Abrahæ, atq; id pulchrè explicat beatus Augustinus super Genes. alibi de decimis plura diximus parte secunda. ¶ Tria hæc sacramenta multum cõsentanea fuerunt legi naturæ, siquidẽ per illa cõmunia sacrificia colebatur Deus, vt rerum omniũ conditor, in officio sacerdotali figurabatur tanquã supremus pontifex & redẽptor generis humani. In decimis vt remunerator, qui etiam imperfectionem à nobis nostra aufert. Non tamen ita perfectè iustificabãt hæc tria sacramenta, gratiámq; cõferebãt, vt euãgelica illa nostra in Ecclesiã, sicuti mox dicturi sumꝰ.
Genes.28. Præter hæc tamen multa alia fuerunt signacula sancta, etiã
Genes.22. in ipsa lege naturæ, puta vnctio lapidis Iacob, immolatio arietis pro Isaac, & similia, quæ sacramenta nõ appellantur propriè, sicuti nec arca Noë, quoniã à deo instituta nõ sunt in hoc, vt iis vterentur homines tãquam cõmuni remedio, & sic de multis aliis in lege naturæ. 3 ¶ At vbi inquies, circumcisionem? num & illa in lege naturæ fuit in vsu? Verum quidem hoc est quod Christus ait Iudæis, Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex pa-
Ioan.7. tribus. Atq; hoc ita legere est in Genesi, quomodo deus A-
Genes.17. brahæ circumcisionẽ dederit in fœdus, aliquot centenis annis ante legem Mosaïcam. Attamen quia circumcisio data est Abrahæ & semini eius, in hoc vt per eam populus illo tali

tali signo vnitus disponeretur ad legem scriptam, dicitur *Hugo.*
etiam ad eandem pertinere: sic deinceps populus Iudęorum in lege Mosaïca eruditus est in cultu diuino, & ciuilibus rebus, in cæremoniis, in iudicialibus & moralibus. Vnum est quod hic obseruandum puto. Quanuis circumcisio data est *Circũcisio cuius leg.*
Abrahæ ante legem, ea tamen efficax fuit medicina contra peccatum originale, iam inde ab ipso Abraham & per tempus legis scriptæ vsque ad Christum, iuxta illud Augustini. Ex quo instituta est circumcisio in populo dei quę erat tunc *Ad Vale rium contra Iulianum.*
signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis & paruulis, originalis veterisque peccati, sicut baptismus ex illo valere cœpit ad innouationem hominis, ex quo instituitus est. De circumcisione plura diximus in die circumcisionis domini. Multas quoque rationes institutæ circumcisionis ponunt doctores, quibus vtrò hic supersedemus cõtenti iis quas antea enumerauimus. Neque lubet hic immorari referendo, cur cessarit illa in lege euangelica, quoniam ea prima fuit in ecclesia dissensio post ascensionem Christi, sicut in Actis apostolorum legitur. Hæc nunc *Actu.15.*
omnia missa facimus. Vnicum tamen hoc silentio pertran- *Differentia bapt. & circũc.*
sire non licet, quanuis ex verbis Augustini constet circumcisionem & baptismum quadamtenus comparari, tamen nonnihil interest discriminis. Principio enim longe maior & vberior gratia infunditur puero in baptismo à spiritu sancto quam olim in circumcisione, quoniam hęc omnem suam virtutem & efficaciam habebat ex passione & morte Christi adhuc præuisa & futura; nunc autẽ baptismus vim & operationem suam obtinet ex morte Christi quæ præteriit, iuxta illud Pauli, Quicunque baptizati sumus in *Rom.6.*
Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Est vtique illud maius quando præsens iam numerata pecunia est, quam quum in futurum differtur. Pretium autem salutis animarum nostrarum, ipse sanguis est Christi, in quo, vt Pau- *Ephes.1.*
lus ait, habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorũ, & sicut inquit Petrus, scientes quod nõ *1.Pet.2.*
corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Quid denique multa? sicuti noua hæc lex Euangelica, multo perfectior est vtraque ista quam præcesserat lex naturæ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mosaica ita longe perfectiora etiam habet sacramenta, quia gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quamobrem Deus de præceptis veteris legis ait, cõferẽdo ad ea quæ sunt
Ioan. 1. legis Euangelicæ: dedi eis præcepta non bona & iudicia in
Ezec. 20 quibus nõ viuent. 2 Deinde in hoc quoq; baptismus circũcisione præstantior est, quia ianuas cœli aperit, quod nõ poterat circuncisio in ea enim omnes, quãuis sancti, cogebantur transire in limbum, Zacharia attestante. Nunc autẽ
Zach. 20. in argumentum eius quod baptismus cœlum referat, inquit Euãgelista, baptizato domino à Ioanne, cœlos esse apertos. Et hoc est quod dicit Beda, circuncisio idem illud salutaris medicinæ auxilium habuit, quod nunc baptismus in tempore gratiæ reuelatæ: nisi quod ianuam regni cœlestis nõ ape
Lucæ 2. riebat. Quomodo autẽ iam amplius circuncisio abolita sit, neque à Christianis seruari debeat nisi in spiritu (nam in carne nunc porro circuncidi hæresis fuerit Ebionitarũ) alibi declarauimus in citato sermone in die circuncisionis dñi. 4 Hactenus disputatum est de sacramentis in lege naturæ obseruatis: iam ad legem scriptam veniendũ est nobis, quæ quo fuit Christo vicinior, eo plura etiam habuit sacramenta quæ Christũ expressius repræsentarunt & significarunt, quã sacramenta illa in lege naturæ: quia ipse Christus finis
Rom. 10. legis est, vt ait Paulus, sine quo nec legem neque scripturas
1. Cor. 3. licet intelligere: vnde rursus ille ait: quum legitur Moyses, velamen positũ est super cor eorum. Sacramenta igitur veteris legis multiformia extiterunt, quædam enim in remedium erant data, vt circuncisio, & sacrificium pro peccatis, quædam præparatoria tantum fuerũt ad laudem & cultum diuinum melius prosequendũ, quędam erant in eruditionẽ & informationem, vt in eorũ typo & figura, veritas Christus ipse adumbrarẽtur: sic enim loco baptismi habebant illi circuncisionem: pro ordine sacerdotali, sacerdotem legalem: pro pœnitentia, sacrificium cõmune pro peccatis, pro sacramento corporis Christi, agnum Paschalem, vitulam ruffam, & plæraque alia signa. Atqui & hoc interfuit, quod quædam cõmunia erant toti populo Iudæorum, & vtrique quidem sexui, vt purgatio, si quando quis immundum aut mortuum quid tetigisset, is aspersione indigebat aquę pur-
Leuiti. 12. gationis, sicuti partim in die purificationis Mariæ commemorauimus, atque ea re libri Leuitici, & Numerorum ple-
13. 14. 15. nissimi

nissimi sunt, & Paulus ipse testatur Iudæis varia præcepta *Num. 19.*
fuisse baptismatis. Quædam viris tantum data fuerunt pu- *Hebr. 9.*
ta circuncisio: quædam singularibus etiã personis, vt vnctio *Genes. 17.*
& consecratio sacerdotũ à deo instituta in Exod. Et sic plu- *Leuiti. 12.*
rima sacrificiorum genera, quæ ad longum describuntur in *Iosue. 5.*
Leuit. & à Paulo commemorantur ad Hebr. Alia adhuc ex *Exod. 19*
illis communia erant vniuerso populo ad manducandũ, vt *Leu. 5. 27.*
agnus paschalis, panes azimi, &c. Quædã soli comedebãt sa- *Hebr. 9.*
cerdotes, puta panes sanctificationis, propositionis, & pe- *Exod. 12*
ctus oblatum, humeros quoque & similia, quorũ plurima *1. Reg. 21.*
leguntur in veteri testamento, multũ onerato & presso hu- *Luc. 10.*
iusmodi mãdatis quæ erant numero. 136. vt non immerito
pondus illud appellarit B. Petrus. 5 Cogitare autẽ apud *Sacramen*
se quispiã posset, an quę paulò antè articu. 4. percensuimus *ta veter.*
sacramenta, fuerint omnia & an æqualia sacramenta? Sane *Legis an*
possent illa generaliter vsurpato vocabulo omnia vocari sa- *sint sacra-*
cramenta, & primum quidem quia præparabant ad sacra- *menta.*
menta, & res sanctas, quũ ipse cultus diuinus exterius qui-
dem plane consistebat essentialiter in sacrificiis, vbi impe-
dimenta quædam erant & irregularitates à deo prohibitæ:
ad eas tollendas institutæ fuerunt ille purgationes quibus
vterentur sacerdotes, iuxta illud Pauli, sanguis hircorum & *Hebr. 9.*
taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad
emundationem carnis: sic oportebat sacerdotes lauare ma-
nus & pedes suos, capillos quoque tondere in præparatio-
nem ad dignè administrandum cultum diuinum. Deinde sa-
cramenta in cõmuni dici possunt, quoniã signa sancta erãt,
significabántque sacramenta & mysteria noui testamenti,
vt sacrificia illa & tot immolationes, passionẽ Christi figu-
rabant, ablutio, baptismũ, agnus paschalis ipsum Christũ &
sacramentũ corporis eius, quomodo Paulus ait, omnia illis *1. Cor. 10.*
in figura cõtigisse. Sed si proprie loqui velimus de sacramẽ-
to, quod signũ sanctum est & gratiam cõfert, sic vtique sa-
cramẽta nõ fuerunt, testãte id Paulo, quũ ait, ex operibus le- *Roma. 3.*
gis nõ iustificatur omnis caro. & alibi legem ait vmbrã tan- *Hebr. 10.*
tum sacramẽta habere futurorũ bonorum, nõ ipsam veram
bonorum speciem. Vbi tamen excluditur circũcisio, quæ &
peccatum purgabat & gratiam conferebat. Sunt qui putent
vnctionem & cõsecrationem sacerdotis etiam fuisse sacra-
menta & gratiã contulisse. Sequitur hinc sacramẽta veteris

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis nõ fuisse æqualia, siquidem circunciſio & (vt quidam
credũt) ſacerdotalis etiã vnctio, vera fuerunt ſacramẽta, re-
liqua uõ item, quoniã hoc ipſum fœdus domini Dei, eſt ſi-
gnum gratiæ efficax, ſicut ad Abraham Deus loquutus eſt.
Hoc eſt pactũ quod obſeruabitis inter me & vos, circunci-
detur ex vobis omne maſculinũ. Atq; ſicut fœdus ſuum pe-
Nume.25. pigit Deus cum Aarone ſuper ſacerdotio, ita cõfirmauit cũ
Phinees, dicens: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam
Mala.2. ipſi q̃ ſemini eius pactũ ſacerdotij ſempiternũ: & per Pro-
phetam ſic ait, miſi ad vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum
meũ cum Leui, dicit dominus exercituũ. Pactum meum fuit
cum eo vitæ & pacis. Quũ igitur in hiſce duobus fuerit pa-
ctum domini, vtique etiã ex voluntate, & beneplacito Dei
gratiam cõferebant. Reliquæ autẽ cæremoniæ in hoc tantũ
traditæ, vt per eas populus in cultu diuino melius diſpoſi-
tus ſubſiſteret, neque ad idola confugeret, ſed iis faſtus Iu-
dęorum ſupprimeretur, & quę in figurã tantum myſterio-
rum futuri teſtamenti noui exercebantur, neminẽ iuſtifica-
bant, nec gratiam cõferebant. Verum ſecundũ quod aliquis
iis vtebatur ex magna fide, & feruenti charitate, ita & plus
minúſve merebatur: opus tamẽ per ſe nihil merebatur, niſi
iuxta diſpoſitionẽ faciẽtis. (in ſcholis dicitur, quod nihil cõ
ferebant ex opere operato, ſed ſolũ opere operãte.) Exem-
Geneſ.4. plo nobis eſſe poteſt vel vnicus Abel, ad quẽ reſpexit Deus
& ad munera eius. Ecce quo primũ reſpicit Deus operantẽ,
ſicut hũc textum explicat Aug. & ad Petilian. ait, vnicuique
tale eſſe ſacrificiũ, qualis iſte eſt, qui ſacrificaturus accedit.

2 Hinc etiã ſequitur diſcrimen ſacramentorũ noui, & ve-
Lib.2.ca. 52. Diſcrimina ſacrament. veter. & no. legis. Par.2.ca. 17. teris teſtamenti, quoniã vt pulchrè inquit Augu. ſacramẽta
veteris legis gratiã tantum promittebãt, quæ nunc in noua
gratiam præſtant, & illa quidem veteris teſtamenti abolita
ſunt, in quorũ locum alia inſtituit dominus lõgè tamen le-
uiora, tum magis ſalutaria, tũ quoq; ſanctiora:: ſic in lib. de
vera relig. ait: Iudæos fuiſſe in lege ſeruitutis, atq; ideo mul
tis fuiſſe ſacramẽtis oneratos. Verùm hoc eis ceſsit incõmo
dum, vt magis appeteretur gratiam Chriſti per efficacia ſa-
cramenta nouæ legis, in qua pauciora iam ſunt ſacramẽta,
quoniã hęc lex eſt perfectionis, libertatis, & dilectionis, iu-
Iacob.1. xta id quod Iacobus ait: Qui perſpexerit in lege perfectę
libertatis, & permãſerit in ea, nõ auditor obliuioſus factus
ſed

ſed factor operis hic beatus in facto ſuo erit. Et quãuis cir-
cunciſio quoque gratiam conferebat, non tamen ita abũdan
ter vt baptiſmus, ſicut antea docuimus, teſtante id etiã Pau- *Gala.2.4*
lo, quoniam ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro.
& deinde. Quum cognoueritis Deum, imo cogniti ſitis à
Deo, quomodo conuertimini iterũ ad infirma, & egena ele
menta, quibus denuo ſeruire vultis. Quibus verbis Paulus *Heb.7.*
veteris legis ſacramenta infirma & egena vocat elementa.
Et alibi ſic dicit, munera & hoſtiæ non poſſunt iuxta con-
ſcientiam perfectum facere. Et vbi ille ad noua ſacramenta
Chriſti digreditur, in hæc verba prorumpit. Quum benig- *Titum.3.*
nitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei, non ex
operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuam miſeri
cordiã ſaluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & reno-
uationis ſpiritus ſancti, quẽ effundit in nos abunde per Ie-
ſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrũ. Idipſum nos deinceps per
ſingula ſacramenta vbique docebimus, fauente domino ex
ipſis ſcripturarũ teſtimoniis, contra Neochriſtianos, qui ſa-
cramentis omnem conantur ſubripere gratiam, quod ſi ita
eſſet, nihil relinqueretur diſcriminis inter Moſaïca & euan
gelica ſacramenta: contra Paulum qui dicit, quod neminem
ad perfectum adduxit lex loquens de ſacramentis, operibus *Heb.7.*
& cæremoniis veteris legis. De ſacramentis autem Chriſti *Gala.4.*
inquit: Quũ venit plenitudo tẽporis, miſit deus filiũ ſuum
factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt
redimeret, vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Verus itaq;
Samaritanus ille eſt Chriſtus domin', qui homini vulnera-
to infudit in vulnera vinum & oleum, miſericordiæ ſuæ ſa
cramenta, per quæ vitã conſequeretur ęternam, quã omni-
bus nobis concedat qui eſt benedictus in ſecula.

HOMILIA QVARTA DE SA-
cramentis noui teſtamenti in communi.

Samaritanus appropians. Luc.10.

IT ſi animus ſit de ſeptem tãtummodo ſacra-
mentis eccleſiæ catholicæ apud vos verba fa-
cere, tamen vt hæc quoque melius accipiatis
quæ dicturi ſumus, atque vt gratia Chriſti
glorificetur magis in iis ſacramentis, homi-
lias tres præpoſuimus in vniuerſum, omnia ſacramenta, e-
tiam illa veteris legis continentes. Nunc autem porro de

sacramentis noui testamenti tantum differemus, eo quòd illa vetera obliterata iam sint atque demortua, & in ipso etiam tum Apostolorum concilio iudicata, tanquam inutilia & nihil minus quam necessaria, imò & nociua & mortẽ illatura: quamobrem Galatis hoc idẽ prædicit Paulus, quod si circucidantur, Christus eis nihil sit profuturus. Dicat autem aliquis, Quid quod in ecclesia remanserunt non tãtum præcepta moralia, verum etiam cæremonialia, puta suffitus thuris, dedicatio templorum, quæ olim Iudæis dicebatur festiuitas luminarium, vnde profecto cæremoniæ ille nõdum videntur elanguisse, sed huic responsum volumus, quia multitudo ceremoniarũ Iudaicarũ iã abolita, partim quod earum figura & significatio vires iam suas amisit, vt circuncisio & agnus paschalis: partim quod magis grauant, quam vt ad bonos mores faciant. Sed quum quarundam adhuc significatio maneat, quæ etiam mores adiuuãt, nec quemquã onerant, eas reseruauit Ecclesia: sic enim qui cum thure fit suffitus, orationem nostram designat, quod sicut fumus ille ad Deum debet ascẽdere, ita & preces nostræ, quæ quidem assiduæ esse debent. Prætera quoque hoc suffitu Deus colitur, non secus quam in materiali templo, quod quidem typum gerit templi spiritualis & regni cœlestis: sic & vnctio mansit in ecclesia, templorum & altarium consecrationes, luminaria quoque & id genus alia: omnes autẽ ceremoniæ, quæ nihil nisi figurabant, abrogatæ nunc sunt, quoniam veritas ipsa Christus orbi illuxit. 2 Vt autem ad Ecclesiæ sacramenta tandem veniamus, dicimus sacramenti vocabulo accipi signum externum, sensibile, quódque efficaciter gratiam Dei significat, vel effectum gratuitum ex institutione Diuina, ordinatum ad salutem hominis viatoris. Ob id beatus Augustinus etiam signũ vocat rei sacrę, & quod sacramentum sit inuisibilis gratię visibilis forma. Sed obscuriora hęc videntur, explicemus itaque. Sacramẽtum inquam signum est externum sensibile, quod ipse vides, vt in baptismo: vel audis, vt in confessione: & quoniam nihil internum in spiritu existens, potest esse sacramentum. Atque hoc est, quod vt prima homilia deduximus: Deus ipse vult, lapso iam Adam per inobedientiam, nos humiliari erga sacramẽta, quæ ille in rebus instituit materialibus. Duo igitur in se cõtinẽt sacramenta, alterũ quia figurãt, eo nimirũ, quod sunt signa:

Act. 15.

Gala. 5.

Cæremoniæ aliquæ remanserunt.

Psa. 140.

Sacramentum.

Augustin.

Cõtra hoc

alterum quia etiam sanctificant, sicut porro deinceps dictum fuerit. Quæras cuiusmodi signum sit sacramentum? Profecto signum illud est, vel præsentis gratiæ, vel diuinæ operationis, in eo qui illud dignè & decenter suscipit. Quãuis etiam talia signa sunt sacramẽta, vt nobis in memoriam reuocent mortem & passionem Christi, deinde in spẽ & consolationem nos erigant de futura gloria consequenda, propriè tamen gratiam signant præsentem. Sequitur inuisibile corpus Christi sacramentum non esse, ita vt nunc de sacramento loquimur, sed illa species exterior quam sensibus agnoscimus, & illa omnino sub quib⁹ Christi corpus & sanguis admirabili modo & inuisibiliter cõtinẽtur, sicut infra in homiliis de sacramẽtis corporis Christi lati⁹ differemus. 2 Porro sacramentum efficaciter significat gratiã Dei, hoc est infallibili effectu debet gratiã designare, quantũ in ipso est. Atque hic excludũtur sacramenta veteris legis, quę non efficaciter gratiam Dei designabant. Circuncisio vero, etsi gratiam contulit, nunc tamen abolita est. 3 Sacramẽta autem nostra gratiam Dei signant, vel opus gratuitum, idque adiectum est propter sacramentum corporis Christi, quod præcipuæ gratiam Dei per corda hominum diffusam non significat, sed potius ipsum omnis gratiæ fontẽ Iesum Christum, qui in hoc sacramento verè & essentialiter est, hoc autem opus est gratiæ diuinæ, quod ille sub hoc sacramento nobis corpus & sanguinem suum reliquit.

Gala. 2. Heb. 8.

4 Postremo sacramẽtorum quoque finis innuitur, quoniam faciunt ad salutem hominum, qui per horũ perceptionem hic gratiam, & illic gloriam consequuntur æternam.

5 Quando diximus sacramentum signum esse efficax & infallibile, voluimus certum significare id est, nec fallere quantum in ipso est. Vnde sequitur primo omnia ecclesiæ sacramenta tantum à deo esse instituta, non ab apostolo, nõ ab aliquo concilio. Imo, si totus nunc conueniat mundus, sacramentum instituere nullum posset, quoniam quum gratia immediate à deo creatur, quomodo pura creatura in cuius potestate gratia dei non est, signum gratiæ aliquod euidens & infallibile queat instituere? solus ergo deus potest instituere sacramentum. quod ipse etiam Dauid in spiritu prædixit inquiens, Misit verbum suum, hoc est, pater filiũ suũ & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum:

Signum efficax. Sacramenta omnia à Deo.

Psal. 106

hoc autem fecit, & impleuit Christus in sacramentis, vti parabola illa Lucæ declarat, qua ostenditur nec sacerdotem, neque leuitam, sed Samaritanum Christum alligasse vulnera, vinum, & oleum infudisse, hoc est sacramẽta instituisse. *Luc. 10.*

Vnde efficacia sacramẽtis. Quærat aliquis, vnde efficaciam illam habeant sacramenta, cõ quòd signa sint efficacia gratiæ diuinæ: non aliunde sanè quam ex ipso Deo omnipotente, qui solus cuncta gubernat in cœlo, & in terra: quoniam ea voluntas ipsius est, testante Christo, quum ait. Ita pater beneplacitum fuit ante te: nec mirum, quippe omnia quæcunque voluit fecit. Tu igitur quisquis es caue respicias creaturam illam exteriorem in sacramento, sed voluntatem Dei hic operantem, & omnipotentiã eius, spiritũ quoq; sanctũ, qui per gratiã suam operatur in cordibus eorũ, qui percipiunt sacramẽta. Et quis iam hic adeo cęcutit, vt nõ videat, quantũ peccẽt isti, qui omnia impugnant sacramenta, simulq; diuinæ resistunt voluntati, cũ magna contumelia resistunt omnipotentiæ Dei, spiritui sancto, ipsiq; adeo Christo, qui instituit illa. De prælatis ad ministrãtibus illa, & distribuẽtibus inter fideles, sic ait Christus, Qui vos spernit, me spernit: Qui autẽ me spernit, spernit eũ qui misit me patrẽ: sic nimirũ quisquis sacramẽta cõtemnit, contẽptui habet & Christũ, & totã trinitatẽ. Quid autẽ Paulus inquit, Si quis non amat dominũ nostrũ Iesum Christũ, sit anathema maranatha. Sed quomodo amare quis potest Christũ qui sacramẽta illius ex mera misericordia in medicinam, & salutem nostram instituta contemnit, pro nihilo habet, & abolere conatur? Væ magistratibus, per quos tanta flagitia & scelera impunè licet patrare, & quod grauius est, qui vel ipsi ea perpetrant vel committunt. Quam duraciter aliquando rationem strictam reddent iustissimo iudici? (diabolus est protector eorum.) 4 Habent ergo sacramenta efficacem suam operationem simul & figuratiõnem ex ipsa Dei voluntate. Vbi adhuc obiiciat aliquis: Atqui memini me sæpius audire sacramẽta ex vulneribꝰ Christi profluxisse, vnde putassem sacramenta à cruce, imò à crucifixo Christo efficaciam omnem habere. Neque male sanè audisti in hoc, nec ineptè sentis, verum interim duo hæc nõ pugnant inter se, quum dico, sacramenta virtutem suam habere ex ipsa Dei voluntate, & quando tu ais, profluxisse è latere & vulneribus Christi, vtrũque enim hoc verum est,

Neochristiani.

1. Cor. 16.

Sacramenta ex vulneribus Christi.

quod

quod voluntas Dei operatur per sacramẽta, verũ eã operationem sibi proposuit Deus adimplendã per meritũ passionis, & moris Christi (rotundè solet dici, sacramenta habent efficaciã à volũtate Dei principaliter, & à passione & morte Christi meritoriè.) Quomodo autem sacramenta gratiã operantur in animam susciptentis, miraris forsitan, siquidẽ res corporea in spiritum non operatur, & quum aqua baptismi corporea sit & materialis, similiter & chrisma in cõfirmatione, & consecratione videtur ea nõ posse in tam nobilem creaturam, gratiã agere & procreare in animã vtẽtis. Quæstio hæc in scholis ad longũ dilatari solet, nec est quod pios homines, & simplices ex vulgo istiusmodi subtilitatibus obruamus. Cuiq; Christiano hoc satiseſt, spiritum sanctum ipsum operari in animam suam gratiam, assistentibus tamen signis sacramentalibus externis: vt quum baptizatur paruulus iuxta Christi institutionem, tunc sanè certi sumus atq; adeo efficaciter credere debemus, illum à peccato originali esse purgatum, iamq; gratiam Dei susceptisse (solẽt doctores dicere quod sacramenta sint causſa sine qua non,) Sic si quis sigillo principis obmunitã gestat pixidẽ, ea vtiq; portantem per se nõ præmunit, sed signum est tantũ, principem illius regionis suapte potestate velle illum securum habere conductum, ita vt à nullo incautus obruatur, néue ei à quoquam vis inferatur. Quum itaque dominus Iesus misericors ille Samaritanus, & saluator in remediũ, & salutem nobis hæc instituerit sacramenta nosmetipsos ad ea tum tractanda, tum distribuẽda, atq; suscipienda piè parare debemus, iuxta cuiuslibet sacramenti ritum, & ordinem, vt per ea gratiam & gloriam adsequi mereamur,

Augu. super Gene.

HOMILIA V. DE SACRAMENTIS NOUÆ LEGIS IN COMMUNI.

Samaritanus approprians. Lucæ. 10.

SImul itaque dilectissimi, de institutione sacramẽtorum Ecclesiæ satis disseruimus, & de assistẽte illis immensa Dei virtute: quamobrẽ in ampliori honore omnibus sunt habendæ, superest vt de iis non nihil dicamus, quæ adhuc plura sunt in Ecclesia signa sancta, ea vt quilibet à veris sacramẽtis possit discernere. nósq; iusto progrediamur ordine: nunc iam ex iis quædam ostendamus sacrata signa,

Matth. 3. quæ tamen sacramenta non sunt. ¶ Et principio quidem, columbam, quæ supra dominum apparuit, in baptismo sacramentum non fuisse ex eo constat, quod licet signum sacrum fuerit plenitudinis gratiæ Christi, ea tamen in Christo gratiam operata nō est, quin potius vice versa, quia plenitudo gratiæ fuit in Christo: ideo super illum columba visa est. Ad eundem modum linguæ igneæ quæ super capitibus Apostolorum apparuerunt in die Pentecostes, signacula vtique sancta fuerunt, sed non sacramenta: quia non erat efficacia gratiæ signa, sed potius eo quòd Apostoli gratia pleni erat, signaculum illud linguarum super eis apparuit.

Columba. Act. 2.

Numer. 21. Aeneus serpens. Porro ex eadē radice sequitur, quod & æneus serpens, imago crucifixi, & similia, sacramenta non sint, quoniam non sunt euidentia signa operandi gratiam Dei in homine. Rursus consequitur inde aquam benedictam sacramentum non esse, siquidem sacramenta à Deo quum sint instituta, aqua illa ab ecclesiasticis hominibus originem traxit: sacramenta quoque signa sunt efficacia gratiæ, aqua vero sacra nec gratiæ diuinæ certum est signum, neque sanctificat, sed animū hominis erigit tantum ad remissionem peccatorum venialium: maxime quæ facit ad profligandum dęmonis insultus & tentationes. 2 Commodum autem hoc loco, vbi in mētionem aquæ benedictæ incidimus, quam Neochristiani admodum contemnūt, quòd eorum spiritus ferre nequeat: recensebimus vobis, quod etiamsi illa, sacramētum nullum est, attamē remedium existit validum aduersus diaboli impetum: vnde à maioribus nostris hactenus plus mille quadringentis annis in Ecclesiastico vsu permansit. Ita enim

De conse. distinc. 3. aquā sale. Alexander papa à B. Petro quartus, in sancta sua ecclesiastica traditione inquit, Aquam sale conspersam in populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur: quod omnibus sacerdotibus faciēdum esse mandamus.

Numer. 31. Hebr. 9. Nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multomagis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populū sanctificat atque mundat. Etsi sale aspersa per Heliseum prophetā sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinata sanctificat atque purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis, versutiis hominem defendit. Ecce quomodo papa

4. Reg. 2.

Aqua benedicta.

papa ille & martyr sanctus, sacrarum literarum exemplis confirmat, atq; adeo persuadet aquā esse sanctificandam ad uersus insidias diaboli. Vnde mirari succurrit, quō Neochristiani quū sciāt in veteri testamēto fuisse in synagoga aquā sacram, quam sacerdos mulieri de adulterio suspectæ potā-dam dabat, videre tamen atq; intelligere nolunt, cur adeò pauperem esse cōueniat ecclesiā, vt non & ipsa aqua vtatur benedicta. Præterea legere est in regum historiis, quomodo Iudæi abolitis idolis Baalim & Astaroth, hauserunt aquā, eamq; coram domino effuderunt. Vbi Hiero. sic ait, Hebræi tradunt quod coram domino in eandem aquam maledicta congesta sint. & sicut in lege mulier Zelotypa hausta aqua probabatur, ita & hic idololatræ hac aqua probati sunt. Tradunt etiā quod quicunq; idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhærerent, vt nequaquā ab inuicē ea separe idololatra posset. Atq; eo signo illos Samuel dignoscebat, sicut & Moyses hos qui vitulū adorauerat aureū: ipsum enim vitulū in pulueres contundebat, & iis conspergebat aquas, vnde idololatræ bibebant. Similiter in historia tripertita legimus, quod vir quidā sanctus & episcopus Marcellus, quū vellet idolū Iouis in vrbe Apamia deijcere, atq; operarij subfossa statua, subiectisq; lignis cuperēt eam incendere, noluerint tunc ligna naturaliter ardere: dæmon enim quidā teterrimus apparuit, qui flāmas secundum vires suas prohibebat operari. Quod dū Marcellus episcopus intellexisset, facto signaculo crucis super aquas, quendam diaconum suum Equitium fide & zelo munitū sumere iussit aquā, & cum fide aspergere: quod dum factū fuisset, dæmon effugit non ferens aquæ virtutem. Ignis autem velut oleum habuit illius aquæ naturam. comprehensaq; sunt ligna & repēte consumpta, ita vt templum vniuersum vna cū statua corrueret. Equidem ipse audiui à viro fide digno, qui in cellario suo nihil omnium rerum conseruare potuit prę impetu vermium venenosorum, & impurorum animalium, iussus inde semper diebus dominicis modicum aspergere aquæ benedictę, quicquid id erat profligatum est totum. Quondam etiam mos extitit panē in singulos dies dominicos benedici, sicuti etiam nūc apud Græcos & in Gallia aliisq; locis nōnullis obseruatur inter Christianos. Atq; de pane illo sacro loquitur B. Aug. dicens, Nā & Catechu-

Numer. 5.

1. Reg. 7. In Heb. q. super. lib. reg.

Lib. 5. cap. 21.

Lib. 2. de baptis. paruul. cap. 26.

Panis benedictus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

menos secũdum quẽdã modum suum per signum crucis & orationẽ manus impositionis puto sanctificari, & quod accipiũt quãuis non sit corpus Christi, sanctũ est tñ, & sanctius quã cibi quibus alimur: sacramentum enim est: sacramenti vocabulo generaliter vtitur, sicut iam supra homilia prima declarauimus. Verũ hęc iã sufficiãt dicta de aqua illa sacra. plura qui volet de bñdictione creaturarũ petat ea ex parte. 3 Ex supradictis iam sequitur, qũo sacramenta sint signa, & significẽt. Verum enim est illud, quod sacramenta significationẽ suam habent ex naturali similitudine velut radicitus, nihilq; interim minus ex institutiõe diuina, ita vt omnino sint signa partim naturalia, partim arbitraria, seu volũtaria. Id ita intelligas per exẽplũ, sacramentũ baptismi situ est in visibili lauacro aquæ, ea aũt ablutio naturalis vtique est: quumq; multas habeat ꝓprietates aqua, infrigidat enim, humectat, mundat & abluit, irrigat prata, & naturalia planè hæc sunt opa. Verum quum iam superuenit institutio diuina, vt sic in baptismo renascatur homo, institutio sane hęc voluntaria est. Iãmque nos in fide eruditi scimus, ex terna hanc corporis ablutionẽ significare illã internã animę purgationẽ à peccato originali. Quid multa? quũ lex noua omniũ perfectissima & planè perpetua (testamẽtum enim hoc nouũ & æternũ est) sacramẽta quoq; habet absolutissima, quę ideo nemo Christianus præsumat cõtemnere, sed in summo quisq; honore obseruet ac reuerẽtia, cũ gratiarũ actione quoq, suscipiat. Atq; vt ad id quod p ręcipuum est pueniamus, constat Ecclesiã sanctam, fidelium oĩm matrẽ, Christiq; adeo spõsam electissimã nos docere, vt cõstanter credamus & profiteamur septẽ esse sancta sacramẽta. Idq; vnicũ, quod fortiter hoc ita esse tenet Ecclesia, satis certum esse debeat cuiq; Christiano testimoniũ: ipsa enim columna est & firmamentũ veritatis: atq; ideo neminẽ moueãt deliramẽta & figmẽta schismaticorũ: nemo etiã suo nitatur intellectui, sed captiuet illũ in obsequiũ & obedientiã Christi. Nihil igitur te perturbet quid Lutherus, Zuinglius, & alij pfidi somnient, lupi eũ sunt rapaces: tu Christũ potius audi in Ecclesia spõsa sua, atq; hunc credito: quoniã, vt ait propheta, nisi credideritis, nõ intelligetis (secundũ septuaginta) Atq; mãsurum se cũ Ecclesia ipse nobis dñs constanter promisit, inquiẽs, ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem

Lib. 2. de baptis. parul, cap. 26.

Tomo. 3.

Ecclesiæ credendũ.

2. Tim. 3.

2. Cor. 10.

Iob. 10.

Isa. 7.

tionem seculi. Idẽ quoq; pro Petro orasse se ait, vt ne deficiat fides ipsius. Nihil vnquã tale ꝓmisit ille Neochristianorũ & schismaticorũ cõuenticulis. Ad hæc optimo vtitur Ecclesia magistro, qui illã inducit in oẽm veritatẽ, nec sinit errare. Quisquis aũt resistit ecclesiæ, is sanè peccat in magisterĩũ spũs sancti. Atq; ideo vt finiamus, firmiter credimꝰ de sacramẽtis, sicut ecclesia tenet apostolica, atq; vt iã olim in magno illo concilio Florentino conclusum est à latinis & Græcis. 4 Huius porro septenarij numeri sacramentorũ, etsi ꝑcipua sit causa diuina volũtas Christi, qui tot instituit sacraméta, attamẽ quũ rationabilis sit illa voluntas, rationes aliquot cũ omni humanitate perscrutabimur, ad eruditionẽ nostrã vt sic corda simpliciũ in fide catholica fortius cõfirmentur. Primũ omnium nõ debebat vnũ tantum institui sacramentum, qm̃ instituta sunt sacraméta ex bona parte in medicinã & remedium (quãobrem in paradiso sacramentũ nullũ erat, nec adhuc est in inferno vel purgatorio, neq; erit in cœlo) multi aũt sunt hominũ defectus in peccatis & aliis quibusdã, ideoq; decuit plura etiã esse sacramẽtorũ remedia, sicut de hac multitudine nõnihil ꝓuidisse in spiritu Dauid creditur, quũ diceret: Misit verbũ suum & sanauit eos, & de interitionibus eorũ liberauit eos. Quũq; instituta sint sacraméta, vt à principio diximus, ad exercitiũ & eruditionem, nõ poterat hoc in vnico sacramẽto pręstari & confici cõmode. Profecto homo per peccatũ Dauid testę, similis factus est iumẽtis insipientibus. rursus iã ab hac beluina cõditione erigitur homo per hęc sancta sacraméta. Quisquis ergo auersatur sacramẽtis, quid aliud facit, nisi quod bestiã agit, seque vltro dęmonibus prębet exercẽdũ turpiter, quod Neochristiani faciũt impurissimi. Sed neque nimiam sacramentorũ decuit instituere multitudinẽ, alias enim euãgeliũ legis Mosaĩcę grauitatem ęquare videretur. Moyses autem & manus graues habuit, & legẽ accepit scriptam in tabulis lapideis, lex ea erat multi oneris & timoris, quam etiam patres portare non potuerunt, vnde & pondus in ea erat immensum atq; importabile legum & typicorum sacramento rum. Vicissim euangelica lex nostra lex est veræ libertatis, authore Iacobo, iugumq; suaue & leue onus. Atq; hoc nimirum est quod Aug. ait, Ablata sunt veteris legis sacramẽta, quia impleta per Christum, & alia sunt instituta virtute

Matt. 28.

Luc. 22.

Ioã. 14.

C. ad abolendam de hære.

Septena. numerus.

Psal. 106.

Psal. 48.

Exo. 17. 31.

Actu. 15.

Iacob. 1.

Matth. 11

Libro. 9. contra Faustum cap. 13.

maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora (concordat idem ad inquis.) ad Ianuar. lib. 1. cap. 1. & de vera religione, cap. 17. ¶ Nomina septem sacramentorum sunt illa baptismus, confirmatio, sacramentum altaris, pœnitentia, ordo, matrimonium, & extrema vnctio. Dices nec plura nec pauciora oportere esse sacramenta quam septem, id quidem est confirmatum, sed ratio septenarij addita non est. Quid igitur hic sentiendum? Audi, quoniam ex ipsa sacra scriptura constat septenariũ & perfectissimum esse numerum, & veram designare quietem, quia numerus est vniuersitatis, vide Augu. lib. 1. cap. 31. de ciuitate dei, & oratio nem nostram de sancta Catharina.) de perfectione huius numeri plura dicere super sedebimus & scholis relinquemus. Verum & septimo die deus ipse requieuit post rerum omnium creationẽ. Atq; ob id sacramẽtis etiã numerus hic cõueniens erat, quoniam quũ in iis gratia & dona spiritus sancti conferantur, dona quoq; illa septem esse agnoscuntur, iuxta istud propheticũ, Requiescet super eum spũs domini, spũs sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & bonitatis, & repleuit eũ spiritus timoris domini. sic à Ioãne septem cõmemorãtur spiritus, hoc est septẽ dona spiritus, essentialiter enim spiritus sanctus vnus est, dicẽte Paulo: Vnum corpus, vnus spiritus. Septem etiã eccle siis scripsit Ioannes, quauuis vna sit Ecclesia, numerus tñ ille sanctus ei placuit propter septem dona, propter septẽ sacramenta, propterea quod hunc numerum primũ hoc honore deus dignatus est, quod non primo, non secundo aut sexto, sed septimo die requiescere voluit: eúmque sanctificauit. Conueniẽter itaque hoc numero septem sacramenta celebrauit & instituit dominus Iesus, vt sic nos sanctificaremur etiam, & sacrum illum donorum spiritus sancti septenarium, perciperemus in hac quoque vita, atq; deinde æterna perfrueremur patria, Amen.

Cenes. 2.

Esaiæ. 11.

Apoca. 3.

Ephe. 4.

Gene. 2.

HOMILIA VI. DE NVMERO *Sacramentorum legis Euangelicæ.*

Samaritanus approprians, Lucæ. 10.

QVandoquidem superiori homilia satis ostendimus conuenienter esse à Christo factum quod ille sacramenta sancto illo septenarij numero instituerit, porro declarabimus, quãtopere numerus

merus hic & virtutibus competat, quas in nobis operantur sacramenta, & morbis, quibus medicandis adhibentur. Primùm itaque etsi in vno sacramento plures virtutes dari queant, & de facto dentur à deo, tamen pulchrum est quod videmus singula sacramẽta singulis attribui virtutibus, sunt autem virtutes principales septem quapropter decuit totidem etiam instituere sacramenta, *7. virtu.* *7. sacra.*

Virtutes theologicæ tres	Virtutes cardinales. 4.
Fides Spes	Prudentia
Charitas 1. Cor. 13.	Fortitudo, Sap. 8.
	Temperatia & Iustitia.

¶ At quomodo quodlibet sacramentum vni ex iis virtutibus competat, sic applicant doctores, fidei enim tribuitur baptismus, eo quòd in illo fidei initium sit, quum ianua sit qua & in ecclesiam & ad cætera sacramenta patet ingressus. Vnctio spem manifestat, nam qui illam in vltimo vitæ suæ termino suscipit, testimonium dat spei suæ quam habeat erga deum & meritum Ecclesiæ, cui innixus iam parat aditum. Sacramentum corporis Christi summæ charitatis & dilectionis est arcanum quoddã mysterium, Hilario teste. *Hilarius.* Confirmatio fortes nos reddit & confirmatos ad agonem spiritualem. Pœnitentia iustitiam operatur, vt qui in peccatis iniustè egerat, rursus hic opus exerceat iustitiæ. Ordo prudentiam requirit, quoniam ordinatus hoc modo claues debet habere scientiæ, vt sic officium suum prudenter exequatur. Matrimonium temperantiam desiderat cibi, potus & operum coniugalium: siquidem ibi peruersa & praua hominis concupiscentia honestate nuptiarum excipitur. Possent hęc omnia ad longum dilatari, sed nos breuiter tantum voluimus, veluti digito commonstrare. Tu si placet extende per tres sermones.

2 ¶ Quumque ab initio dictum sit quomodo Samaritanus Christus vulnerato homini medicando instituerit sacramenta, eius quoque morbis curandis septenarius sacramentorum numerus bene conuenit. Principio est morbus quidam hæreditarius in omnibus hominibus, ipsum scilicet peccatum originale, promanãs ex Adam & Eua: Christum hic excipimus & Mariam. Vnde Paulus ait in Adam omnes peccasse, & contra hunc morbum institutus est baptismus. *7. sacram. contra 7. morbos.* *Roma. 3.*

¶ Altera ægritudo, est peccatum actuale post baptismum.

huic curando Christus instituit pœnitentiam, dedítque Apostolis suis, & eorum successoribus clauium potestatem.

¶ Tertius morbus non adeò grauis est peccatorum venialium: quum enim nihil coinquinatum sit intraturum in regnum cœlorum, ideo vt totus vndique purgetur homo etiam à leuioribus peccatis, Christus morituris ordinauit sacramentum vnctionis. Apoc. 22.

¶ Quartus in homine defectus magnus & morbus est, insciti a eorũ quæ necessaria sunt ad salutẽ: huic quoq; vt mederetur Dñs instituit ordinem, vbi intellectũ suscipit presbyter quomodo absoluat, aliósque viam doceat felicitatis.

¶ Quinta ægritudo est exacerbata ista malignitas voluntati nostræ congenita, quæ fastidium nobis ingerit & nauseam omnis boni faciundi. Cõtra eam nobis Christus proposuit corporis sui participationem, qua quisquis vtitur sæpius, huic nimirum aduenier amor quidam piorum operum cum ardore animi, quod matri sancti Augustini euenisse legimus. Augustii.

¶ Sexta languor in nobis est infirmitas perseuerandi in fide, illámque intrepidè confitendi etiam coram prosequentibus. Vt huic quoq; succurreret Dominus, perposuit confirmationis sacramentum, quo Christiani confortantur, vt firmiter & constanter Christum confiteantur, quod Petrus fecit in die Pentecostes coram Iudæis, qui ante ad vocem vnius ancillulæ exhorrescens eam sustinere non potuit. Actu. 2. Matt. 26.

7 ¶ Infirmitas, est inordinata intentio, & feruens ista cõcupiscentia ad opera carnis, in quibus omnium maxime stimuli peccati originalis sese aperiunt & manifestant, quibus tamen coërcendis Christus ordinauit cõiugij sacramentum. Omnia hæc magis patebunt infra in singulorũ sacramentorum pertractatione. Ecce, quomodo summa dei patris sapientia Christus Iesus, prudenter omnia ordinarit in salutem omnium nostrũ, vt hinc paratam habeamus animarum medicinam, à primo in hunc mundũ ingressu per omnem vitam, vsque ad vltimam mortis horam. In ipso enim vitæ introitu primo adeò limine baptismũ habemus, atque vt in fide constanter perseueremus, nec ab ea vllatenus excidamus cõfirmatio nobis data est: eucharistia autem, vt illa in nobis confortatio etiam aucta permaneat. Quod si tamen in itinere gratiæ nos cadere contingat, pœnitentia nobis

bis adlutrix est, vt posimus resurgere, & regia via gratiæ diuinæ porro intrepidè ingredi. Atq; in vniuersum ne quis in hoc ingressu itineris illius per ignorantiã erret, instituit ordinis sacramentũ, lubricam quoque carnalis cõcupiscentiæ semitam per matrimonium restrinxit: excessuris autem ex hac vita prouidit sacramentum vnctionis. Meritò igitur omnes clamemus ad dominũ cum Paulo, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni spirituali benedictione in cœlestibus in Christo. Ephes. 1.

3 ¶ Tantũ quidem de sacramentis in cõmuni dixisse sufficiat, vnde quisq; pro se Christianus primũ animo bene obfirmato credere debet cũ Ecclesia catholica, septem esse sacramenta, nõ tria aut vnicum tantum, sicut ipse sibi cõtrarius scripsit Lutherus, & nos infra circa singula sacramenta contra eum fortius probabimus. Multo adhuc minus fidei tribuat istis sacramentorum impugnatoribus, qui semel simúlque omnia negant sacramenta. Deinde satis per hoc edoctus quilibet est, sacramenta hęc nouæ legis signa esse efficacia gratiæ diuinæ: si enim quis auferre conetur gratiam sacramentorum quid nobis faciet reliquũ in vniuersa religione? Quò tandem essemus Christo velut incorporati, tanquã peculiaris populus eius, sicut antea fuerunt Iudęi: Qui crediderit, inquit Christus, & baptizatus fuerit saluus erit, baptismus ergo si gratiam dei non conferrat, quomodo salutem patere posset, siquidem per solam gratiam saluantur homines, teste Paulo. Ad eundem modum si eucharistiæ sacramentum nõ daret gratiam, quur dixerit illud apud Ioan. Christus? Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: hanc autẽ nemo habet sine gratia dei. Et nisi in baptismo simul infunderetur gratia, frustra dictum videretur à Ioan. Ego baptizo vos aqua, ille autem baptizabit vos spiritu sancto: quod vtique nisi per gratiam nõ fit. quamobrem ad Nicodemũ dominus ait, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Ecce quod per aquam fieri videtur extrinsecus, interius efficitur per gratiam spiritus sancti. Vnde mirari succurrit cęcitatem & impudentiam Lutheri, aliorúmque Neochristianorũ, qui audent affirmare, sacramenta nouæ legis gratiam non conferre: quum tamen apertè dicat apostolus, secundum, suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis Mat. vlt. Ephes. 2. Ioan. 6. Mar. 1. Ioan. 1. Ioan. 3. Sacramenta cõferũt gratiam. Tit. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè
Rom. 6. per Iesum Christum saluatorem nostrũ, vt iustificati gratiâ
ipsius hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ. Et alibi.
An ignoratis fratres, quia quicũq; baptizati sumus in Chri-
sto Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, cõsepulti cum illo
per baptismum in mortem. Qua ergo impudentia audent
isti iam negare gratiam sacramentorũ? quod tamen nos de-
inceps per singula sacraméta fusius tractabimus, & testimo-
niis sacrarum scripturarũ cõfirmabimus. Hoc loco interim
præmonere sufficiat, illa duo inter se pugnare, quod deus
infundat gratiã suam in animã hominis, & simul eandé con
ferunt sacramenta: deus enim dat vt verus largitor, creator
& insusor gratiæ: sacramenta autẽ tantum vt signa efficacia
à deo instituta, quibus ille ipse per suam diuinã omnipoten
tiam assistere non dedignatur. Nihil huc facit quod clamãt
Rom. 10. aduersarij, Iustus ex fide viuit, corde creditur ad iustitiam.
Credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iustitiã: vera
sunt hæc quidé omnia, verum interim, sacramenta nihil ad-
uersantur, nec cordi, nec fidei neque iustitiæ: imò ex fide su
scipimus sacramenta: & fides ipsa facit vt paruulos nostros
baptizari sinamus. Insignis igitur hic est error, quod Luthe
rus negat sacramenta conferre gratiam atque in hoc ipse si-
bi aduersatur, nanque in eodẽ libro libere fatetur inquiens,
In esser. artic. Credat se cõsequuturum id quod sacramentũ promittit &
donat. Infra quoque, Per illa nostra sacramenta mundãtur
cõscientiæ ab immunditiis veris. Quibus ille verbis apertè
fatetur sacramenta donare idipsum quod promittunt: pro-
mittunt autem gratiã, vitam nouã, regenerationẽ & pecca-
torum remissionem. Quur ergo adeò repugnat sacramen-
tis, quur reluctatur ecclesiæ, & sacris literis, imò & sibiipsi
Sacramen ta iustifi. obgannit vulpes, sacramenta non conferre gratiam.
4 Sequitur rursus ex illis errare denuo Lutherũ quum ait,
sacramenta nõ iustificare, sed fidẽ sacramentũ, statim enim
ei obiicio baptismũ paruuli, qui iustificatur vtiq;, at nõ per
fidem sacraméti, imò versa vice per sacramentũ fidei. Verũ
quidem hoc est, quod infidelitas impedit vim & virtutẽ sa-
Hieron. cramentorũ, testãte Hierony. qui dicit. Etiã lauacra sunt hæ
reticorum, sed nõ lauãt, ad saluté, nam qui in ecclesia baptis-
mum suscipũt, non perfecta fide, hi aquã accipiunt, nõ spi-
ritũ. Cõsequitur hinc alius Lutheri error, neq; enim iis cõ-

tentus, adhuc vult paria esse omnia veteris & noui testamen
ti sacramenta. Quid quod in alio loco suo more subsannat
& deridet sanctos patres, eo quòd discrimen faciunt inter il
la, volens quod sacramenta nouæ legis non sint præstantio-
ra. At quur non veretur Paulum dicentem? Nunc quum co- *Discrimi-*
gnoueritis deum, imo cogniti sitis à deo, quomodo conuer- *na sacra-*
timini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò *men. vete.*
seruire vultis? loquitur autem hic de sacramentis veteris le *legis.*
gis, infirma & egena eã nũcupans. Prolixius aliquãdo pro- *Gal. 4. de*
bauit etiam beatus Ambros. sacramenta ecclesiæ tum anti- *myst. in.*
quiora esse, tum præstantiora sacramentis synagogæ, idque *cap. 8.*
manifestè adeo patet ex ipsius domini verbis, vt turpe fue-
rit & homine Christiano longe indignissimum contradice
re: ita enim ille ait: Patres manducauerunt manna & mortui *Iob. 6.*
sunt, qui autem manducat hunc panem viuit in æternum.
Ecce quomodo sacramẽtum panis discernit dominus in ve-
teri lege & noua, Vt recte dixerit beatus Ambro. diuiniora
& priora esse sacraméta Christianorum quam Iudæorum.
Postremo enim sequitur inde mirum adeo non esse, quod
tam turpiter aberret Lutherus, siquidem inflatus superbia *Li. 1. de sa*
recipere noluit sanctorum patrum declarationes super eo, *cram. c. 4*
quid sit sacramentum, sed suo tantum priuato fretus capi-
te, temerè nimis sacramentum ait esse quod in sacris literis
diuinam habeat promissionem, cum annexo signo gratiæ.
Quæ diffinitio (si modo nomen hoc meretur) quàm vaga
sit & late patens, multis posset hic edisseri, sed breuitati stu-
dens hoc illi tantum obiicio. Quia vt episcopus Roffensis *Roffen.*
ei opposuit, iuxta istam sacramenti descriptionem, eleemo- *Luc. 11.*
syna quoque foret sacramentum, quum certam habeat in
scriptura promissionem, quæ est, date eleemosynam, & o-
mnia munda erunt vobis, est quæ ibi signum externũ quod
in eleemosyna expenditur. Remittere etiam proximo no- *Lucæ. 6.*
xam, promissionem habet in scripturis, dimittite & dimit-
tetur vobis, atque est hic signum externum, quando illi ver
bis aut gestibus veniam deprecatur, simile est de oratione
& aliis multis. Quapropter dilectissimi in domino fugite
quantum potestis istos Lutheri turpissimos errores, manè-
te cum Ecclesia sancta sacramenta in magno habete hono-
re, atque digne susçipite, vicissim à domino deo retributio
nem expectaturi vitæ & gloriæ &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA SEPTIMA DE *baptismo Ioannis.*

¶ Ego baptizo vos aqua ille vero baptizabit vos spiritu sancto. Marci primo.

PRimum omnium sacramentorum baptismus est velut ianua Ecclesiæ aliorum sacramentorum, ita vt qui baptizatus nō est, nullius alterius sacramēti percipiendi capax esse queat. c. veniens de presby. non bapti. Atque adeo ordinatus quispiam in presbyterum, & non baptizatus, presbyter futurus non erit, ideóque adulti, olim ante baptismum nec confessione indigebant nec absolutione. Sacramentum autem hoc succesit circuncisioni, & præcipuè pec- *Luc. 1.* catum aufert originale. Præparauit illud Ioannes domino, sicut in spiritu præuidit Zacharias, eum precessurū & præparaturum ipsi vias suas. sic enim prior incœpit baptizare Ioannes, vt promptiores fierent homines ad baptismum Christi. baptismus tamen Ioannis non erat sacramentum, *Tom. 3.* ipso testante quum ait, Ego baptizaui vos aqua, ille vero, &c. Aue Maria.

1 Antequam ad sacramentū baptismi peruenia, duo præmittenda videntur. Alterum quibus figuris olim sit baptis- *Figura baptism.* mus præsignatus. Alterū de baptismo Ioānis, quo paulatim homines ad baptismū Christi sunt assuefacti. Principio, cōstat typicè per multas figuras, baptismum fuisse præmonstratum in veteri testamento, atque omniū maxime in arca *Genes. 8.* Noë, testatur idipsum Petrus quum inquit, In arca pauci, *1. Pet. 3.* id est, octo animę saluę factę sunt per aquam. Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma: sicut enim tūc extra arcam nullus homo conseruabatur in vita, ita nunc nemo saluabitur extra ecclesiam. & nisi baptizetur.

2 Baptismi typis extitit & mare rubrum, & nubes: hinc *Exod. 13.* Paulus ait, nolo vos ignorare fratres, quia patres nostri om- *1. Cor. 10.* nes sub nube fuerunt: & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & mari: baptismū hunc intellige typicū, sicut eū dicit Damascenus, nubes signū erat spūs sancti, mare autē monstrat aquā baptismi: & sicut Pha- *Lib. 4. ca. 10.* rao cū suis persequens Iudęos interiit, populo interim Hebręo cōseruato: ita & in baptismo, submergitur diabolus, & peccatum, ab vtriusque autē vinculis eripitur baptizatus.

3 Pleræque adhuc fuerunt in veteri testamento ablutio- *Heb. 9.* nes, teste Paulo, quæ & ipsæ figurarunt baptismum, sicut a- *Num. 10.* qua purgationis, aqua leprosorum, & aqua purificationis *Leuit. 14.* qua conspergebantur immundi, lotis ex illa vestibus, vespe- *& 15.* ri redituri in castra, vbi baptismus significatus est, eo enim purgati homines ingrediuntur castra Ecclesiæ. Similia multa, diligens lector inueniet in veteri testamento.

2 Sed neque figuras tantum habuit baptismi sacramentū, imo & præuium sibi ac veluti præparatorium baptismum Ioannis, quo paulatim homines assuefiebant ad Christi baptismum, instar auium quæ ingesto in os cibo, ad illum capiendum inducuntur. Quæras autem, quur baptismus habuerit præparationem qua reliqua superauit sacramenta, nonnulla ex parte illo maiora? respondetur: quia baptismus & fundamentum, & ianua reliquorum est sacramentorum: & ideo præparatione indigebat præuia. vbi autem quis ingressus fuerit Ecclesiam, ei nō perinde difficile est etiā aliorum credere virtutem sacramentorum. Vt ergo in hoc ba- *Institutio bapt. Ioā.* ptismo Ioā. nonnihil immoremur, principio videndum est à quo sit ille institus? & vt id inquiramus, occasio, nobis præbita est à Christo, qui ex principibus sacerdotum & seniorum quæsiuit, vnde nam esset baptismus Ioannis, è cœlo, an ab hominib⁹? Merito igitur & nos hic quærim⁹. Quis *Ear. 23.* illum baptismum instituerit: Atq; hic in prōptu statim sese offert responsio, quod ipse illum instituerit Ioannes, ipsecq; adeo perfectus fuerit eius baptismi administrator, quanuis hoc ille diuino fecit instinctu. Id ita esse ipse testatur Ioan- *Ioan. 1.* nes dicens, qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, loquens ibi de deo: neque enim curamus Canonistas aliter dicentes. c. per aquam. c. proprie. de consec. dist. 4. Sic vt satisfiat ei quod Christus baptismum Ioannis fuisse de cœlo simul, quia ex diuina inspiratione, & ab homine Ioanne, qui ipsum instituerat, & opere adimpleuerat. Sequitur inde, quare baptisinus Ioānis dicatur Ioannis baptismus, quū interim, si quem baptizarit Petrus, non dicatur ille baptismus Petri, Imo & Paulus vetat hoc Corinthiis, si quis vo- *2. Cor. 1.* let dicere ego sum Pauli, ego Petri. Et ratio quidem hæc *1. Cor. 1.* est, quia Ioannes ipse suum instituit baptismum, nō autem Petrus suum. Quicquid in baptismo Ioannis fiebat, id totum Ipse Ioānes faciebat. Petrus autē vel quilibet minister

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum baptizat, nimirum in eo præstat, quia solam externam aquæ infusionem operatur: Deus autem perfectè adimplet omnia. Ille enim & aquam infundit animæ, & eam à peccatis emundat. Qualis qualis ergo fuerit minister sacramenti, nos solum aspiciamus Christum, qui baptizat omnes quotquot baptizantur: vnde & Ioannes de illo ait: Hic est qui baptizat in spiritu sancto, quod dictum pulchrè, vt reliqua omnia, grauiter contra Donatistas inducit beatus Augusti. *Ioan. 1.*

3 Porro sciendum est baptismum Ioannis non fuisse euidens diuinæ gratiæ signum, neque gratiam contulisse, nisi quantum pius baptizati affectus operabatur. sicut & in aliis operibus bonis id ipse affirmat Ioānes, quum dicit, ego baptizo vos aqua, ille autem baptizabit vos spiritu sancto. Ioānes corpus tantum abluit, in animam nihil operabatur: itaque vt antea diximus propriè & verè baptismus iste erat & appellabatur Ioannis quum interim baptizante Petro, non dicebatur ille baptismus Petri: solus quoque baptizauit ob id Ioannes, neque vspiam legimus, discipulos suos baptizasse (vide Gabrielem.) Contra Christus non baptizauit, sed discipuli eius. Consequitur hinc baptismum Ioannis non fuisse sacramentum nouæ legis, quia nō fuit efficax signum gratiæ diuinæ, & tamen ad vetus testamentum non pertinebat, itaque signum fuit præparatorium tantum nouæ legis. *Mar. 1.* *Matth. 3.* *Ioan. 4.*

Iterum sequitur, quur aliquem baptizatū baptismo Ioānis denuo baptizari oportebat baptismo Christi, sicut Ephesios baptizauit Paulus in Actis, qui tamen baptizatos essе se dicebant baptismo Ioannis, nihil autem audierāt de spiritusancto: vnde denuo eos baptizauit, & quidem in nomine Iesu Christi (quæ magister in diuersum adducit ex Hieronymo. remittimus, ad scholas.) Et hoc est quod dicit Augustinus, tractatu quinto super Iohel. Si quos baptizabat Iudas, non sunt iterum baptizandi, & quos baptizauit Ioānes iterum baptizati sunt, quia eos non baptizauerat Christus. Quanuis in hoc non repugno, quod si Ioannes obseruasset formam baptismi, qua vtebātur Apostoli, qui cum ipso baptizabant, & illiverè fuissent baptizati, nec opus fuerat eos denuo baptizare. ¶ Rursus hinc sequitur, quam ob rem tā citò desierit, finémque acceperit baptismus ille Ioānis, quia vt in eo cœperat, ita & in illo desiit, nec eo opus fuit amplius, vbi primum ille est coniectus in carceres: quoniam *Act. 10.* *Hiero. super Iohel.*

cœperant baptizare discipuli Christi, ipso iam ante Ioanne baptizante in Ennon. Quid igitur mirum, si superueniente veritate, figura & præparatio finem acceperint? In summa, baptismus Ioannis non contulit gratiam, ideo non fuit sacramentum: tamen reducitur ad sacramentum nouæ legis: quia accessorium debet sequi naturam principalis. *Matt. 4.* *Ioan. 4.* *Act. 19.*

¶ Sed audio contra hæc sic obiici, Etiam baptismum Ioannis fuisse sacramentum & dimisisse peccata, eo quòd Paulus dicit Ioannem baptizasse populum baptismo pœnitentiæ? pœnitentia autem, & gratiam confert, & peccata dimittit. Paulò quoque manifestius videtur id ipsum dicere Marcus quoniam de baptismo Ioannis sic loquitur: Erat Ioannes in deserto prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: vnde quis colligere possit etiam baptismum Ioannis sustulisse peccata. Sed illud ita dilui potest, quod Ioannes baptizauit, non fecit hoc in remissionem peccatorum, sed quia prædicauit pœnitētiam & baptismum Christi, id demum vergebat in peccatorum remissionem atq; sic sentit glossa super illud Lucæ. prædicans baptismum pœnitentiæ, quoniam non contulit baptismum pœnitentiæ, sed prædicauit tantū: sed huic glossæ videntur adhuc repugnare verba Pauli. Proinde vt clarius, & dilucidius dicamus: In baptismo Ioannis, tria fuerūt, primū, Baptismus ipse in se. *Mar. 1.* *Lucæ. 3.* *Non debebat peccata.*

2 Humilitas & deuotio baptizatorum. 3 Pœnitentia quam faciebant ex Ioannis prædicatione. Quo ad primum sanè ipse baptismus aquæ non confert gratiam, vt supra diximus, reliqua autem, vt sunt, humilitas, pietas, & pœnitentia baptizati, hæc possent quadamtenus gratiam mereri, nō autem ipse in se baptismus, (ideo verba sancti Pauli intelligantur consentire.) 4 Quæras, qua forma sit vsus Ioannes baptizando? Ea sane, qua dixit. baptizo te in nomine vēturi id adeo ex Paulo colligimus qui ait, Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent: tantundem ergo est, q̄ baptizauit in nomine venturi, quasi eo cohortatus sit populum, vt crederent futuram illam redemptionem per passionem Christi. Verum hic rursus duæ occurrunt obiectiones. Altera, Quomodo ille potuit baptizare in nomine vēturi, non ignarus eum iamiam venisse, si quidem ipse ad eū ait, ego debeo baptizari à te? Altera, Quum Christū baptiza- *Act. 19.* *Obiect.* *Marc. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit Ioannes, non conuenire potuit hęc verborum formula, quando ipse hic dominus baptizabatur. Ad priorem respō detur, hunc fuisse morem Ioannis, vt Messiam Christum illum vocaret venturum: id inde colligere licet, quod ipse duos ex discipulis suis misit ad Christum qui dicerent, Tu ne es qui venturus es? & alibi ipse ait, Qui post me venturus est, fortior me est, quanuis enim tunc venerat dominus, quem antea quoque in vtero matris agnouerat Ioānes, sed quo ad personam tantum, non autem ille adhuc inceperat opus redemptionis. Quid multa? venit in persona, sed nōdum vsurpauit officium personæ suæ, neque dum prædicare & miracula cœperat exercere. Ad obiectionem posterio rem respondemus, quamuis hic non omnino omnes inter se conueniant doctores: nos tamen ad eam viam propius declarabimus, quæ sacris literis videbitur esse proxima. Primum omnium, verum est, quod Christus à Ioanne baptizatus sit, quodque eum Ioannes verum crediderit esse Messiam, quoniam verum ille signum de cœlo compererat supra Christum, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto: ac proinde sic dixit ad illū, ego debeo baptizari à te & tu venis ad me. 2 Sunt qui dicant Ioannem baptizasse dominum non suo sed Christi baptismo, hoc est in nomine trium personarum atque in eius rei argumentum dicunt visibiliter ibi sanctam apparuisse trinitatem, Deum patrem in voce, Deum filium in humana natura, & Deū spiritum sanctum in specie columbæ. Hinc decuisse dicunt, vt quia Paulus affirmat Christum in omnibus primatum tenere, illum quoque primum omnium suo esse baptismate baptizatum, sicque impleuisse prophetiam Dauidis, Tu contribulasti capita draconum in aquis, tu confregisti capita draconis. ¶ Atque in ea sententia est Damascenus, qui ideo dicit. Quintum est baptisma domini, quo & ipse baptizatus est. Augustin. & communiter doctores putant Ioannem suo baptismo baptizasse Christū, & nō baptismo Christi, sed qua forma sit vsus, aiunt non esse scriptum. Quod etiamsi vsitata sua formula sic vsus est, nemo dicat esse absurdum, in nomine vēturi: quāuis enim iam venerat Christus quoad personam, tamen adhuc venturus erat ad opus redēptionis. Vi deo hic Franciscum Maronem in ea esse sentētia, vt dicat ad

Matt. 18. Matth. 3.

Forma baptizandi Christum. Ioan. 3. Matth. 3.

Colos. 1.

Psal. 13. Lib. 4. cap. 10.

magnificentiam baptismi reuelatum esse Ioanni diuinitus, vt hac vel simili forma vteretur. Domine mi, conditor & creator vniuersi orbis, en ego te in hoc baptizo flumine, simulq; humiliter oro, vt omnes quotquot tuum sunt suscepturi baptismum, per gratiam tuam à peccatis omnibus expurgentur. Hic vbi lector candidus & pius colligat atq; eligat, quodcunq; videbitur consentaneū esse magis, nos certè præter illam vsitatam formulā ex verbis Pauli elicitā, non habemus aliā vllam scriptā. 5 Quū itaque satis multa iam hactenus de baptismo Ioannis dicta sint, & inde nunc constat illū cū Ioanne cœpisse & secum quoq; desiisse, Ioānem etiam adultos tantum, & non paruulos, solosque viros, non mulieres baptizasse, supersunt adhuc tria, de quibus quære re nonnihil necessarium est.

Act. 19.

1 Quando gratiam non contulit baptismus Ioānis, quid profuit ergo? 2 Aut quid potuit commodare Christo? 3 Cuiusmodi sit baptismus in igne, nam & de illo Ioannes, Christum baptizaturum spiritu sancto & igni. Ad primum dicimus, quia baptismus Ioannis vtilis sanè fuit propter deuotionem, humilitatem & pœnitentiam baptizatorum, vt supra dictum est. 2 Quia promisserat dominus per prophetam, se missurum angelum, qui sit præparaturus viam ante faciem suā: hic ipse angelus fuit Ioannes Baptista, quod Christus in Euangelio testatur. Atque sic nimirum Ioannes præparauit viam etiam ad baptismum Christi, dum paulatim homines assuefaciendo induceret ad baptismum. 3 Quanquam ad illud etiam conducebat Ioannis baptismus, vt Christus manifestaretur in Israël, per angelos enim innotuit pastoribus, gentibus stella duce, Israëli per baptismum, & per miraculum mutatæ in vinum aquæ discipulis (vide homiliam in festo trium regum.) Rationem quoque hanc Ioannes ipse insinuat, dicēs, ideo venisse se & baptizare in aqua, vt manifestaretur in Israël, quæ manifestatio facta est in apparitione trium personarum in diuinis, & in apertione cœlorum supra Christū.

Vtilitas bapt. Ioā. Matth. 3.

Malac. 3.

Matt. 11.

Tomo. 3. Homil. 1. de Epip.

4 Augustinus vero ait, ideo præcipue Ioāni traditam esse baptizādi dignitatem, vt Christum baptizaret. Cæterum ad id quod secundo loco quærebatur, respondemus, quum baptismus Ioannis fuerit baptismus pœnitentię, sicut illum appellat Paulus, pro tanto non indiguit dominus illo, sicut

Baptisma ignis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec circuncisione, sunt tamen rationes aliquot, quas etiam enumerant doctores, quur Christus voluerit baptizari.

Cur voluit Christus bap.

1 Ad implẽdam perfectam humilitatem, sicut & ipse dominus dixit ad Ioannem, sine modo, sic enim nos decet implere omnem iustitiam, inquit glossa, omnẽ humilitatem.

Matth. 3.

2 Vt comprobaret dominus baptismum Ioannis esse iustum & ex cœlo, in quo addubitabant Pharisæi, idcirco

Matth. 3.

quærentes, in quonam baptizaret. 3 Vt confirmaret sui proprij baptismi materiam, voluit sanctificare aquas, suæ

Beda.

mundissimæ carnis contactu, vt Beda inquit, Chrysosto.

Chryso.

etiam dicit Nunquam aqua baptismi purgare peccata credẽtium posset, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset. c. nunquam de consec. dist. 4. 4 Ideo quoq; à Ioanne

August.

baptizari voluit dominus, ait Augustinus (in. q. ve. & notesta. & super Ion. tracta. 5.) vt authoritatem daret baptismo suo, & vt cognoscerent serui sui, quanta alacritate deberent currere ad baptismum domini, quando ipse non dedignatus est suscipere baptismum serui. Et infra, Vt daretur nobis à domino exemplum humilitatis ad percipiendam salutem baptismatis, Christus suscepit, quod ei opus

De natu. loni sum.

non erat. 5 Augustinus aliã quoq; inducit causam. Quũ enim is qui cuncta creauit, baptizari voluit ad eo quem ipse cõdiderat, docemur nos omnes, nihil referre, à quo quis baptizetur, quando dominus non recusauit baptismũ accipere serui. ¶ Postremo ad tertiam obiectionem dicimus, non

Baptismus ignis

intelligendum hoc ita esse, vt perperam acceperunt quidam Indiani, Iudæi & alij ex regno Nubię, quasi Christiani baptizari deberent igne materiali, sicut isti paruulos suos stigmatibus notant, inurendo ea fronti aut alijs locis. Meræ hæ sunt ineptiæ & nugæ, sed id ita intelligendum est, quod ille spiritum sanctũ daturus erat in plenitudine gratiæ? nam in specie, vt ait Damasce. ignearum linguarum super sanctos

Damasc. lib. 4. 1.

Apostolos spiritus sancti gratiam effudit, vt ipse dominus ait, quando præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent sed expectarẽt promissionem patris: Quia Ioannes, inquit, baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spũ sancto non post multos hos dies. Quod si ad omnem Christianum populum hoc sit referendum, constat, nos omnes baptizan-

Lucæ. 12.

do esse igni diuini amoris, iuxta illud, ignem veni mittere

Esaiæ. 4.

in terram, & quid volo aliud, nisi vt ardeat? consonat hoc

quod Esaias ait, si abluerit dominus sordes filiarum Sion & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris: hoc nimirum est quod Ioãnes dixit Christum baptizaturũ in spiritu sancto & igni. Tertio loco intelligi illud sic potest, quia Christus baptizabit hic in spiritu quod si autem contingat hominem mori, in dilectio ne quidem Dei, sed tamẽ in peccatis venialibus constitutũ, vel ita quod pro mortalibus commissis non satisfecerit, tunc deniq; eum baptizari & purgari oportet adhuc per ignem, & ignem quidem purgatorij. Atq; in hac sententia est etiã Damasc. qui postquã de Apostolis verba hæc est inter pre- *Lib. 4.*
tatus, & linguis igneis, subdit, aut propter futuri ignis pu- *cap. 10.*
gitorium baptismatis. Atq; hæc circa quæstionis motæ resolutionẽ dicta sufficiant, neq; enim ita crassẽ est intelligendũ hoc baptisma ignis, sed de ardẽtissimo spiritus sancti amore. Turpiter ergo errauit Zuinglius, dum Ioãnis baptismũ *Matth. 3.*
æquauit baptismo Christi, & quod vtrinq; sit peccatũ originale dimissum, qui error per diametrum repugnat Euangelio, ipsisque adeo verbis Ioannis, qui dum ostenderet Christum venturum fore se fortiorem, discrimen statim *Mar. 1.*
subiecit baptismi dicens ego baptizo in aqua, ille autem *Act. 19.*
baptizabit in spiritu sancto. sic & Paulus Ephesios baptizatos antea, baptismo Christi baptizauit: denuo non factu-
rus id, si eadem fuisset vtriusque virtus: nisi forte Zuinglius ex Paulo parabaptistam facturus est, qualis fuit iste suus Balthasar Hiebmeri. Oremus Deum.

HOMILIA VIII. DE BAPTISMO.

¶ Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Matthæi vltimo.

VT hic quoque de sacramento baptismi dicturi iusto ingrediamur ordine, Principio dicendum erit, quomodo illud iam olim in veteri testamento sit promissum. 2 Quo pacto sit in noua lege institutum. 3 De forma verborum. 4 De conuenienti materia aquæ. 5 De qualitate baptizandi. 6 Quidnam operetur baptismus in baptiza- *Baptismi promissio.*
to. Septimo. Quis sit illius minister. ¶ Postremo de iis quæ præcedũt baptismũ, & de patribus. ¶ Primum omnium, nõ figuris tantum designatus est baptismus in veteri testamento, sicut in superiori homilia ostẽdimus, sed manifestè pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

missus: sic enim per Ezechielem dicit dominus, effundam super vos aquã mundã & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponã in medio vestri. Id in baptismo deniq; impletum est, & benè quidem geminam hic Propheta cõmemorat mundationem, alteram ad Iudæos pertinentẽ, qui baptizati sic demum emundati sunt ab inquinamẽtis peccatorum, alteram vero ad gẽtiles, qui non solum à peccatis, sed etiam ab idolis sunt purgati,

Zach.13. Zach. quoq; de baptismo sic prædixit: In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalẽ, in ablutionem peccatoris & mẽstruatæ: loquitur ibi de tempore post

Act. 2. ascensionẽ Christi, qñ in Pentecoste baptizauit Petrus tria millia hominũ. Id adeo ita esse ex præcedẽti capite prophe-

Zacha.12. tæ colligitur, quãdo ait: in die illa effundã super domũ Dauid & habitatores Hierusalem spiritũ gratiæ & precum, &

Act. 1. aspiciẽt ad me (hoc est, cognoscẽt me) quẽ cõfixerunt. Hoc actata euenisse, testantur Apostolorũ, vbi legimus eos vnanimiter perseuerasse in oratiõibus, ipsisq; missum esse spi-

Actu.2. ritum sanctũ. Deinde prædicãte Petro ab eis crucifixum esse Christum, quomodo compuncti sint corde audiẽtes illud atq; dixerint, Quid faciemus viri fratres? vbi baptizauit eos

Esa. 44. Petrus, & sic impleta est prophetia Zacharię. Non dissimile est quod legitur in Esaia, Noli timere serue meus Iacob, effundam enim aquã super sitiẽtem & fluenta super aridã. Effundam spiritum meũ super semẽ tuum, & benedictionẽ meam super stirpẽ tuã, & germinabũt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluẽtes aquas, Ecce quomodo hic propheta quod futurũ adhuc erat, prænuntiat sacramẽtum baptismi, quod daturus erat dñs sitientibus Iudæis & aridis Gentibus, germinãtibus tandem inter herbas, hoc est vt ait Rex Salomõ, sub Edom, quo nomine imperiũ accipitur Romanorum, sub quo Ecclesia Christi germinauit & creuit, non obstãtibus etiã maximis persequutionibus. ¶ Sed & in alio

Esa.12. loco dicit Esa. quum antea de Christo loquutus esset, Hauritis in gaudio aquas de fontibus saluatoris, siue saluationis. Id quoquę fit in baptismi fonte, vnde in Ecclesia bap-

Esa.52. tismum fere fontem nominamus. Deinceps quoq; idem Propheta sic ait, Ecce intelliget seruus meus, (quia in ipso sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & scientię dei) & exaltabitur (in sua

sua resurrectione) & eleuabitur (in ascensione) & sublimis erit valde) quando nimirum sedebit ad dexteram pa- *Coloſ.2.*
tris (sequitur. Iste asperget gentes multas, super ipsum cõtinebunt reges os suum. Aspersio hæc in baptismo facta est, vbi & potentissimi quíq, reges submiserunt & inclinarunt capita sua ad nomen Iesu. Insuper & Ezechiel mul- *Eze.47.*
tis commemorat, vidisse se in templo aquas emanates, & subdit, omnis anima viuẽs quæ serpit, quocũq; venerit torrens viuet. Ex quo prophetico vaticinio morem hũc obseruauit ecclesia, vt tẽpore paschali (quãdo per octauã baptismi mentio frequẽs est in officio missę) subinde consuetum sit cani illud soléne canticũ: Vidi aquã egredientẽ de tẽplo à latere dextro, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Aqua nimirũ ista baptismi fons est sacratus. Postremo Dauid quoque in spiritu baptismũ præuidit quum *Pſa.28.*
ait. Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas. Aut vbi sic Deus intonuit in maiestate super aquas, quã quum aperto cœlo sub baptismum Christi, vox patris audita est, hic est filius meus dilectus, ip- *Mat. 3.*
sum audite. Quid quod circa hunc psalmũ diligenter examinãt doctores Dauidẽ tibi in spiritu septẽ cognouisse Ecclesiæ sacramenta, vna cũ septem donis spiritus sancti, quæ ille nomine septem vocum appellat. Vnde constat Iudęum *Geneſ. 1.*
mille & quingentis annis in suo Moyse legisse, nec tamen intellexisse illud quod in principio Geneseos scriptum est, spiritus domini ferebatur super aquas: cuius lotionis virtus & efficacia tunc demũ intellecta est, quãdo spiritus sanctus in specie colũbæ visus est baptizato domino in Iordane. 2 Quum itaque superiori homilia dictum sit quomodo baptismus in veteri lege sit præfiguratus, ac deinceps per prophetas prænuntiatus atque promissus, super est *Matth. 3.*
nunc vt dicamus, quo pacto huiusmodi promissionẽ Christus in nouo testamento expleuerit. Principio etsi non in- *Baptiſ.*
stituerit Christus hoc sacramentum, quando baptizatus est *quando*
ipse. siquidem ille baptismus tantum erat Ioãnis, attamen *inſtituit.*
exhibuit ibi operationem trinitatis in baptismo, & materiam competentem aquam, quoniam in Iordane baptizatus est, idq; non immerito, quia sicut Iudæi in terram promissionis nisi per transitũ Iordanis venire non potuerunt. ita nemo interrã viuentium perueniet nisi per baptismum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quanuis sacramenti huius necessitatem Christus Nicodemo aperuit, quando dixit, Nisi quis renatus fuerit
Ioan.3. ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnum cœlorum, tamen verisimile non est Christum adeo commune, tamq; eximium & necessarium sacramētum instituisse ita clam atq; adeo noctu, & coram homine priuato, qui etiam non debebat cæteris adnuntiare huius sacramēti institutionem. 3 ¶ Præterea quanuis die ascensionis suæ Christus
Mat. vlt. Apostolis iniunxit officium baptizandi omnes gentes, præscripta in hoc certa verborū formula, in nomine patris & filij & spiritus sancti, tamē neq; tum baptismum instituit, quia iā antea erant baptizati apostoli, ipsiq; adeo baptizauerant alios, sicut apud Ioannem legimus, discipulos venisse ad Ioānem Baptistā & dixisse, Rabbi qui erat tecum trās
Io.3.&.4 Iordanem, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum, & sequitur: quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius.
4 ¶ Sequitur ergo dominum instituisse baptismū quando missurus erat discipulos ad prædicandū & baptizandū:
Mar.10. tunc enim vtiq; formam & vsum baptismi demonstrauit, si quidem discipuli Ioannis non sic baptizabant, vt discipuli Christi. ¶ Duo itaq; tempora habuit sacrum baptisma: alterum, quādo præceptum adhuc non etat, sed salutare tantum & bene consultum, idq; ab eo tempore quo Christus discipulos suos primùm emisit ad munus prędicandi & baptizandi, vsq; in diem Pentecostes post ascensionē domini. Alterum vero tempus fuit simul atq; Apostoli in die Pentecostes Hierosolymis proclamarunt & promulgarunt baptismum, qui ab ea promulgatione tunc fuit necessarius, ita vt quicunque nō baptizaretur, etiam quū haberet oportu-
Matth.3. nitatem consequendi baptismum, is sane condemnabatur. Christus quoque, vt tandem finiamus opere ipso baptismū
Ioan.3. declarauit & commēdauit, quando illum etiam ipse susce-
Marc.1. pit. Verbo etiam, quū necessitatem eius Nicodemo com-
Luca.9. monstrauit. Insuper verbo eum instituit, quādo ipsum docuit Apostolos, quāuis in Euangelio non sit expressum, & opere seu facto quoq;, dum misit eos, vt baptizarēt: fortius adhuc confirmauit baptismum, quādo ex latere suo sancto
Ioan.19. non sanguis tantum, sed & aqua effluxit: & verbo, quando
Mat. vlt. ablegauit Apostolos in vniuersum mundum, vt docerent populos, & baptizarent. 3 ¶ Triplex in super est baptis-

flaminis, & sanguinis. Primus ille fluminis cōmunis est, atq; hoc ipsum sacramentū de quo in præsentiarum agimus. Baptismus autē flaminis est, quū quis credit in Christū, & vellet baptizari, præuentus vero tempore, moritur ante quam baptismū cōsequatur aquę, is sic baptizatur in spiritu. Atq; hoc illud est quod B. Augustinus ait, hoc modo baptizatum esse latronem, & habetur de cōse. dist. 4. baptismi vicem aliquādo implere passionem, de latrone illo, cui nō baptizato dictū est, hodie mecū eris in paradiso. nō leue documentum idem B. Cyprianus adsumit, quod etiā atque etiā cōsiderās inuenio, non tantum passionē pro nomine Christi, id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiā fidem cōuersionémque cordis, si forte ad celebrandū mysterium baptismi in angustiis temporū succurri nō potest: inuisibiliter enim perficitur baptismus, quādo mysterium baptismi, nō excludit contemptus, sed tempus necessitatis: vt si forte Iudæus iamiam baptizādus moreretur in via, eius nimirū anima baptizaretur in spiritu & saluaretur, iuxta illud saluatoris,
Ioan.11. Omnis qui viuit & credit in me nō morietur in æternū. &
Rom.10. cōsentit istud Pauli: corde creditur ad iustitiā, ore autem fit cōfessio ad salutē. Audio autē hīc, obiicit Augustinū reuo-
Libr.2.re- casse illud delatrone. Imo sane reuocauit ille tantū exem-
tract.18. plum, nō mutauit sententiā, alias enim vult baptizatum esse latronem, vt in lib. de origine animæ. Vide partem primam homiliarum, alias videtur velle tribuere ei baptismum sanguinis. Hoc ipso etiā flaminis baptismo, baptizatus est Imperator Valentinianus, frater imperatoris Gratiani, qui & ipse præmatura morte præuentus, antea mortuus est quam baptizaretur, de cuius morte pulchrā habet homiliā B. Ambrosius: is enim iamiam baptizaturus erat eum, & tunc erat
Lib.5.epi. in itinere, quando mortuus est Imperator. Inter alia verba sic dicit: Ventrem meum doleo, vt apphetico vtar eloquio,
Hiere.4. quoniam quem in Euangelio eram generaturus amisit sed
Augusti. ille non amisit gratiā quam popposcit. Atque in hoc casu ve-
libr.4.de rum est illud Augustini, baptismus inuisibiliter administra-
baptis.cō- tur, quum non cōtemptus religionis, sed terminus necessi-
tra Dona. tatis excludit. ¶ Hoc baptismo baptizati sunt in vtero ma-
cap.1.de tris Maria, Ioannes, Hieremias. Baptismo autē flaminis ba-
presby.nō ptizatus est Cornelius, prius enim quā baptizaretur in aqua
bapt. cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum

Universidad de Deusto Biblioteca

Hiere.1. *Actu.10.* *Actu.8.* *Ioan.3.* *Actu.2.*

Petri similiter & Eunuchus reginæ Cãdecis. Vnũ hic præmonere consultum visum est, quod etsi baptismus hic flaminis sufficiens est ad salutem, si quis nequeat habere baptismum fluminis, quod si autem posit eum consequi, debet illo ipso baptizari propter verba Christi: nisi quis renatus fuerit ex aqua, nõ potest videre regnum dei. Sequitur quod si quis, etiã hodie sanctificaretur in vtero matris, adhuc deberet baptizari in aqua, & sic consentaneum est etiam Mariam Deiparam esse baptizatam, aliisque factam Christianis conformem, sicut & remansit cum apostolis in die Pentecostes quando acceperunt spiritum sanctum (de Apostolis deinceps differemus.) In iis enim etiam si non sanctificet baptismus, separat tamen fideles ab infidelibus. Ideóque & Ioannes quantũuis sanctus dicebat ad Christum. ego debeo baptizari à te. ¶ Tertius porrò baptismus sanguinis est quando aliqui pro nomine Christi & fidei professione occiduntur, ij nimirum in sanguine suo baptizati sunt, sicut

Auguſt. ait Augu. lib. 13. de ciuitate. c. 7. Quicunque etiam nõ percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quãtum, si abluerentur sacro fonte baptismatis. sic baptizata est Emerentiana iuxta sepulchrum Sanctæ Agnetis. Sic mulier Blasij, sic baptizati sunt paruuli innocentes ab Herode interfecti nec dum circuncisi (vide Tomũ tertium fol. 40. 2. ca.) & innumeri martyres, qui in momento baptizati sunt in

Gloss. *Iudi. 6.* sanguine suo nondũ perfecti in fide, atque ideo glossa quędam dicit, baptismus sanguinis solus est qui nos mundiores & purgatiores efficit quã baptismus fluminis. ¶ Idq; adeò sic habere demonstrauimus, quãuis communi more loquendi, infans baptizari non potest adhuc omnibus membris cõstitutus in vtero matris (sicut hic casus in sequentibus explicabitur) sacramentali baptismo fluminis, attamen si homo quispiam infidelis ad odium nominis Christiani (quod nunc à Turcis in Vngaria per Germaniam nõ raro factum est) matrem grauidam vna cum fœtu occiderent, piè credendum est, paruulum illum esse baptizatum in vtero matris in sanguine suo: quoniã causa est quapropter Turca matrem necaret & ipsum paruulum, ob fidem Christi, decet

Ad Fortu. itaque vt paruulus ille viuat & saluetur. Sãctus Augustinus pulchrè comparat istos baptismos inter se dicens, baptizatus

tus confitetur fidem suam coram sacerdote, Martyr coram persequutore. Ille post professionem aspergitur aqua, hic aspergitur sanguine. ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum, hic templum efficitur spiritus sancti. baptismum hunc habuit Abel ab origine mundi, & omnes qui in occisione gladij propter Deum & iustitiam mortui sunt. Atque hoc est quod ait Petrus, si quid patimini propter iustitiam, beati. Oremus dominum, &c. *1. Petr. 3.*

HOMILIA NONA.

¶ Euntes docete omnes gentes. Matt. vlt.

Lib. 40. 10. AVdiuistis dilectissimi in Christo, superiore homilia baptismi genera (quanuis Damascenus ponit octo) baptismum fluminis, flaminis, & sanguinis, atque duo quidem postremi, baptismi, sacramenta non sunt, etsi baptismus sanguinis præclarus, eximius & multum meritorius sit, quo nimirum etiam Christus ipse baptizatus est, sicuti ait, baptismo habeo baptizari, & quomodo coactor vsque dum perficiatur? loquens vtique de passione sua, quemadmodũ Ambrosius, Theophyla. & alij doctores interpretantur. Sed quum hic locus non alind exigat nisi vt de sacramentis differamus, prætermisso flaminis & sanguinis baptismate, tantum de baptismo fluminis verba faciemus, tanquam sacramento, ostendendo quæ sit illius materia, quæ forma, &c. *Luc. 12.* *Ambro.* *Baptism.*

1 ¶ Ac primum quidem omnium, baptismus sacramentum ecclesię sanctũ est, ablutio hominis viatoris non contra sentientis, facta in aqua fluida elementari, ab alio quopiam, conuenienti forma vtente, & rectam intentionem habente.

¶ Hanc descriptionẽ principio explicabimus, deinde quædam puncta sigillatim excutiemus. Baptismus inquam, est ablutio, quoniam aqua in se sacramentum non est, sed ablutio quæ fit in aqua, & sic habemus quodnam sit visibile illud signum in sacramento, quod tam efficaciter vnà cum forma verborum significat gratiam dei.

2 ¶ Hominis viatoris, siquidem nec angelus neque diabolus, neque mortuus capax esse potest baptismi.

3 ¶ Non contra sentientis, hoc est voluntate sua obicem ponentis, idque propter Iudæos & gẽtiles, qui nõ raro baptizari se sinunt temporalis quæstus & cõmodi gratia, atque in corde interim dissentiunt, in quibus & oleum perit

& opera baptismi, de iis quoq; deinceps latius disseremus.

4 Et hæc quidem ablutio fieri debet in aquam, Ecce materiam baptismi, de qua paulo post plura.

Ioan.3. 5 Ab alio, nemo enim baptizare potest seipsum: eo quod baptismus regeneratio quædam est, nemo autem generare potest seipsum.

6 Adiectum est & illud, vt is qui baptizat, debita vtatur forma verborũ, quę omnia hæc ita oportet cõuenire, siquidem si quis baptizet, altero interim pnuntiante verba, nihil fiet, cũ debita etiã intẽtione. ea enim est, quę opus verbo cõnectit: de forma autẽ & intẽtione deinceps plura dicentur.

2 Quid multa? pluribus quæ sese ingerebant circa sacramenti appellationem, eo tandem deuenimus quod etiã baptismi definitionem adiecerimus, (est enim hæc via artis, omnia æquiuoca & amphibologica primum excutere, & tunc tandem ad definitionem veniendũ est) eámque posuimus talem. Baptimus est ablutio, &c. siquidem aqua, absolutè loquendo, non est ad sacramentum, etiamsi in baptisterio detineatur consecrata festiuitate paschali vel pentecostes: tamen baptismus verè non est, etiam ad baptizandũ disposita & ordinata, quãuis communi cõsuetudine vulgi dicatur baptismus: sacramentum autem nõ est, eo vsque dum in illa paruulus veniat baptizandus, quia sacramentum hoc in solo vsu consistit: itaque nec antea, neque post vsum dici potest aut debet sacramentum: (secus de eucharistia, quæ non consistit in vsu, sed in esse permanenti, de quo infra) sed omnia illa simul, puta ablutio vna cũ verbis ad hoc requisitis, iuxta illud Augustini, super Ioannem homilia 80. Detrahe verbum ab aqua, & quid erit nisi aqua, accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: vnde ista tanta virtus aquę, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Quomodo autem hæc ablutio fiat aspergendo, adfundẽdo, demergendo in aquã, &c. infra ediſſeremus, vbi de vario huius sacramenti vsu dicturi sumus. Verum quidem id est quod Tertullianus, Cyprianus quoque, & interdum Origines, quum de baptismo loquuntur, semper tinctionem vocant. Ad scholas relegatũ volo, quod quidã doctores conantur extricare quid nam sit ablutio ipsa in se (propter glossam ineruditã Bernardi, quæ ab aliquibus dicitur esse Gandulphi, timentis ne asinus biberet

Ablutio sacramentum.

Augusti.

beret sacramentum) hoc enim cuilibet Christiano homini simplici satis est, quod, vt ait Augustinus sicut eques nõ est homo & equus, sed solus homo, & tamen eques dicitur, ideo quod aliquo modo se habeat ad equũ, ita nec aqua absolutè erit sacramentum, sed tunc demum quando cum certis verbis & intentione accõmodatur ad hominis ablutionem. *Lib.19. de ciuita. dei cap.3.*

3 Constat igitur iam in qua materia sacramentum hoc absoluatur, quia in aqua fluente, non enim oportet esse fontalem, sufficit esse fluidam, neque stantem, nec condensãtam, neque in glaciem congelatam. Sciendum ergo quod debeat esse aqua pura, elementaris: vbi principio excludun tur omnia humida quæ non in substantia sunt aqua, vt vinum, oleum, sanguis, sputum, aquæ rosarum, spicæ vel ex aliis odoramentis distillatæ: in iis & similibus omnibus baptizari non potest, propter aperta Christi verba, quum ait, nisi quis renatus fuerit ex aqua: ille autem propriè nõ sunt aquæ, sed vel succi, vitum, vel baccæ oliuarum, vel aliunde ex herbis extracti humores: proinde neque baptismus in illis confici potest. *Materia baptism.*

2 Præterea excluduntur etiam commistiones aquarum, si illæ sint tantæ vt aquas in aliam trahant substantiam, puta mulsum, ceruisia, vrina, &c. quoniam ibi aqua nõ manet in sua substantia: sed vbi permistio nihil adimit substantiæ aquæ, etiam baptismum nõ impedit, vt si quis baptizetur ex aqua marina, ex lixiuio, ex fonte acido, ex aqua calida sulphurea, ex aqua niuium, ex palude vel lacu, tunc sane baptizatus is esset: si autem incideret dubium, tunc via tutiori ingrediendũ est, vt in brodio denso, vel in ptisana hordeacea crassa, sicut paulo post regulas aliquod proponemus. *Aqua baptismat.*

3 Ad hęc reiiciuntur omnia aquarũ genera quibus nõ potest fieri ablutio, quia aquã illam oportet esse tenuẽ & fluidam, itaq; in niue, glacie, vapore cõdensato in aqua incrassata in aqua cũ spongia, in farina, baptismus fieri nõ potest. In summa aquã decet & oportet esse naturalem & fluidam, ad abluendum idoneam, non artificialem aut distillatam & cætera. Cap. postulasti, extra de baptismo & eius effectu.

4 Cæterum quur saluator noster Christus dominus voluerit sacramentum hoc instituere in aqua: & si ratio præcipua sit diuina eius voluntas: attamen adhuc sunt plures & consentaneæ rationes, quarum prima hæc est à sanctis do-

Universidad de Deusto Biblioteca

Quur baptismus in aqua sit institut⁹.

ctoribus præscripta. 1 Quandoquidem sacramẽtum hoc & vniuersale est & susceptu necessarium, decuit illud institui in elemento communi, quod omnes facillime consequi possent: neque enim quis in orbe habitabili locus est, vbi aquarum tanta sit penuria, vt non tantulum aquæ ad baptismi necessitatem liceat adipisci. 2 Spiritus etiam sanctus viuificans omnia, iam olim ab initio creati mundi ferebatur super aquas, qui nunc quoq; animas in baptismo viuificat.

Ceue. 1.

Ioan. 19.

3 Ad hæc aqua etiam effluxit è fonte sacramentorũ omnium, ipso nimirũ sacrato latere Christi, non vinũ nõ oleũ.

Matth. 3.

4 Insuper Christus ipse in aqua baptizari se voluit, atq; adeò contactu suæ mundissimæ carnis dedit vim regeneratiuam aquis, vt ait Chrysostomus.

5 Neque nihil & hæc est, quod aquæ cõditiones seu qualitates non paulo plus similitudinis exhibẽt operi baptismi quam cuiuspiam alterius elementi. Aqua enim frigida est, fluida, trãslucida, & humida: frigiditate autem designat gratiam spiritus sancti extinguentem fomitis & prauæ concupiscentiæ incendia. Quod fluida est, eo ipso significat ablutionem animæ à sordibus peccatorum. Quod autem transparet, illuminationẽ monstrat gratiæ diuinæ. Quod humida est, ideo irrigat animam, quę & hinc impinguatur in gratia diuina, & donis spiritus sancti. Possent super iis omnib⁹ plurimæ citari scripturæ, sed breuitatis studio omittimus: vnum illud Christi verbum tacere non possumus, quo ait ad mulierem Samaritanam. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Et alibi dixit ad turbas, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Sed vt tandem hæc finiamus, quælibet aqua naturalis, materia debita est baptismi, fonte ex flumine petita, sed non nisi in casu necessitatis, extra quem fieri debet baptismus in fonte consecrato baptismali, de quo plura infra de confirmatione. En vides hic immensam Christi bonitatem & misericordiam, qui nobis tam certum, facilè, mitte & gratia plenum instituit sacramẽtum baptismi: atque decuit illud magnificentiam eius atque maiestatem, vt signum daret, per quod homines ingrederentur in ecclesiã suã, atq; per illud ab aliis omnibus internoscerentur, & vnde largiter gratia omnibus conferretur: gratia enim & veritas per

Ioan. 4.

Ioan. 2.

Iesum Christum facta est, signumq́ue adeo illud mite benignum & facilè est, nihil habens vel curæ, vel doloris cuiusmodi molestiã inferebat, olim paruulis circuncisio. quoniã & vniuersa Christi lex facilis est, sicut ipse ait, Iugum enim meũ suaue est & onus meũ leue. Ad hęc signũ hoc commune est, quum interim circuncisio Iudæis tantũ erat data, & quidẽ non omnibus, sed viris tantũ: baptismus autẽ viris pariter & mulieribus est cõmunis, omnibúsq́; adeo hominib⁹ iuxta illud, Ite, docete oẽs gentes &c. Atq; signũ hoc exactè repræsentat ablutionẽ animæ. Et propter plenitudinẽ gratiæ vocatur aqua refectionis, sicut Psalmista canit, super aquã refectionis educauit me. In magna igitur fontẽ hũc habere nos decet reuerentia, atq; ideo laudare deũ cũ gratiarũ actione, ipsi laus, honor & benedictio in secula, Amen.

Matt. 11.

Mat. vlt.

Psal. 22.

HOMILIA DECIMA DE *Baptismo & eius forma.*

¶Euntes docete omnes gentes. Matth. vlt.

Accedit, inquit Augustinus, verbum ad elemẽtũ & fit sacramẽtum. Audiuimus autẽ quod oporteat esse in hoc sacramento elementũ, quámve materiam: reliquum nunc est de forma quoque verborum nonnihil dicere, est autem ea talis. Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen. Atque hic quidem exprimitur baptista, & opus eius puta baptismus, persona quæ baptizatur, inuocatio etiam sanctæ trinitatis: vna cum deprecatoria conclusione Amen. Forma hæc ex ipsis Christi verbis est desumpta, sicuti subinde ea in prę fatione induximus. Et quamuis duæ voculæ illæ, ego, & amen, non perinde sunt necessariæ, male faceret tamen sacerdos latinus quisquis eas obmiserit (si quis de baptist. & eius effect.) In ecclesia Græca sic consueuerunt dicere, Seruus Christi baptizetur in nomine &c. sed forma ecclesiæ Latinæ magis est consentanea, quamuis etiam sacerdos prætermittens amen, non peccaret. Vbi autem & quando immutatio huiusmodi noceat, iam porro explicabimus. Primũ omnium & si Christus apostolis formã hanc tradidit baptizandi: ipsi tamẽ apostoli sine dubio ex instinctu spiritus sancti eã immutarunt, baptizantes in nomine Iesu, sicut eorũ acta testantur, idq́; eo factum est vt fideles amorem & desyderiũ conciperent nomine Iesu: deinde ipsum quoque nomen

Augusti.

Forma baptismi.

Alexan. tertius.

Mutatio formæ.

Act 2. 10 & 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambros. Iesu, teste Ambrosio, totam repręsentat trinitatem, patrem qui vnxit illum, & spiritum sanctum quo vnctus est, iuxta illud Petri, Iesum à Nazaret, quomodo vnxit eum deus spiritu sancto. *Act. 10.* Iam verò quum & fides Christiana & nomē Iesu satis innotuerint, nemo amplius præsumat baptizare in nomine Iesu, sed in forma, quam nobis dominus ipse tradidit obseruandam. 2 Et Græci vtique dum præscripta illa sua vtuntur forma, baptizant: siquidem veteres sine dubio non nisi bona intentione eam sic instituerunt ad vitandas dissensiones: nam & Paulus scribit contendentibus illis inter se, ita vt alius diceret esse Pauli, alius Apollo, alius Petri, ab iis nimirum tracto nomine à quibus erant baptizati. *1. Co. 1.* Id vt ne fieret, bono vtique animo sustulerunt istud, Ego baptizo, & substituerunt, seruus Christi baptizetur.

3 In omnibus etiam linguis fieri baptismus potest, dummodo præscripta verborum formula exactè seruetur, veris synonimis in locum aliorum receptis. Quamobrem etiam nunc baptizantibus Neochristianis Germanica lingua, vtique sacramentum id est. Hoc vnum tamen addidisse volumus, quod sacerdos ratione officij & ministerij sui baptizans, tanquam totius ecclesiæ minister publicus, & cum solennitate, si non baptizat, aut missæ sacrificium celebrat lingua latina, peccat, sicut latius comprobabimus.

Mutatio formæ. III Supereſt nunc de reliquis etiam formæ eius immutationibus dicere, & primo verba hæc sit variari possunt, vt tamen tota illa & quidem essentialis verborum significatio maneat integra, sicuti quum aliquis non satis latine doctus dicat patrias pro patris, vel etiam ipso sermone vacillet & hallucinetur, idipsum non refert, sed si quis alia substituat verba, vt ea significationem suam amitterent, is sanè baptismus non esset vt diceret, Ego baptizo te in nomine trinitatis, Amen. Vel, Ego baptizo te in nomine eius qui genuit, & geniti & spirati, &c. omnia hæc vana erunt, & nihil ad verum baptismum. *De conse. dist. 4. ca. retulerūt.* 2 Sin autem forma immutetur cum appendice sine additamento, iam potest illud ex proposito & de industria fieri, ad contradicendum Ecclesiæ & confirmandum aliquem errorem. Sic nimirū Arrius fecit, in hūc modum baptizans, ego baptizo te in nomine patris maioris, &c. vt per hoc errorē suum hominibus persuaderet magis, deum patrem esse in diuinitate maiorem, quam deus filius sit, Verum hic modus longe abest à baptismo.

3 Sed si aliquid adderetur pio quodā affectu, vnde etiam principali & præcipuæ formæ nihil decederet, vt siquis dicat, ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, & sanctę Marię, Amē. Hoc nihil impediret baptismi sacramētū, quāuis satiùs est hāc deuotionē à forma baptismi excludi. Quod si quis magna deuotione cupiat virginē matrem venerari, faciat hoc extra formam sacramentalem.

4 Insuper ea reuerentia & honore vtendum est verbis illis, vt ne quid interponas alieni, & non ea transponas, ita vt sensui aliquid discedere posset. 5 Quumque non raro contingat quod in casu necessitatis etiam obstetrices baptizant, decet illas prius diligenter examinari, an vera baptismi forma vtantur. Reliqua de formæ immutatione scholis excutiēda relinquo. Nō oportet enim illa ad longum populo recensere, quia plus intricarētur, sed fixa & firma forma eis prescribatur & declaretur. Tamen bonum est sacerdotē illos casus habere penes se, vt dubitantibus possit respondere, potissimum hoc tempore, quo hæretici nihil non attentant contra sanctæ vniuersalis ecclesiæ consuetudinem.

Minister baptismi. 2 Postquam satis iam tum de materia huius sacramenti, tum forma dictum est, proximum est aliquid de ministro illius disserere. Atque vt supra dictum est, ita hic asserimus Deum principaliter baptizare paruulum, ipse enim gratiā infundit: sic Christus baptizat, ipse enim virtutem & efficaciam huius sacramenti promeruit, homines autem ministri tantum sunt loco Dei: atque sic quidem quilibet homo hic in terris intentionem habens faciendi quod Ecclesia catholica facit, & vera materia simul ac forma vtēs, baptizat paruulū, siue is presbyter sit, siue prophanus, siue vir, siue mulier, Christianus etiā aut hęreticus: imò & si Iudæus aliquis siue Turca, paruulum baptizet intentione Ecclesiæ, & sub debita materia simul ac forma, verè baptizatus est ille, siquidem necessarium non est eum credere, sed paruulus is baptizatur in fide Ecclesiæ. Atque horum omnium fundamentum exhibent nobis verba Dei dicta ad Ioannem de Christo, hic est qui baptizat: hinc nos quoad baptismum in se, non consyderemus ministrum, sed supremum illum baptistam Christum, is enim est qui baptizat. *Ioan. 11.* ¶ Sequitur hinc plurimum aberrasse Donatistas, quādo crediderunt hære- *Donati.*

ticũ, nõ posse baptizare, imo & omnes ab hæreticis baptizatos, esse rebaptizãdos, falsum, id est, & errore plenũ hæreticõ, vnde super hac re multa scripsit Aug. de baptismo contra Donatistas, qui & beatũ Cyprianum martyrem præclarè excusat, certúmque adeo est nec amplius in controuersia ponendum. Vbicunque enim Dominus ipse bonus est, quid quantúmve possit seruus etiam malus perdere? Vnde & Paulus ait, neque qui plãtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Sic pulchrè inquit Aug. Iacob filios suscepit ex vtero ancillarum & liberarũ: sic Deus filios in baptismo per catholicos aut hæreticos baptizatos. Omnia tamen hæc ita demum vera esse intellige, vt debita forma vtantur verborum & vera materia: ipse enim memini quosdam me examinasse anabaptistas, quorum etiã forma baptizandi vera non fuit. Vbicunque autem iam Neochristiani sub debita verborum forma baptizant, ibi paruulus baptizatur, nec amplius inde est baptizandus. ¶ Quod si porrò de ordinario baptismi ministro loquamur extra casum necessitatis, cõsultius est à viro baptizari paruulũ, quã à fœmina, quia sic præsente viro baptizare mulier ne præsumat, nisi forte vir baptismi formulam ignoret: & inde præsente sacerdote nequaquam baptizare debet prophanus, nisi constaret sacerdotem manifestè esse hæreticũ, tunc enim malim pium quempiam & catholicum etiam prophanum baptizare paruulum quàm sacerdotem hæreticum: siquidem prohibemur hæreticis communicare in sacramẽtis. De sacramento altaris, an catholici debeant illud imminente mortis articulo susc̃ipere ab hæreticis, infra suo loco dicetur. ¶ Iterum sequitur hominem prophanum siue laicum non peccare, qui etiam sciens parochum esse in peccatis constitutum, non tamẽ hæreticum, filium suum ei tradit baptizandum, quanuis interim sacerdos ad id muneris loco Dei subeundum se intrudens peccat, dũ aliquem in peccato baptizat: laicum autem excusat hoc, quod ipse parochum suũ iudicare non debet, quoniam is fortè iam occultè pœnitentia ducitur super peccato. Neque vero hic prophanus occasionem præbet sacerdoti peccati noui, sed officij sui ministerium, quod illi debet, ab eo postulat: atque in hoc magis occasionem ei offert pœnitentię de peccatis commissis, quàm denuo peccandi. Culpa autem sacerdotis hæc est, quoniam irreuer-

Cypria.

1. Cor. 3.

Li. 1. cõtra Donatist. cap. 15.

Hæ. etici baptizãt.

Tom. 2.

irreuerentiã exhibet sacamento, vnde & Dionysius ait, non decet impuros tractare sancta signa. si enim sacerdos immundus tam grauiter peccabat in veteri testamento, quanto grauius uunc in noua lege, vbi longe sanctiora sunt sacramenta? ita autem Dominus: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra de ea quæ consecrata sunt & quæ obtulerũt filij Israel Domino, inquo est immunditia peribit coram Domino, & hoc est quod August. ait (prima quæstione prima, can. Remissionem) Sacramenta in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt, sic ergo mali sibi sacramẽta habent inutiliter & pernitiosè, alius autẽ salubriter & vtiliter administrant. 4 Sit itaque sacramenti huius minister homo in terris degens communi regula, siquidem nec spirituum immundorum neque damnatorum aliquis baptizare potest, sed si quis beatorum aliquem baptizaret, præsumendum esset diuina id fieri voluntate, atque is quicunque esset sic baptizatus pro baptizato haberi deberet: sicuti sunt qui putant sanctam Barbaram à sancto Ioanne esse baptizatã. Ad hæc idem ille sacerdos qui verba profert, simul etiam baptizare debet, ne forte falsa fiat baptismi forma: neq; decet vt altero sacerdote baptizante, alius quispiam proferat verba, sed vtrunq; simul & ab eodem fieri debet, atque is ipse non alia forma vtetur quam hac vtitur Ecclesia, alias enim nihil faceret. Sequitur inde quod paruuli baptizati à Zuinglio & aliis qui Zuingliana forma vtuntur, baptizati non sunt, non ideo quidem, quod membra sunt abscisa & putrida, sed quia vera forma ab ipso Christo tradita non vtuntur. sic enim aiunt, Ego baptizo te in nominibus, &c. & formã ecclesiæ cõtendunt esse falsam. Quũ itaq; Zuinglius verã formam immutarit, & expresse ostenderit intentionẽ suam, qua formã Ecclesiasticã voluit esse contemptam & diminutam, idcirco nihilũ baptismus illius est nullus, sicq; ab eo & successoribus suis baptizati denuo debẽt Ecclesiastico baptismo rebaptizari. Ab hac forma quoq; ipsius falsa, erronea, & ab eo tm̃ est excogitata, fugiendũ est, qui etsi mediocriter doctus erat Græcè, Hebraicè, nihil corã vulgo tũ magno apparatu gesticulari voluit & videri, mẽdaciis & dolis in hoc confictis. Ita nimirũ hic voluit Zuinglius in Hebræo euãgelio Matthæi haberi, baptizãtes eos in nominibus, non in nomine. falsum autem

Dionis

Leui. 11.

Augusti.

Zuingl. bapti.

In Zuinglium.

Mat. vlt

id est & nulli veritati consonum, quum omnia exemplaria Græca habeant εἰς τὸ ὄνομα in nomine seu in nomine. Ita Vaticanum, ita Aldinum, ita Erasmicum, ita omnia quotquot vidi habẽt exemplaria. Non ergo errorem iustum ex Euangelio sed ex patre mendaciorũ diabolo attraxit Zuinglius, vt sic paruuli baptismo priuati lõgius in diaboli faucibus & vinculis detinerentur. ¶ Quid quod illud nõ simpliciter tantũ falsum, sed & fidei nostræ catholicæ est cõtrarium. Nam quum hic nomen virtutẽ significet & potẽtiam ipso etiam Zuinglio id fatẽte, & scripturarum testimoniis cõprobante: Quo tandẽ modo dicere potest in nominibus, Arrianũ enim id esset, diuersum credentibus & confitentibus catholicis quia patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas, vt inquit Athanas. Quisquis igitur multa nomina, hoc est plures virtutes & maiestates attentaret facere in Deo patre & filio & spiritu sancto, is longe aberrabit cũ Arrio & Macedonio, non audiens Christũ dicentẽ, Ego & pater vnum sumus. Sic formula ista Zuingliana quãdo & ecclesiæ & Christo aduersatur, & per se quoq; falsissima est, non potest ea sustinere illud sanctũ baptismi sacramentũ. Quid multa? tolerare potest sacramentum, vt minister sit peccator, imo & hæreticus aut Iudæus, tolerare potest vt per iocum etiã baptizet, sicut & Athanasius adhuc puer paruulos alios baptizabat per iocum, qui illum sibi eligerãt episcopum: & patriarcha Alexandrinus cẽsuit, autore Eusebio, paruulos istos esse baptizatos. Essentialem autem illam verborum formã, quam ipse instituit Deus nõ licet immutare: contrarium quicunq; præsumunt, errant & miserè decipiuntur, alios quoq; fallentes, quos sub falsa ista forma baptizant. Orate dominum Deum corde & ore, vt nos per gratiam suam confirmet in catholica, vera & indubitata fide, nosq; sacramenta sua digne suscipiamus, & iis iuxta voluntatem suam vtamur, per eam gratiam & gloriam consequuturi æternam. Amen.

Athana.

Ioan. 10.

Tom. 2. Lib. 10. cap. 14.

HOMILIA XI. DE BAPTISMO.

¶ Euntes docete omnes gentes. Matth. vlt.

Suscipiens bap.

SAtis superque superioribus homilijs disseruimus de baptismo, quid sit, quæque eius materia & quæ sit forma, qui minister, reliquũ est & de suscipiente hoc sacramentum dicere. Suscipere ergo

ergo illud potest tantum homo adhuc viuẽs in terris, neq; enim vel angelus vel immundorũ spirituũ, vel mortuorum quisquã baptizari potest, nisi forte qui mortuus est reuiuiscat, sicuti legitur mortui hominis caput loquutum esse & petiisse baptismum. 2 Baptizari etiam nõ possunt paruuli adhuc in vtero matris existentes, id adeo ex verbis Christi constat, qui dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & cætera: non potest autem eius qui natus nondum est aliqua dici regeneratio: itaque si quis spiritualiter ex Adam cælesti nascivolet, is prius ex terrestri Adam nascatur oportet. Atq; in hunc sensum sunt qui velint intelligere Paulum dicentem, nõ prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. In super cum ratiõe quoque pugnat, eo quòd aqua paruulum in vtero matris adhuc totum detẽtum, veluti corio insutum tangere non potest, si autem iam demortua esset mater, aperto eius corpore videndum erit an viuus inueniatur fœtus vt baptizetur, sed propter fœtũ non licet cum periculo scindere matrẽ. Si tamen secundum præcipuam & principalem aliquam partem iam natus esset paruulus, puta capite vel pectore, ingruente necessitate baptizari potest, dehinc quoq; toto iam corpore natus rebaptizari nõ debet. Quum vero manum tantum aut digitum exerit, adhuc baptizari potest super immensa Dei misericordia. Sic enim Augusti. ait, anima tota est in qualibet corporis parte, in digito quoq; erit tota, & talis infans si moria tur in partu sepeliri debet Christiana sepultura: sin autem nascatur adhuc viuus, tunc sub conditione denuo erit baptizandus in hunc modu m, si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris, &c. cap. de quibus debaptis. & eius effectu. &c. 2 Paruuli iamiam nati, qui rationem nullam adhuc habẽt, nec fidem, neque consensum, baptizari & possunt & debent. Atq; hoc est contra recentem simul & veterem errorem. Pelagius enim teste Augusti. nolebat baptizari paruulos tanquam baptismo non egentes, eo quòd originali peccato carerent: hæresis ea damnata iam olim est in concilio Mileuitano, cui & Augustinus interfuit, de inde & in cõcilio Romano, vide. 3. Tomum homiliarũ nostrarum in die conceptionis Mariæ. Sequitur errare Zuinglium cum suis, quando nolunt peccatũ originale esse peccatum, sed tantum defectum naturalem, sicuti balbum vel

Ioan. 3.

1. Co. 15.

Infans in vtero.

De quãt. animæ cap. 30.

Augusti. epi. 91. & 93.

Pueri baptizentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

strabum esse. Pelagianum id est, & noui testamenti scripturis ex diametro aduersum, sicut in loco citato manifeste inuenies. ¶ Altera hæresis quã nunc Catabaptistæ pro noua introduxerunt, ea est, quod non sint paruuli baptizandi, quia nõ credunt, nondum sciunt, neq; cõsentiunt. Graue admodum hoc esset & dãni plenum. Quum paruuli peccatum originale ex aliena contraxerint voluntate & transgressione Adæ, quur misericors Deus nõ hoc etiam permitteret, vt in aliena fide, non quidem suorum parẽtum vel patrinorũ (quod perinde necessarium non est) sed Ecclesiæ catholicæ baptizarentur? omnia hęc ad longum atque adeo ad viuum resecuimus aduersus anabaptistas, in homiliis de ascensione domini, Tomo. 3. Nam & temporibus Apostolorum infantes baptizari consueuerunt, vt inquit Dionysi. Istud quum piissimis ducibus nostris in mentem venisset, visum est infantes admittere ad baptismum. Nec quicquam nocet hoc paruulo quod fidem non habet propriam, sufficit autem quod illam per baptismum acquirit, & suscepto baptismo iam de numero est Christianorum. Audi itaq; & Augustinum ad Bonifacium sic dicentem, Paruulum, etsi non fides illa quæ in credentium voluntate cõsistit, iam tamẽ ipsius fidei sacramentum fidelẽ facit: nam sicut credere respondetur, ita etiã fidelis vocatur, non rem ipsã mẽte annuendo, sed ipsius rei sacramẽtum percipiendo. 3 Et quanuis differri posset baptismus, sicut in primitiua ecclesia consuetum erat fieri, vt solẽnis obseruaretur baptismus, isq; communis & publicus cum ingẽti sollẽnitate tempore paschæ & pentecost. sicuti collectæ quę adhuc in ecclesia remãserunt, & communicãtes in officio missæ declarant. Consultum tamen semper visum & vtile fuit paruulos sine mora statim baptizari, vt testatur B. Cyprianus ad fidũ, putantem paruulos octauo demũ die esse baptizãdos. pũt aũt ad hoc adiungi rationes efficaces, & quidẽ propter naturæ debilitatẽ: facile enim ægrotãt, & sic mori possent paruuli, atq; nondũ baptizati damnari. vnde Aug. ait, firmissime tene, & nullatenus dubita, paruulos qui siue in vteris maternis uere incipiunt & ibi moriũtur, siue iam de matribus nati sine sacramento baptismi, quod datur in nomine patris & filij & spiritus sancti, de hoc seculo trãseũt, sempiterno igne puniẽdos: quia etsi peccatũ propriæ actionis nullũ habent, originalis

Cap. vlt. eccles. Hierar.

Epist. 23.

Cypria.

De fide ad Per.

originalis tamen peccati dãnationẽ carnali conceptione ex natiuitate traxerunt. Præterea bonũ est paruulos statim baptizari, tunc eñ minus nocumenti inferre eis potest diabolus in corpore & anima, quum per baptismũ potestas auferatur diabolo, vt amplius non tantum nocere queat paruulo, quãtum si originalis culpę esset adhuc vinculis astrictus. Ex eo tũ quod supra diximus puulos baptixari in fide ecclesiæ, nõ parentũ, vel eorũ qui ipsos ad baptismũ deferunt, sequitur, quod si quis Iudæi, Turcę, aut cuiuscũque Gentilis filiũ areptũ baptizaret inuitis parentibus, is baptizatus vtique esset, quanuis hoc ipsum nõ cuius cõpetat. Plurimi tamen doctores putant principes posse Iudæorũ filios inuitis parẽtibus subdere baptismo, cũ ea tũ prouidẽtia, vt ne parricidia inde nascãtur, néue irreuerẽtia aliqua inferatur sacramẽto. Id ita intelliges, vt princeps rẽ agat circũspectè, ne prius rescisc̃at Iudæi quã filius baptizetur, ea eñ est pertinacia, vt ante occidant proprios filios, quã sinãt baptizari. Baptizatis quoq; illis prospiciendũ est ne Iudæi superueniãt, & tũc quoq; interficiant, vt in pristinã redigant potestatẽ, vt in Iudaica pfidia erudiant. Neq; in hoc peccarẽt principes tũ, nã etsi pater in filiũ potestatẽ habeat, ea tamen nõ debet abuti cõtra deũ & ęternã filij salutẽ, quoniã lex charitatis nõ disrumpitur. Quũ ergo Iudæus cõtra filij sui salutẽnõ vult eũ baptizari, merito paterna potestate priuãdus est, eo quod ordinationi dei resistit, quæ habet vt oẽs hoẽs baptizẽtur. Porro quãuis & hoc patris est vt educet liberos, idq; ex lege naturę, ea tñ educatio fieri debet in disciplina & correptione dñi, hoc est iuxta expositionem glossæ, vt crescant paruuli in iis quæ ad deũ pertinent. Quod si iã velit pater filiũ aduersus huiusmodi ordinationẽ educare, tũc sane sua abutitur potestate, eoq; merito priuãdus est, qm̃ deo vtiq; magis oportet obedire quã hominibus. Paulus etiã filiis iungit, vt obediant parẽtibus suis in dño: vnde satis constat parẽtes quoque potestate sua nõ nisi in dño vti debere: quũ interim Iudæi illa abutuntur aduersus dñm, merito itaq; auferẽda est ab eis. Quis obsecro ambigit, si forte Iudęus filiũ suũ vel occidere, vel in mẽbris mutilare prę̃sumat, iure possę magistratũ id ne faciat, prohibere? Quãto magis, quũ Iudęus hic conatur filiũ suũ in corpore simul & anima pdere? Prohdolor aũt, plerique iam principes gaudẽt quidẽ magnas

Filij Iudæorumbaptiza.

Matt. 22.

Regm. 13.

Mat. vlt.

Ephe. 6.

Colos.

Act. 5.

Eph.

exactiones à Iudæis recipere, & vsuras contra deum & præcepta diuina permittere. Atqui in hac pia cura & sancta solicitudine auferendi à Iudæis liberos & baptizandi, quis est obsecro qui aliquid agat? in promptu causa est, quoniam lucrosa res ea nō est, alias cōsiliarij qui in omnib⁹ abbládiuntur principibus, & stipendia sua volunt quā optime promereri, iam dudum rem hanc persuasissent principibus & impetrassent. Verum, quid hic cogites? profecto nisi quis rem hastis gerat argenteis, parùm promouerit. Transeat autem hic error cum aliis infinitis, iam enim à multis seculis nobis Sicebutus renatus est. Vide super hac re Vdalrici Zasij libellum, exactissimè hæc excutientem, quæ latius prosequi non est instituti nostri. 4 ¶ Vnum est quod præterire non possum, Quia non solum pium & Christianum foret Iudæorum liberos baptizare, sed & hoc laudabile esset, vt principes eos quoq; qui inter Iudæos sunt adulti & iā grádæui, precibus, laboribus, minis quoque ad fidem catholicā suscipiendam adigerent, non quod velim aut consulam Iudæos vi esse cogēndos ad fidem, quoniam deo coacta non placent obsequia, id quoque libertatem pene impugnaret arbitrij, siquidem nemo saluatur inuitus. Atq; hinc consilium Toletanum non recepit, imo & reiecit istud quod catholicus alioquin rex Sisebutus Iudæos sub pœna capitali coegerat ad fidē, eos tamen qui sic susceperant fidē tolerabat, vt deinceps impietate & religione Christiana educati cōstanter permanerent. Quidquid tamē hoc est, certū vtique & infallibile est illud Christi verbū in parabola, quum ait, exi in vias & sepes, & cōpelle intrare. Principes itaque nō violēter quidē cogere, sed alias minis vel quouis modo eos debent ad fidē inducere. nam quū in doctrina præcipit hoc Paulus Timo. prædica, insta, oportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, quāto magis qui gladiū portat, non temere vtiq; eo debet vti, ad honorē & gloriā dei. atq; ad salutem animarū. Hinc Aug. ait ad Vincentium. Harū legum (imperialiū contra hæreticos) terror, quibus promulgandis reges seruiunt domino in timore, ita profuit, vt nunc alij dicant gratias dño quod vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vinculum transtulit. Quanuis autē hic August. loquatur de hęreticis, tamen eadem quoq; ratio est de Iudæis, non quidē cogendis, sed diuersō modo adducendis. Non vt plus immunitatis habeant (quod nūc ferè fit) quam Christiani. sed nihil proficitur apud istos nec clamore verbi diuini, quanuis valida prædicatione: vsqueadeo vitulus iste aureus prædominatur in omnibus, penes eos verò maxime quibus curandorum officiorum munus est iniunctum, periculum tamen est ne impares aliquādo successibus res hæc sit habitura euentus. Nostra exorbitarunt expellēdo Iudæos, possem prosequi particulatim historias, sed nolo esse prolixior, quoniā non sum nescius Iudæos aliquando lucri gratia baptizari. Porro illis exprobrari Iudaismum, quum plures ex corde ad nos conuertantur, non esse Christianum existimo. Vide Tom. 1. Atque vt tandem finiamus, impleri oportet scripturam quæ dicit, reliquiæ Israēl saluæ fiant: semper erunt aliqui ex Iudæis reliqui vsque ad Antichristi aduentum: necessarium tamen non foret ferre vsurarios istos & blasphemos Iudæos in totius viciniæ perniciem. Aut si maxime tolerandi sint inter nos Iudæi, sicut idipsum & leges ciuiles, & sacri canones permittunt, attamen vsura ferenda nō est, qua isti vniuersam omnium hominum fecem, lusores, fures, ganeones, & bonorum suorum abliguritores sustinent, fouent, imò non raro istorum omnium sunt autores. Vide consilium F. Bernardini de Bustis contra Iudæos, & similiter Alexandrum de Nęuo, qui abundè tractant, quomodo Iudæi habendi sint inter Christianos. Oremus dominum.

Ecclc. 15. c. de Iudæis. 45. dist.
Conc. 4. can. 56.
Luc. 14.
2. Tim. 4.
Rom. 13.
Epi. 42.
August.

In Iudæorum patronos.

HOMILIA DVODECIMA.

¶ Euntes docete omnes gentes. Matth. vlt.

COlligenda nobis sunt fragmenta nonnulla ex superiori homilia relicta, vbi tantum de paruulis baptizandis diximus, supereſt vt de adultis aliquid differamus, qui antea baptizati nō sunt. Principio adultus quispiam, qui aliquando in animo habuit susc ipere baptismum, deinceps tamen vel insania correptus vel somno, baptizari adhuc potest. Sic refert Augustinus habuisse se amicum multum dilectum, qui febriens, & letali sudore decumbens, ita vt desperaretur de vita, sic inscius est baptizatus. Multis ibi verbis Augustinus conatur ostendere eum vere esse baptizatum.

Lib. 4. cō fess. ca. 4
In somno baptiza.

2 Potest etiam baptizari adultus contra suam voluntatem, sicut ille sacellanus Cæsaris Friderici in oppido Lintz baptizauit Iudæos. Atqui ibi dubium non est, hunc nõ esse baptismum, sed quum quis nimis ad hoc vrgetur vt consentiat in baptismum, quanuis id non ex animo, sicut Iudæi plerunque baptizari se permittunt, vt sub prætextu Christianismi melius & lautius inter nos viuant, quèadmodum præpositus iste (insigne omnium Iudæorum exemplar) Colonienſis ad sanctũ Andream. isti omnes nec baptizati sunt, neque recipiunt characterem, quanuis extrinsecus à suis magistratibus ad hoc impelluntur, vt more Christianorum viuant. Quòd si illi deinceps fides placeat Christiana, ita vt ex animo iam cupiat, baptizari tunc debet occultè à sacerdote, quia prior ille baptismus non fuit verus, quum per infidelitatem suam nihil tunc tribueret baptismo, licet voluntatem suam exterius reponat in eo, tamen cor lõge hinc distat, siquidem nihilo plus virtutis tribuit baptismo, quam cuiuis ablutioni aquæ, qua alias fuisset perfusus.

c. maior de bapt.

Fictus.

3 ¶ Sin autem adultus cum ratione & fide suscipiat baptismum, constitutus interim in peccato mortali, quod sibi proponat adhuc faciendum, vel in eo ipse sibi placeat is baptizaretur quidé, characterem quoque reciperet, sed nó tamen gratiã dei, imò neque peccata ei remitterentur. sic Augustinus dicit. omnis qui iam voluntatis suæ factus est arbiter, quum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam nõ potest inchoare. Verùm si talis deinceps pœnitentia ducatur super peccato in quo est antequam baptizatus, tunc cõfiteri illud tantum debet cum reliquis quæ post baptismum commisit, & sic tandem baptismus suum sortietur effectum in anima. Sacerdos quoque tantum super illo peccato, in quo baptismum suscepit indignus, iniungere pœnitentiam debet, non autem pro iis quę ante baptismum commisit. Et hoc nimirum voluit Augustinus quum dixit, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, quũ illa fictio veraci confessione recesserit.

De med. Pœnitentiæ, c. 2.

Augustin.

Lib. 1. contra Dona.

2 ¶ Simul itaque hactenus de materia & forma baptismi diximus, de ministro quoque & suscipiente, iam de efficacia & virtute huius sacramenti differere aggrediemur. Primum itaque baptismus rite susceptus vniuersa delet peccata, originalia simul & actualia, ita quod quilibet baptizatus siue

Efficacia baptismi.

siue paruulus siue adultus, si statim post susceptum baptismum moreretur, immediate euolaret in cœlum, ac proinde baptismus plenarias elargitur indulgentias. Id adeò ex verbis Christi colligitur, quum ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnũ cœlorum. sequitur ergo quod quilibet renatus hoc modo intrare potest in regnum cœlorum. Rectè etiam dicunt doctores cœlum baptismo referari. Sanctus Augustinus conclusionem hanc ad longum inducit, & illustrat aliquot locis apostoli Pauli, vt quũ dicit, An ignoratis fratres quod quicũque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: cõsepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortẽ, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. & alibi, Christus mundat ecclesiam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentẽ maculã aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. similiter & ad Titum scribens dicit saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quẽ effudit super nos abundè per Iesum Christum saluatorẽ nostrum. Ideoq; & August. inquit, A paruulo recens nato vsque ad decrepitũ senem, sicut nullus prohibendus est à baptismo, ita nullus est, qui nõ moriatur peccato in baptismo, sed paruuli tantũ originali, maiores autẽ etiam iis omnibus moriuntur peccatis, quæcũque male viuendo addiderũt ad illud quod nascendo cõtraxerunt, &c. 44. Omnibus peccatis moriũtur, quęcunque iam propria cõmiserunt, vel cogitatione vel locutione vel opere. Sequitur paruulum per baptismũ consequi rursus stolã innocentiæ, quã nobis Adã in paradiso amiserat. Dices autẽ, quãdoquidẽ baptismus tollit peccatũ, an sic auferat etiã peccati pœnã? Respondetur hic, quod baptismus admit pœnã ęternam, quã sustinere debet homo pro huiusmodi peccato, similiter & pœnã tẽporalẽ redimendo peccato mortali debitam, nõ autem pœnã quæ naturã lapsam & destitutã cõsequitur, quã post se relinquit peccatũ originale, cuius etiã tria sunt genera, de quib⁹ vide Tom. 3. ¶ Similiter hinc sequitur, quod Iudæus adultus vel etiã iam grandæuus Turca, quispiam quum baptizatur, etiamsi maximus sit peccator, tamẽ neque cõfiteri tenetur, nec satisfacere, dummodo sit contritus, suãque sibi peccata

Ioan. 3.

Roma. 8.

Ephes. 5.

Tit. 2.

In cach. cap. 45.

Adultus baptizandus pœnitet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

displiceant in fide vera. nam si adhuc in peccatis perseuerer, gratiæ diuinæ capax non erit, iuxta illud Sapientis, quia spiritus disciplinæ effugiet fictum. Quamobrem & Hieronymus ait, baptismata sunt gentilium & hæreticorũ, sed non ad salutem. In ecclesia etiam quicũque non perfecta fide suscipiunt baptismum, aquam suscipiunt non spiritum: sicut & Simon Magus baptizatus est in aqua, non in spiritu, eo quod nõ displicerent sibi sua peccata. Quisquis ergo adultus baptizari cupit, huic primũ peccata displiceant oportet: deinde neq; tunc actu aliquid peccet, sicut August. ad longum prosequitur de eo qui in odio & inuidia baptizatur. Petrus quoque interrogantibus Iudæis in die Pentecostes, quid eos facere oporteat, respõdit, Pœnitentiã agite & baptizetur vnusquisque vestrũ, nihil autẽ pœnitentiæ huiusmodi aditus hominibus iniungitur de ieiunio, oratione & similibus quemadmodũ ait Ambrosius, gratia dei in baptismo, nec fletu indiget, neque gemitu, sed omnia gratuito dimittit. ¶ Sed videor hic mihi audire aliquẽ obiicientem, Si adultus aliquis siue Iudęus siue Gentilis quũ baptizatur, nõ indiget pœnitentia sibi iniungenda, quid est quod Grego. ad Faustinum scribit, Iudæo qui susceperurus sit baptismum imponendum esse tempus, quadraginta dierum, quibus pœnitentiã agat in omni continentia? Audiat ille quisquis est, Quoniã ea pœnitentia ipsi iniungitur nõ ad peccatorũ remissionem, sed in præparationem, vt sic deinceps cum reuerentia & honore baptismi sacramentum, deuotius suscipiat, eoque tẽpore ille probetur, an verũ & stabile habeat propositũ recipiendi fidem Christi: neque nimium cum Iudęis est accelerandum, si quando petunt baptismum, neque plus satis cunctandum, ne forte resiliant, sicque lõga ista dilatio eorum retro possit animos reuocare, vt inquit Gregorius. Obseruatione dignũ est quod ibidem sanctus Grego. admonet pauperes Iudæos iam baptizatos esse, vestiendos, & ad Anthemium sic scribit, His quos de Iudaïca perditione redẽptor noster ad se dignatur conuertere, rationabili nos oportet moderatione succurrere: ne victus (quod absit) inopiam patiãtur. Ecce sanctus ille Põtifex nõ adeo fuit pauperculus, vt Luther conatur facere Papam, quum hinc inde habuerit præfectos suos, quibus & demãdauit curam exponendi pecunias, sed de iis vide libros nostros deprimatę

Sapien. 1. super Ezechiel. Actu. 2.

Lib. 1. con. Donatis. cap. 12.

Actu. 2.

Rom. 11.

Lib. 7. regis. epistо. 24.

Gregorius.

Lib. 3. c. 31

Pet. lib. 1. c. 31. Quæras autẽ, Quũ Iudæus baptizatur, quid faciendum de pecunia fœnore corrasa? respondeo hic tibi, Quoniam si Iudæi vel hæreditario vel aliunde iusto titulo bona acquisierũt, ea remanent penes eos, curandũ enim est ne huiusmodi bona abalienentur, vel ipsi hæreditatibus suis priuentur, c. Iudæi. 2. de Iud. Si autem de bonis vsurariis sermo fiat, video Ioannem Gersonẽ in multis defectibus, qui erãt per cõcilium emendãdi, etiã hũc posuisse. Quur tandẽ Iudęis baptizatis nõ misericorditer de suis bonis datur victus ad necessitatẽ vitę? nisi quod paupertate cõpulsi decidũt de fide, conquerentes super Christianorũ inhumanitate. Inuenio autẽ quod Papa Ioannes eius nominis 22. in ditionibus & ciuitatibus ecclesiæ subiectis præcepit, Quatenus Iudæi baptizati in bonis possessionibus suis, quocunque nomine siue titulo reputatis & acquisitis & possessis tempore cõuersionis suæ, ab omnibus maneant inoffensi, ne forte odiosa coacti egestate, cõpellantur ad priuș relictam redire infidelitatem. Hęc sunt quę velint etiã ad bona per vsuram cõgesta referre. Veruntamen non possunt priuata volũtate eiusmodi bona retinere Iudæi, quia quum iusta sint, restituenda erunt. Quando autẽ ex maiori parte incertũ est, quæ quibus sint reddenda, magistratus eius loci potest ea capere, & vel omnia vel partẽ Iudæo donare pro conseruatione suæ vitæ & suorũ, loco pauperum, & ecclesiæ (est iusta causa transferẽdi dominum in fauorem fidei.) Vnũ est quod hic sicco pede trãsire nõ possum. quando dixi quomodo baptismus tollat pœnã peccati, excipiendæ sunt aliquot irregularitates: nam siquis ante baptismum duas habuisset vxores, vel viduam, is etiam baptizatus nõ potest ordinari in presbyterũ: similiter si Iudęa, virginitatem amisit, post baptismũ quoque fieri nõ potest monialis: neque enim eam notã adimit baptismus. Illegitime natus aliquis, & per hoc ad sacerdotium parum idoneus, etiã baptizatus nihilo plus efficitur ad sacros ordines aptus. c. acutius, distinct. 26.

4 Adimit ergo baptismus peccatum, peccatí quoque pœnam. Et insuper in baptismo confertur gratia dei, & reliquæ duæ virtutes theologicæ, fides & spes. Quum autem hoc ipsum neget Lutherus in omnibus sacramentis, peruerso seductus errore, semel illud probabimus, de baptismo. verum esse quod communiter dicimus, Sacramenta

Iudæorum bona.

Lib. defectium ecclesiaſ. articu. 57.

Baptiſ. cõfert gratiam.

conferre gratiam, eo modo quo ab initio dictum est, Sic enim Christus ipse ait, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & *Ioan.3.* spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum: nemo autem ingredi potest regnũ cœlorum, nisi per gratiam dei: oportet igitur in baptismo conferri gratiam, iuxta illud *Rom.4.3.* Pauli, Gratia dei vita æterna. Deinde regeneratio ex spiritu sancto, vtique ex gratia ipsius, alias enim quam differentiam statuisset Ioânes inter baptismum suum & Christi: sic *Mar.1.* autem ait, ego baptizo in aqua, ille autem baptizabit in spiritu sancto. Ita & Paulus præclarè inquit, saluos nos fecit *Tit.3.* per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ: ideoque & beatus Ambrosius baptismum vocat lauacrum gratiæ. Imò Au- *Libr.2.super Luc.* gust. quoque contra Donatis. multum, & vehementer huic innititur, quod idipsum sit discrimen baptismi Ioannis à *Lib.5.3.9.* baptismo Christi, quoniam hic gratiam confert. In eodem *11. 12. 13.* quoque libro Augustinus baptismum vocat sacramentum *15.* gratiæ, ca. 21. Et Ambrosius baptismũ quo nos baptizamur *Serm.41.* maioris facit quam illum quo baptizatus est Christus. ait enim, Quod salua pace dixerim, licet vtrunque baptisma sit domini, tamen gratius puto hoc esse quo nos abluimur, quã illud quo saluator baptizatus est. Ibi enim tanquam incredulis fidem vult signis corporalibus persuadere, hic tanquam fidelibus gratiam spirituali virtute conferre. Quid quod ipse titulus huius sermonis qui inscribitur, de gratia baptismi vniuersum Lutheri errorem refellit, & validè retundit? *Galat.3.* Ita Paulus ad Galatas etiam ait, Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis, Christum autem induere sine gratia dei quomodo cuiquã contingere posset? Et quũ *Ephes.5.* ad Ephesios inquit, quia mundauit ecclesiam lauacro aquæ in verbo vitæ, quo pacto purgare queat ille animã nisi per gratiam? Verum Lutherus errorem hunc exuxit ex anti- *Epist.9. in Augu.* quis istis hæreticis Pelagio, & Celestio, qui damnati sunt in concilio Carthaginensi, temporibus beati Augustini. Volens hic omitto inducere epistolam eorum ad Innocentium primum Romæ missam. supersedeo quoque aliorum doctorum testimoniis referendis, quoniam illa supradicta cuique homini catholica sufficere possunt ad fidem suam roborandam & gratiam sacramentorum constabiliendam.

5 Porrò

5 Porrò infundi etiam in baptismo fidem, & charitatem. *Fides parua uli.* iam superiori homilia ex verbis Augustini docuimus, is enim paruulos post baptismum vocat fideles (de consec. dist. *Ad boni.* 4. nihil) non autem fideles dici possunt secũdum fidem acquisitam, siquidem adhuc vsum rationis non habent, vt addiscere possent, Christiani igitur sunt & fideles per fidem infusam baptismo à spiritu sancto. Præterea Christus in Euangelio, Qui non credit, inquit, condemnabitur. itaque quum non damnentur paruuli baptizati, sed beentur, fidem *Mar. vlt.* quoque habeant oportet, quia sine fide impossibile est placere deo, placent autem paruuli deo, imò & nos si salutem speramus à deo, oportet vt efficiamur sicut paruuli, alias nõ intrabimus in regnum cœlorum, nam fide adempta, paruu- *Heb.11.* li non haberent vitam spiritualem, quum iustus ex fide vi- *Matt.18.* uat. Insuper & rationi contrarium hoc esset, vt in paruulo *Rom.10.* sit gratia dei, & non fides, quãdo enim ita comparatum est, vt fides sit substantia & fundamentum spiritualis ædificij. Quomodo charitas, & gratia esse poterunt sine fundamento fidei? Iterum quæris, Quur in anima paruuli constituan- *Heb.11.* tur, istę virtutes, quum nihil operentur, imò & si paruulus *Quam fides parua li.* talis baptizatus quantumuis habitibus suis infusis sit instructus, educetur inter fideles, nihil vtique scire poterit huius fidei beneficio de religione nostra, & fidei Christianæ professione? Audi, neque enim vulgare quid quæris, sed eiusmodi quiddam quod pene intellectum vulgi transcendit, neque ita facilè cuiuis manifestari potest. Quemadmodum in rebus corporeis duplicem vides qualitatem, vt si de calido loquamur, & ignis calidus est & sol, ferrum quoq; calidum est & vinũ: ignis autẽ formaliter calidus est, calefaciẽs & adurens quicquid attingit: sol calidus quoque est, sed nõ propriè in sua substantia, sed per radiorum reflexionẽ tantum, siquidẽ aërem hic mediũ non calefacit, verum vbi ex opposito montis radij eius reflectuntur, ibi calefacit: vinum quoque virtute calidũ est, quantũuis in vase, aut vitro prius frigidum existas, id autẽ vbi biberis, ibi nimirum incalesces, & calidã vini vim senties, Sic piper, vrtica & alia multa quæ propriè calida non sunt, sed virtualiter tantum, & ea sane qualitas virtualis non agit, nisi excitata. Ita in anima quoq; fides gemina est, alia propria & formalis, fides. s. acquisita, vt quũ puer pronunciat aliquẽ articulum fidei, tũc

remanet nonnihil adhærens in anima eius, quod si eundem rursus ingeminet, iterum aliquid amplius relinquitur adhærens animæ, id tam diu facit donec assuescat, vt tãdem perfecte calleat: neque id multum est diuersum ab eo quum cãdelæ subinde in sæuum intinctæ parantur: semper enim plusculum aliquid adhæret filo, donec in iustam candelæ magnitudinem accrescat, ita in anima quoque se res habet. Et sicut fides hæc acquisita ex multo & frequenti exercitio nascitur, ita ipsa quoque inclinat ad huiusmodi operationes. Alia longe res est de fide infusa à deo, ea enim demum fides nobilis & efficax est, instar caloris solaris. Et hæc fides quum non sit nata ex operationibus, ita etiam non inclinat ad illas à seipso, non minus quàm nec vinum, aquam calesacere potest, aliunde eam excitari oportet: id autem fit per fidem acquisitam. Sic ergo in baptismo infunduntur paruulo charitas, fides, & spes: quanuis operationẽ nullã in eo habeant, quandiu rationis vsum non habet, animam autem eius exornant, perficiunt, & deo beneplacitam reddunt, imo paruulum quoque ipsum quasi incorporant Christo domino, vt amplius sit filius lucis & vitæ æternæ. Magnæ & eximię nimirum hæ sunt infusarum virtutum operationes, lõgeque excellentiores, quam vel sit excitata dilectio vel fides acquisita. Cæterùm accedente iam rationis vsu in paruulo, quum is iam paulatim fidem addiscere, & amare deũ incipit, tunc sanè virtutes illæ infusæ exercitantur, vt iam paruulus iste multo fit promptior ad discendam fidem, ad diligendum deum, quam si virtutes infusas non haberet.

De eccles. hierar. ca. 2. par. 3. Quid denique multa? In baptismo non tantum peccata dimittuntur quoad pœnam & culpam, sed etiam gratia, fides, spes, animæ infunduntur: vt sic baptizatus deinceps intellectu suo illustretur, teste Dionysio, in voluntate purgetur, totusq; Christo vniatur, & eius Ecclesiæ suæ spirituale membrum efficiatur, vt ait Augustinus: illi etiam portæ cæli referentur. Domine Iesu Christe, gratiam nobis tuam largire benignus, vt per hæc dona tua tanta, vitam cõsequamur æternam, Amen.

HOMILIA XIII.

De Baptismo.

¶ Euntes, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Matth. vlt.

Diximus

Diximus de effectu sancti huius sacramenti baptismi, signum illud esse efficax, purgans animam à culpa simul & pœna peccati, infundens quoque gratiam, fidem & charitatem, quæ operationes sunt tres. ¶ Quarta autem hæc est, quia & caracterem imprimit, signum vtique à deo animæ impressum in susceptione alicuius sacramenti, quod iterari non potest, perpetuò remanens in anima: signum id notat & significat illum suscepisse hoc sacramentum, & quod penes illud, etiam in inferno Christiani dignoscuntur ab infidelibus: fœdus nimirum hoc est & pactum, cuius gratiá velit quisque seruare ac custodire legem. ¶ Quandoquidem autẽ Neochristiani signum hoc abnegant, quod tamen dæmones ipsi agnoscent apud inferos, age characterem hunc sacræ scripturæ testimoniis confirmabimus. Primúmque adeò se princeps & doctor gentium Paulus nobis offert, qui sic ait ad Ephesios: In quo & vos quum audissetis verbum veritatis Euangelium salutis nostræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, signaculũ istud siue pignus iam nos characterem vocamus, quo omnes oues quę sunt de grege Christi consignantur. Sic Paulum intellexit beatus Hieronymus dicens, Signaculum dei est, vt quomodo primus homo cõditus est ad imaginẽ & similitudinem Dei, sic in secunda regeneratione, quicunque spiritum sanctum fuerit consequutus signetur ab eo & figuram conditoris accipiat. Ecce quomodo hic Hieronymus signũ illud affirmat & cõfitetur, quod in lauacro regenerationis à Deo imprimitur. Præterea ne habeas quo characterem signaculũ spiritus sancti impugnes, audi Paulum deinceps sic inquientem: Nolite contristare spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis vestræ, hoc est baptismi. Et hic liberè fatetur Paulus eos esse signatos spiritu sancto. Vbi Hieronymus. Signati, inquit, sumus spiritu Dei sancto, vt & spiritus noster & anima imprimantur signaculo Dei, & illam recipiamus imaginem & similitudinem, ad quam in exordio conditi sumus. Et inde: Qui idcirco signatur, vt seruet signaculum, & ostendat illud in die redemptionis purum & syncerum, & nulla ex parte maculatum: & ob id numerari cum his valeat, qui redẽpti sunt. Notate verba, neque enim hoc

Tom. 2. de charactere.

Ephes. 1.

Super epi. ad Ephe.

Ephes. 4.

Hieron.

Neochristianorum errorem iuuare potest, quod ipse per se baptismus sit signum. nam id quoque verum est, sed non de eo loquitur hic Paulus, verum de signo quod imprimitur in animam, ablutio autem ad corpus pertinet. Deinde signaculum istud ablutionis citò transit, hoc autem permanebit vsque in diem iudicij. Id ita intellexit in Paulo etiam
Athanas. Athanas. qui super. 1. capit. sic dicit, Iudæi ex circuncisione sunt, belluarum morecarnis signaculo excepto, notis inusti, sed vobis vt Dei filiis supra quam carnis patiatur conditio, spiritus impressum est signum, & super. Ephe. 4. ait, Is nam que spiritus nos obsignauit, essequé de regio grege insuper fecit, atque is nequaquam astare nos sinit cum sontibus, & damnatis, sed signum impresit secernitque, vt redempti &
Bruno. liberati ab istiusmodi ira essemus. Bruno etiam sic sensit, nã & ipse super Paulum in hunc loquitur modum. Vos credé tes signati estis, vt appareatis de militia Christi, & super ca. 4. Vos cæra, spiritus, sigillum vobis impressum, quo signati estis in die redemptionis vestræ, hoc est baptismi.

2 Adhuc immorari oportet & lõgius insistere circa hęc, propter eos qui nunc tanquam fidefragi conantur à militia Christi subterfugere, signaculum fœderis abnegãtes, quum tamen quilibet Christianus firmiter sperare debeat, vt Hieronymus supra meminit, se penes illud aliquando cognosci debere in die iudicij. Putrida autem Ecclesiæ membra pudet huius signaculi, quia sub eo cunctorum confusioni patebunt. Quod autem de eo non multa scripserunt doctores, in causa est, quod tunc non perinde opus erat, quando nemo illud negabat. Iam autem Luthero illud infestãte hostiliter, compellor scripturas penitus introspicere, & tam impudentem errorem, quibus dignus coloribus delineare. Signaculũ itaq; illud characteris iam olim in spiritu præui-
Esa. 66. sum est à Propheta Esaia, quum dixit, Ponam in eis signũ, & mittá ex eis qui saluati fuerint ad Gẽtes in mare, in Africam, & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciã, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & annunciabunt gloriam meã Gentibus. Hic certum est loqui Propheram de ablegatione Apo-
Mat. vlti. stolorum & discipulorum Christi ad prædicandũ Euãgeliũ per vniuersum orbem, non Iudęis tantum, sed & Gentibus quæ antea de Deo nihil audierant. In eos ipsos ergo legatos

suos Apostolos Deus posuit signum, idq; non aliud nisi signum hoc spiritus sancti, de quo Paulus ad Ephes. scripsit. *Hieron.*
Hieronymus ibi vult signum istud Apostolorum esse de- *Ezech.*
signatum per illud apud Ezechie. quod quisquis non habe- *Exod. 12.*
bat moriebatur, ait & signum hoc esse figuratum in AEgypto, quando postes ædium, & subliminare consignabantur sanguine agni, quo viso angelus vastator transiret, nec quenquam in ea domo occideret. sic & Christus postes, hoc est animæ vires consignat meritò sanguinis sui, quo animæ saluantur. Insuper & characteris huius mentionem facit beatus Dionysius, similiter & Damascenus (nihil curo quod quidam verba eorum alio detorquere conantur, vsi enim antiqua translatione aliquando forte scriptum quæ- *De Eccl.*
sierunt) nos illorum verba audiamus. ita inquit Diony- *hierar. ca.*
sius, Hunc ita accedentem diuina maiestas in sui consor- *2. par. 3.*
tium intus admittit, eiq; lucem suam perinde, ac signum a-
liquod tradit, sanctum efficiens, & sortis sanctorum ordinisque participem. Hic vtiq; Dionysi. non agit de signo sacramenti, quod sacerdos vel episcopus largitur baptizato, sed de eo signo, quod Deus interius infigit animæ hominis baptizati, quod ibi Dionysius etiam lucis nomine expri- *Lib. 4.*
mit. Verum & Damascenus idipsum confirmans sic inquit, *cap. 10.*
Nunc igitur per baptisma primitias spiritus sancti accipimus, vt initium alterius vitæ sit in nobis, id est primitiæ regenerationis, & signaculum & tutela, & illuminatio, & sanctificatio (vnde liquet quam deprauatè aliqui destruant hic sententiam Damasceni.) Quinq; opera baptismi enumerat hic Damascenus. 1. Regenerationẽ per baptismum. 2 Signaculum characteris, de quo nũc agimus. 3 Tutelam aduersus insidias diaboli. 4 Illuminationem in intellectu per veram fidem. 5 Et sanctificationem, vt sic baptizatus per gratiam Christi efficiatur membrum illius & Ecclesiæ. Quod autem ij ambo de hoc ipso charactere loquuti sint, facile probari potest ex Augustino: is enim de hoc signacu- *Augusti.*
lo loquens sic ait lib. 6. contra Donatistas. cap. 1. Satis eluxit ouem quę foris errabat, & dominicum characterẽ à fallacibus deprædatoribus suis foris acceperat, quũ venit ad Christianæ vnitatis salutem, characterẽ dominicum in ea agnosci potius quam improbari, de eo loquitur, qui iã antea baptizatus ab hæreticis venit ad Ecclesiam neq; rebaptizatur.

Epi.204 Tract.55. Alibi etiam ad Donatum sic scribit (23.q.4.can. displicet) & vos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis. Ad Parmenianum quoque comparat characterem, signo militari sub aliquo Imperatore. Et ne quis remaneat ambigendi locus, en adduco & Alia Augustini verba, super canonicam Ioannis quæ sic habent, Baptizatus sacramentum magnum habet: si non habet charitatem, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur. Coronidis loco accedat vnicum illud Apostoli verbum, quum ait. Deus vnxit nos, & signauit nos. 3 Omnia hæc propter Neochristianos maxime inducere libuit, nobis enim omnibus qui fortiter adhuc stamus, & certamus pro veteri illa & indubitata fide Ecclesiastica, satis est scire hunc concordem & vnanimem omnium doctorum esse consensum, quod in baptismo imprimatur in animâ hominis baptizati character indelebilis: sufficeret etiam nobis constitutio canonica, quam quilibet Christianus de sacramentis certo credere debet & tenere, sicut Romana tenet ecclesia. c. ad abolendam. de hære. Romana autem Ecclesia firmiter & cõstanter credit in baptismo huiusmodi characterem imprimi, quoniam ita ait papa Innocentius. 3 Is qui fictè accedit ad baptismum, characterem Christianitatis susscipit impressum, &c. Tunc characterem sacramentalis imprimit operatio, quum obicem voluntatis contrariæ non innenit obsistentem. Quilibet ergo Christianus credere debet characterem hunc esse instar certi coloris, quo ministri Christi vestiuntur. Ex superabundâti scripturas quoque biblicas adduximus, & patrum sanctiones, quos Deus ipse per gratiam suam illuminauit. Quæris, vnde signum hoc perpetuum est & indelebile? Audi quoniam eius rei præcipua causa, ipsa diuina voluntas est, cui hoc sic complacuit: deinceps tamen ostendi potest, quod characterem hunc tria habent sacramenta irreiterabilia, baptismus, confirmatio, & sacer ordo: sed eorum operatio ratione characteris est perpetua, baptizatus enim, confirmatus, & sacerdos, ita in perpetuum manebunt, etiamsi condemnentur. Et sic catabaptismus blasphemus totus est, vt monstrauimus in homilia de ascensione domini.

1.Cor.7.

C.maiores de baptis.

Character indelebilis.

Gregor. ¶ Audi præclara verba B. Gregorij. Quod dicitis eum qui ordinatus est semel, rursus ordinari debere, valde ridiculũ est.

est. sicut enim qui baptizatus est semel denuo baptizandus nõ est: ita semel ordinatus, sæpius etiam ordinari eo ordine non potest. Plures adhuc rationes ostẽdunt doctores, quur catabaptismus sit iniquus, quoniã baptismus prçcipue contra peccatum originale institutus est, illud autem semel extinctum non potest repeti, ergo nec aliquis rebaptizari debet. 2 Ad hæc character ipse baptismi deleri nõn potest 3 Baptismus & culpã aufert & pœnã, ergo si liceret aliquem denuo baptizare, quis deinde pœnitẽtiæ & confessio ni locus erit reliquus? 4 Baptismus Christi mortẽ designat testante id Paulo, Christus autem semel tantũ mortuus est & homo itaq; semel tantũ baptizãdus est. 4 Ex omnibus prçmissis colligi facile potest, an baptismus in omnibus baptizatis æqualẽ habeat operationem, an non. Nam quoad paruulos posset forsan ratione baptismi in omnibus æqualis esse virtus, sed ex causis aliunde accidentibus potes etiã paruulis inæqualiter gratia cõtribui, quia baptismus operatur ex merito passionis Christi. Sine dubio autem Christus voluit meritum suæ passionis & mortis validius & fortius operari in electis quã reprobis. qua de re vide in festo sancti Nicolai. In audultis vero baptismus actualia tollit peccata, atq; eo non indigent paruuli. Ex adultis quoq; si vnus cũ maiori tum contritione, tũ deuotione, tum vehemẽti ardore se præparat ad baptismum quã alius, eo amplioré quoq; gratiã est recepturus. Sequitur inde quã impiè & cõtra omnem rationẽ dixerit Lutherus, baptizatum adeo esse locupletem & vbertim diuitẽ, vt etiã volés, non possit beatitudinem amittere quibuscunq; tãdem peccatis, dũ modo credat verbis & promissioni diuinæ in baptismo. Nam & Lutherus in eadẽ cum damnatis omnibus est naui erroris, sentiés omnia alia peccata in momẽto absorberi in fide quę habetur de verbo Dei, eo quod nullum peccatũ damnare hominem possit prçter infidelitatem. O crudelitatẽ, ô insignẽ truculẽtissimi istius animicidæ carnificinam. Aut quur tandem dixerit Dñs, si vis ingredi ad vitã, serua mãdata? Quid sibi voluerit Paulus dicẽs, Modicum fermenti totã massam corrumpit? Manifesta sunt enim opera carnis, quę sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuriæ, iræ, rixæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes & ijs similia, quæ prædico, vobis sicut prædixi: quoniã qui talia agunt, regnũ Dei

Rom. 6.

Operatio baptismi æqualis.

Roma. 5.

De cap. Babylo.

Error lutheri pessi.

Matt. 19.

Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non consequentur. Ita & sapiens ait, Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. *Eccle.21.* Ita Ezechiel quoque, si auerterit, inquit, se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur. *Ezec.18.* Et impius iste atquè adeo Siculis tyrannis omnibus immanior Lutherus affirmare audet, omnia etiam peccata nihil nocere, modo quis credat: errori huic omnes vtriusque testamenti scripturæ per diametrum aduersantur. Sapiens inquit, de homine peccatore: Morietur, quia non habuit disciplinam, non de fide tantum loquitur, *Prou.6.* quot enim Christianorum milia damnantur, nihil iuuante eos baptismo? Diabolicum autem erroris huius inuentum est, ipsiq; adeo dæmones virus istius hæresis per Lutherum euomuerunt, in detrimentum pœnitentiæ, confessionis, satisfactionis, aliorumque operum bonorum, que ipse erat aboliturus, in hoc vt plurium hominum procuraret damnationem. Verum hæc infra in sacramento pœnitentiæ. Veri autem Christiani non ita scelerate viuent, aliàs & hic capitali supplicio, & illic æternis deputarentur incendijs. Intuetur hi potius exemplar & archetypum suum *Matth.4.* Christum Dominum, qui statim à baptismo ductus est in desertum, & ieiunauit ibi. 40. diebus, sine dubio etiam orauit, tentatùsque à diabolo in tribus peccatis, victor ipse perstitit: ita & nos decet resistere diabolo, quanuis enim per baptismum facti sumus filij Dei, attamen pater filium male viuentem & inobedientem exhæredare potest: Vnde *Roma.8.* & Paulus ait, filij Dei sumus, quod si filij & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si modo compatimur, vt & glorificemur: qua propter in alio quoque loco dicit, nemo coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Itaquè & hæc ad veræ pietatis perfectionem attinent, bene viuere, abstinere, & pati, mandata Dei seruare: nam si quis diligit me, ait Christus, mandata mea seruabit. Apostolos quoque dum ablegaret in vniuersum orbem, non tantum iusit prædicare fidem, quod Lutherus facit, sed addidit de mandatis, docete eos seruare omnia quæ præcepi vobis. Quod qui fecerit, & hîc gratiam & illic gloriam possidebit æternam. Amen.

HOMILIA XIIII. DE SOLENNITATE, *quæ ante baptismum adhiberi solet.*

¶ Euntes docete omnes gentes. Matth. vlt.

CVm satis hactenus, dilectissimi in Christo fratres, dictum à nobis sit, quidnam baptismus existat, quæ illius materia, quæ forma, qui minister, quis etiam debeat baptizari, & quid operetur baptismus, proximum est vt de baptismi vsu disseramus, quomodo ille in ecclesia cum festiua solénitate peragatur: in casu enim necessitatis, quum acceleratur baptismus in priuato, solennitates illæ non seruantur. quas nunc non eo quidem recensebimus, quasi nescitis id quod in ecclesia Dei coram oculis vestris quotidie conspicitis, sed vt occasionem habeamus docendi, illam quoq; solennitatem ab Ecclesia institutam, in sacris literis esse fundatam, neque probabilibus carere rationibus: & vt vos attentius consyderetis, deinceps quidnam hic agatur, atquè cum totius Ecclesiæ congratulatione celebretur.

¶ Principio quum paruulus aliquis ad fores templi defertur baptizandus, interrogari solet, masculus ne sit an fœmella, quoniam orationes & benedictiones omnes quæ dehinc adhibentur, iuxta differentiam sexus debent variari, idque ex vera ratione, nam & maledictio illa non sine discrimine lata est super Adamum & Euam: mulieri enim dixit Deus, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios: & sub viri potestate eris. Adæ vero dixit, maledicta terra in opere tuo, in sudore vultus tui vescris pane tuo, &c. Itaque hæc scire debet sacerdos de sexu, quanuis in quibusdam ecclesijs non obseruetur, eo quod ex ijs quæ deinceps quæruntur. & hoc colligi potest, vt quum de nomine quærit, facilè etiam de sexu certior esse potest. Et hæc altera quidem de nomine interrogatio iam inde à temporibus apostolorũ in vsu habita est: siquidem Dionysius Pauli discipulus solennem baptizandi formulam ab apostolis vsurpatam ad longum describit, inter alia ait, sacerdotes etiam ad scribere solitos fuisse nomen baptizandi & patrini simul. Id inde in continuo vsu remansisse certum est ex concilio Carthagininensi, vbi sic habetur: baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione, crebra examinatione baptismũ percipiant. ratio illius est quod electos deus cognoscit ex nomine. vide Tom. 2. Hoc fiebat olim

Cæremoniæ bap.

Gene ſ3.

De eccl. hierar. c. 2. Par. 2.

Concil. 4. Can. 85.

in solenni scrutinio catechumenorũ, quod habebatur feria quarta post dominicam Lætare, 2. Quęrit postea sacerdos, an paruulus nõ antea sit baptizatus, ne forte rebaptizetur, quod peccatum grãde foret, & per hoc sacerdos officio sacerdotali per omnem vitam suam priuaretur, sicut in multis concilijs Græcæ & Latinæ ecclesiæ etiã transmarinis est conclusum, vt in concilio Carthaginen. Romæ, sub Papa Siricio, & Innocentio, in quinto concilio Constantinopolitano, & alijs multis. Quomodo autẽ segerere debeat sacerdos, si paruulus sit antea baptizatus, sub finem dicturi sumus. 2 Duo quædam sunt præcipua quæ ad huius sacramenti faciunt solẽnitatem, catechismus, & exorcismus, hoc est institutio & adiuratio spiritus immũdi. Commiscentur quidem ambo hæc inter se, & ijs adhibetur tertium, quod est oratio & vniuersus reliquus ornatus qui huic solennitati adhibetur, sicut dicturi sumus deinceps. Tantum hic de duobus prioribus dicemus, quamuis enim Neochristiani vtuntur aliquot partibus huius solẽnitatis ab ecclesia mutuatis, multa tamen intermittunt, pro diuersitate singularum sectarum, & furore quo quisque circa suæ hæresis defensionem est correptus. Primum ergo catechismus, hoc est institutio fidei ante baptismum, fundatur in verbis Christi, in vsu apostolorum & martyrum, atque vniuersalis ecclesiæ vsq; in hodiernum diem. ita enim Christus, Ite, inquit, ad apostolos, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. ¶ Ecce prius docere oportet quàm baptizetur. Id adeo Petrus statim obseruauit in die pentecostes, quãdo post prædicationem, denique baptizauit tria milia hominũ. Vsus hoc more est & Philippus diaconus cum Eunucho Candacis reginæ, quem prius in fide eruditum, & tandiu quidẽ, donec ipse baptismum appetẽs, aquam monstraret, ne quid impediret baptismum: forma hæc multum necessaria fuit in primitiua ecclesia, quando fere adultiores & rationis iam capaces baptizabantur, dum modo baptismus voluntariè ab eis & citra coactionem recipiebatur. Et ob hanc catechizationem in primitiua ecclesia quicunq; baptizãdus erat, aliquo indigebat qui eum reciperet, & pro ipso in baptismo respõderet: atque is susceptor siue anadochus apud Dionys. dicatur, quod nobis est patrinus. quia quum patrẽ habet sacerdotem, pater baptizandi

Hugo li. 2. de sac.

Catechi.

Mat. vlt.

Act. 2.

Act. 8.

zandi efficitur. Aliquando enim tempore ante baptismum oportebat eum articulos fidei addiscere, qua de re Augustinus peculiarem inscripsit libellum, de catechizandis rudibus, ad quendam qui dicebatur Deo gratias. Obiicies, Catechismũ hunc facile admitto, in iis erudiendis qui intellectũ habent, & rationis vsu non carent, accipientes quæ dicuntur, sed quid hæc ad paruulos & infantes, nõ intelligentes hanc institutionem, vnde & catabaptistæ catechismum illum paruulorum derident. Audi ad hoc, quia quãuis paruulus hæc non capit, Ecclesia tamen eum in vsu retinuit ex multis causis. Primum quoniam ex eo quod iam plenitudo gentium intrauit, & illorum quoque ethnicorum filij abalienandi non sunt ab Ecclesia, decuit ob vnitatem fidei, vt eadem baptizandi ratio in paruulis obseruaretur & adultis, quoniam omnino non visum est consultum Ecclesiæ cum paruulis differre vsque ad annos perfectæ rationis, ne morte præuenti ante baptismum damnarentur, quia Dominus vnus est, vnus deus, & baptisma vnum. 2 Consulto etiam Ecclesia medicinam salutis eo direxit, vt sicut paruuli per alienam transgressionẽ incurrerunt peccatum, ita per aliorum confessionem redirent in gratiam per baptismum.

3 Ad hæc quãdo tam vtile sacramentũ est baptismus, ad illius quoque solennitatẽ non parũ facit ipse catechismus.

4 Insuper & ad hoc prodest, vt patrini queant paruulis baptismi sui exhibere testimonium, & si huiusmodi baptizatus in infantia neminẽ forte haberet, qui eum deinde erudiret in fide, vt patrini sui admoneãtur officij, & sciãt quidnam docere illum debeant. Audi & hic Diony. sic dicentẽ, Istud quũ piissimis ducibus nostris in mentem venisset, visum est admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magistro, sub quo iam puer sit, quasi sub patre diuino, sanctæque salutis alunno. Hunc itaque præsul spondentem, puerũ iuxta sanctam educaturum vitam, requirit vt abrenunciationem profiteatur, fidémque confiteatur, non (vt illi ridentes aiunt) alium pro alio imbuit sacris, neque hoc ille ait, ego pro puero abrenũciationem facio, aut fidei sacramenta profiteor, sed ita, puer renuntiat & profitetur, id est spõdeo puerum inducturum quum ad sanam intelligentiam venerit, sedulis adhortationibus meis,

Augusti.

Paruuli catechizandi.

Ephes. 4.

Rationes catechismi.

De eccl. hierar. c. 1. Para. 3.

vt abrenuntiet contrariis omnino, profiteatúrque & peragat diuina quæ pollicetur. posſetque hæc quinta ratio eſſe pro defendendo catechiſmo, vt ſic paruulus vbi venerit ad annos ſuæ rationis, religionem Chriſtianam diligentiùs ſimul & deuotiùs eúmque maiori reuerentia ſuſciperet addiſcendam atque cõfitendã. iam tum intelligens ſuo loco id ſpopõdiſſe ſuſceptorẽ ſuũ olim idque ad animę ſuæ ſalutẽ.

Exorciſ. 3 Alterum quod in baptiſmo precipuum ſit, diximus eſſe exorciſmum, ipſam ſcilicet diaboli adiurationẽ, ne ille poteſtate ſua fretus, baptiſmũ paruuli impediat. Et quãuis hoc ex Neochriſtianis alij vtantur, alij nõ, attamen ſacrarũ literarum teſtimoniis hunc quoque cõprobabimus, hic in com
1. Petr. 5. muni & vniuerſaliter quidem, deinde autem ſpecialiter in qualibet forma. Cõſtat enim vel Petro teſte, quod aduerſarius iſte noſter ſicut leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret. Is ergo propter peccatũ parentum primorũ poteſtatem
Tom. 3. accepit in hominẽ, atque ſuper omnia illa, quę in vnum ve-
2. Cor. 6. niũt hominis, (vide homilias de dedicatione.) Sic itaq; quũ nulla ſit cõuentio Chriſti & Belial, quicquid in obſequium & cultum diuinum impendi debet, id antea exorcizetur oportet. Paruuli quoque quum per baptiſmum veluti dedicentur, & conſecrentur deo, ſicq; filij fiant lucis, operæprecium eſt per cõiurationem, ab iis vel expelli aduerſarij po-
Matt. 10. teſtatem. Id ita eſſe nõ humanitus inuentũ, ſed à Chriſto in-
Luc. 9. ſtitutũ: en vtrũque tibi euangeliſtã Matthæũ & Lucam, qui narrant poteſtatem hanc exorcizandi Chriſtum tradidiſſe apoſtolis. Idem & in die aſcenſionis dixit, ſigna eos qui crediderint hęc ſequẽtur: in nomine meo dæmonia eiicient. Di-
Mar. vlt. ces autem loquutum id eſſe dominũ de corporali eiectione dæmonum ab hominibus obſeſſis, non autem de cõiuratione ſpirituali? Imò ſi per hanc commiſsionem habuerunt illi poteſtatem ſuper maius, vtiq; & ſuper id quod minus erat. Minus autem eſt diabolum hoc modo cõiurare, quam eum
In homi. aſcenſi. domini. potenter ab homine obſeſſo eiicere. Habe ſuper hac re etiam tibi verba Gregorij, is ſic inquit: ſancta Eccleſia quotidie ſpiritualiter facit, quod tunc per apoſtolos corporaliter fiebat: nam ſacerdotes eius quum per exorciſmi gratiam manũ credentibus imponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorum mente cõtradicũt, quid aliud faciũt niſi dæmonia eiiciunt? Húncque adeò morem ſemper fuiſſe in Eccleſia,

quum

quum ſatis confirment hæc verba Gregorij, tu verò & ante eum teſtatur id Auguſti. dicens, Ipſa eccleſiæ ſaccamenta, quæ tam priſcæ traditionis autoritate concelebrat, vt ea iſti quanuis in paruulis exiſtiment ſimulatoriè magis quàm veraciter fieri, non tamen audeant aperta improbatione reſpuere, ipſa inquam Eccleſię ſacramenta ſatis indicant. paruulos à partu etiam recentiſsimos per gratiam Chriſti de diaboli ſeruitio liberari. Excepto enim quod in peccatorum remiſsionem, non fallaci ſed fideli myſterio baptizantur, etiam in eis prius exorcizatur & exufflatur poteſtas cõtraria, cui etiam verbis eorum à quibus portãtur, ſe renuntiare reſpondent. Ecce quomodo & temporibus Auguſtini in vſu habitum fuit pueros exorcizari nõ ſecus quàm hodie fit, imò & temporibus apoſtolorum id ita factum eſt, ſicut ſtatim ex Dionyſio probabimus. Vnum autem hic præterire nõ licet, quod etſi in primordio Eccleſię, adhuc quoque ſolitus eſt in adultis catechiſmus exorciſmo præponi, vt docet Hugo de ſacramentis, diuerſim tamen obſeruatur in paruulis. primùm enim locum tenet, vt mox dicturi ſumus, exorciſmus ipſe: verùm Hugo forſitan loquitur de fidei informatione ſpecialiter in conuerſione alicuius infidelis, & iam eruditi in fide. Nam in pleriſque iam docœceſibus mixtim hæc peraguntur, quod ſcilicet ante & poſt exorciſmum, quædam partes catechiſmi abſoluuntur.

Libr. 2. de pe. origę. cõ. Pelagia. c. 40.

Hugo.

Li. 2. par. 6. cap. 10.

4 Nos hic quædam præuia baptiſmi paucis percurremus. primum enim ſacerdos quærit, Abrenuncias Sathanæ & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius? vbi patrini ter reſpondeant, Abrenuncio, (quibuſdam tamen in locis hoc poſt exorciſmum tandem fieri ſolet) profectúmque, id eſt à temporibus apoſtolorũ, autore Dionyſi. quum ait: Et quum poſt trinam abrenuntiationis conteſtationem tertio ſe ille abrenuntiare profeſſus fuerit. Affirmat hoc ipſum & S. Hieronymus quum dicit de baptiſmo loquens: Vnde & in miniſteriis primò renuntiamus ei, qui in occidente, nobiſque moritur cum peccatis, & ſic verſi ad orientem, pactum inimus cum ſole iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus. Ad antiquum ibi morem reſpexit, quo baptizandus primum ſe vertebat ad occidentem, & poſtquam abrenuntiaſſet Sathanæ, vertebatur rurſus ad orientem, ſicut & Dionyſ. teſtatur. Eius abrenuntiationis memi-

Cap. 2. Par. 2.

Super Amos. 6.

Mos baptizandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambros. cap. 2.

nit & Ambrosius super epistо. Pauli ad Colossen. & apertius libr. 1. de sacramen. cap. 2. vbi dicit, fideles olim interrogatos in baptismo an renunciarent Sathanæ & operibus eius, deinde an etiam mundo & voluptatibus eius, nos secius Paulo vtimur. Verum interim hic committere non possum, vt nõ verba adiiciam sequentia apud Ambrosium, quoniam ea vehementer quemlibet Christianũ admonent pacti sui atque promissi: sic enim ait ille, Memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis, si chirographum homini dederis, teneris obnoxius: vt pecuniam eius acceperis teneris astrictus, & reluctantem te fœnerator astringit, atque illi tua cautione conuinceris, vbi ergo promiseris considera, & quibus promiseris, leuitã (quia illi tunc exorcizabant, iam autem omnia facit presbyter) vidisti, sed minister est Christus, ergo chirographum tuum tenetur non in terra, sed in cœlo. Meminit eiusdem renun-

Libr. 2. de symbolo cap. 1.

tiationis & beatus Augustinus dicens, si adiutorium nostrum in nomine domini est, renunciemus diabolo, pompis & angelis eius. Videte dilectissimi quia hanc perfectionem vestram in curiam profertis angelicam: nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ. Possent istiusmodi complures loci adduci ex Hierony. Ambrosio, Augustino, Beda & aliis, sed breuitatis studio supersedebimus illis, tu vide Hugonem, & longe pulcherrimum super hac re locum

Chrysost.

apud D. Chry. Tom. 4. Homil. 21. cui titulus est, Catechesis ad illuminandos, &c. vbi monet verbum hoc cuilibet Christiano semper habendum in ore & præ oculis, Abrenuntio tibi Sathana, & cõiungor tibi Christe, nec vnquam absque hac voce exeas: oremus dominum Deum, &c.

HOMILIA XV. DE RELIQVIS *solemnitatibus ante baptismum.*

¶ Quum sanctificatus fuero in vobis, effundam super vos aquam mundam. Ezech. 36.

ETSI baptismi sacramẽtum à Christo domino ad animarũ purgationem est institutũ, ille tamen per magisteriũ spiritus sancti ipsosc; apostolos multas præclaras solennitates ante baptismum vsurpari solitas instituit: quibus ipsam baptismi dignitatẽ ostendere nobis voluit, quod tam solenni apparatu & prẽparatione suscipitur, ita vt fere homines

mines ante eius susceptionem aliquatenus sanctificentur, nondum super eos effusa aqua baptismi, iuxta illud propheticum, Quum sanctificatus fuero in vobis, effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Superiori autem homilia duo præcipua excussimus quæ ante baptismum adhibentur, catechismum & exorcismum: vt autem plus afficiãtur homines circa hoc venerabile sacramentum, animum induxi omnes sõlennitates & cæremonias ibi obseruatas euoluere. hactenus quoque dictum est quomodo baptizandus siue susceptor abrenuncient diabolo, nunc porro progrediamur.

Ezec. 38.

Exufflatio.

1 TER exufflat sacerdos in puerum, & ait, Exi immundè spiritus ab hac creatura dei, & da locum aduenienti spiritui sancto paracleto. Exufflatio ista iam indè à temporibus Apostolorum remansit in Ecclesia vsque ad hodiernum diẽ, nisi quod in primitiua Ecclesia ipse qui baptizabatur etiam exufflabat, sicut testatur Dionysius, quum ait: deinde occidentem versus baptizandum statuens intendentem ac manus impingentem ad eandem regionem cõuersas, insufflare illum ter Sathanam iubet, ac præterea abrenũciationem profiteri. Ita & Augustinus inquit, pueri exorcizantur, & exufflãtur, Christus quoque exufflauit in Apostolos quando contulit eis spiritum sanctum. 2 Deinde consignat sacerdos paruulum in fronte & pectore signo crucis dicens, signum sanctæ crucis domini nostri Iesu Christi in frõtem tuam pono, signum saluatoris domini nostri Iesu Christi in pectus tuum pono. Meminit eius rei & B. Augustinus in quodam serm. in hæc verba, denique ne dubitares nec erubescere, quando primum credidisti, signum Christi in frõte tãquam in domo pudoris accepisti: recole frõtem tuam, ne signa expauescas aliena. sic nimirum, ipsi Iudæorũ quoque postes signabantur in AEgypto, ne angelus percussor ingrederetur in ædes: sicut pulchrè inducit Augusti. contra Faustum & ait, sanguine illinuntur postes, vt pernicies depellatur: signantur signo dominicæ passionis in frontib⁹ puli ad tutelam salutis. & rursus super Ioannem, Ad hoc, inquit, ipse dominus crucem suam, vbi eum dementia superbæ impietatis irrisit, in eorum qui in illũ crederent frõtibus fixit, vbi est quodammodo sedes verecundiæ, vt de nomine eius fides non erubescat, & magis dei gratiam quàm

Vbi supra

De sym. Li. 1. ca. 1. Iob. 20.

c. postea. de consec. dist. 4.

Serm. 1. par. 2.

Crux. Lib. 12. c. 30.

Tract. 53. in fine. hominũ diligat. Vide eundẽ ſuper Pſal. 141. Et Dionyſium ſimiliter. Poſt hæc ſacerdos manũ imponit ſuper caput paruuli, & orat dicens: Omnipotẽs ſempiterne deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuũ quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnẽ cæcitatẽ cordis ab eo expelle, dirũpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerit alligatus. Aperi ei dñe ianuã pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, omniũ cupiditatũ fœtoribus careat, & ad ſuauem odorem præceptorũ tuorum lętus tibi in Eccleſia tua deſeruiat, & ꝓficiat de die in diẽ, vt idoneus efficiatur accedere ad gratiã baptiſmi tui percepta medicina, per Chriſtum dominũ noſtrum. 3 Salem quoque acceptum ſacerdos dehinc imponit in os paruuli, & ait: Accipe ſalem ſapientiæ, vt habeas vitam æternã, pax tibi. Oremus. Deus patrũ noſtrorũ, deus vniuerſæ cõditor creaturæ, te ſupplices exoramus, vt hunc famulũ tuum reſpicere digneris ꝓpitius, vt hoc primũ pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quominus cibo repleatur cœleſti, quatenus ſit ſpiritu domini feruens, ſpe gaudẽs, nomini tuo ſemper deſeruiens: perduc eum domine ad nouæ regenerationis lauacrũ, vt cum fidelibus tuis promiſsionum tuarum æterna præmia cõſequi mereatur, per Chriſtum dominum noſtrum, amen. Hæc iuxta cuiuſlibet diœceſis cõſuetudinẽ obſeruãtur, cum diſcrimine collectarum ſuper maſculos & fœmellas. Verùm id irrident Neochriſtiani. quanuis enim quidam vtantur ſigno crucis in fronte & pectore, ſimiliter & abrenuntiatione illa triplici exorciſmo, ex euãgelio, perſuaderi tamen nolũt vt ſalis vſum recipiãt. Atqui nos illum etiam ſacris literis eſſe conſonum monſtrabimus, atque à temporibus apoſtolorum ad nos profectum: ſiquidem ſal peculiarem quoq; & myſticam habet ſignificationẽ ſicut legimus in Leuitico, Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale cõdies nec auferes ſal fœderis dei tui. De ſacrificio tuo in omni oblatione offeres ſal. Ecce quod deus hic appellet ſal fœderis, ipſumq; adeò voluit habere in omnibus ſacrificiis, Vnde ait Beda ſuper lib. reg. & habetur de cõſ. diſt. 4. can. ſal. Sal cœleſtis ſapiẽtiæ, quo initiãtur catechumeni, in cũctis operum noſtrorũ ſacrificiis iubemur offerre. Rabanus etiã expo nit hoc de ſacerdotibus & omnibus eccleſiaſticis, qui ſapien tiam habere debẽt apoſtolicam, quoniã prȩcipuè hoc deus

Oratio. *Sal.* *Collect.* *Leuit. 2.* *Super Nume. 18.* *Nume. 2.*

dedit ſacerdotib⁹ ſignum, ſicut legere eſt in Numeris, quia fœdus ſalis ſempiternum eſt corã domino tibi & filiis tuis. Eo reſpexit dominus quoque quum ait ad diſcipulos ſuos, Vos eſtis ſal terræ. ita enim & Orig. intellexit ſuper Ezechielem, dicens, Attẽdite catechumeni, audite, & ex iis quæ dicuntur præparate voſmetipſos dum catechumeni eſtis, dum necdum baptizati eſtis, & veniatis ad lauacrum, & lauemini in ſalutem. Simon Magus non fuit lotus in ſalutem. de Hieruſalem, inquit, neque ſale ſalita. Et hoc crimen eſt Hieruſalem, quia non fuerat digna ſale dei: Ego ſi credidero domino meo Ieſu Chriſto, ipſe me ſal faciet, dicetq; mihi, vos eſtis ſal terræ. Piè etiam credendum eſt, quod quando in primitiua Eccleſia baptizabantur adulti, ſal conſecratum eis in os ponebatur: vt ſic admonerẽtur, quatenus ſi inter gentes conuerſarẽtur, modeſti ſimul & honeſti eſſent in ſermone. Atque in eius rei argumẽtũ rex Artaxerxes iuſsit, vt præfecti ſalem impenderent in cultum dei citra menſuram. Typice quoque ideo Dauid percuſsit Idumæos in valle ſalis, quicunque enim ſalem habent ſapientiæ dei, illi etiã profligant & percutiũt hoſtem ſuum diabolum. Idcirco & Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos, bonũ enim eſt ſal. Aque hoc eſt quod Paulus Neophytis ſcribit, ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpõdere. Omnia hæc pulchrè explicat Rabanus quoque de inſtitutione clericorum, & ait, Tũc datur baptizato ſal benedictum in os per ſal typicũ: ſale conditus, fœtore careat iniquitatis, ne à vermibus peccatorum vltra putrefiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Ratio autem cõſecrandi ſalis, eadẽ eſt cum aqua benedicta quã ſupra aſsignauim⁹, & habet ſanè verba pietate & deuotione plena: quid enim magis afficeret pias hominum mentes, quam quod dicit ſacerdos. Exorcizo te creatura ſalis in nomine dei patris † omnipotentis, & in charitate domini noſtri † Ieſu Chriſti, & in veritate ſpiritus † ſancti. Exorcizo te per deum † viuum, per deum † verum, per deũ qui ad tutelã humani generis ꝓcreauit &c. vt habetur in obſequiali.

3 Quum iam ſacerdos ei quem baptizandum ſuſcepit, ſal ſacratum dedit, & collectas perorauit, rurſus exorcizare incipit & ait, Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam

Matth. 5. *Homil. 6.* *Act. 8.* *Ezec. 15.* *1. Eſd. 7.* *1. Re. 8.* *Mar. 9.* *Luc. 14.* *Coloſſ. 4.* *c. exhinc. de conſec. diſt. 4.*

tuam, & da honorem deo viuo & vero, da honorem Iesu Christo filio eius & spiritui sancto paracleto, & recede ab hoc famulo dei, quia istum sibi dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam & benedictionem fontemq́ baptismatis vocare dignatus est, & hoc signũ sanctæ crucis† quod damus fronti eius tu maledicte diabole nunquam audeas violare &c. Exorcismum hunc deinde cõficit cum quatuor aliis deuotis precationibus. ¶ Neque tacuit hoc Gregorius, sed ait, in die baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenũciare promisimus, nam sacerdotes quum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt quam quod dæmonia eiiciũt? Similiter & Rabanus quum de sale dixisset subdit de hinc iterum exorcizatur, vt diabolus suam nequitiã agnoscens, iustum per se dei iudicium timẽs, recedat ab homine, nec iam contendat eum arte sua subuertere, ne baptismum consequatur, sed magis honorem creatori suo exhibens, reddat opus deo factori suo. Postea legitur Euangelium Matthæi de paruulis, & orari solet oratio dominica, & salutatio angelica cum symbolo apostolorum, atque oratione concludit exorcismum. Id adeò à temporibus quoque deductum est Apostolorum, siquidem & Dionysius meminit quomodo episcopus cum omnibus, quotquot adsunt oret & paruulo manus super caput imponat.

Homi. 29. die ascens.

C. dehinc de consec. dist. 4.

Matt. 19.

Dionys.

Apertio.

4 Sequuntur hinc aliæ ceremoniæ perinde piæ, quas veteres Christiani ante mille & ducentos annos apertionis nomine appellabant: atque hoc ita esse manifestè probat Ambro. quum ait, Quid egimus sabbato? nempè apertionem, quæ mysteria celebrata sunt apertionis, quando tibi aures tetigit sacerdos & nares, quod significauit dominus noster Iesus Christus in Euangelio, quum ei esset oblatus mutus, surdus, & tetigit aures eius & os eius, & ait Epheta, quod Hebraicum verbum est, & latine dicitur adaperire: eodem planè ordine narrat hoc Marcus, quomodo adductum sibi surdum & mutum apprehendens dominus de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum in gemuit, & ait illi, Epheta, quod est adaperire, &c. Ex hoc nimirũ facto Christi, & ex spiritu sancto ducit ecclesia ad concludendum exorcismum, hunc ipsum apertioris morem: nã in quibusdam locis

Lib. 1. sacra. ca. 1.

locis sacerdos pollicem sputo suo intingit, sicut Christus apud Marcum fecisse legitur. Alibi videas pollicem aliquantisper luto illiniri, quod etiam à domino sumptum est: qui expuens terram, facto luto è sputo liniuit oculos cæci: dehinc sacerdos crucis figuram signat in auricula dextra paruuli dicens, Epheta, quod est adaperire. † ad nares in odorẽ suauitatis. † Aliqui tangunt etiã linguã, Tu autẽ effugare † diabole. Ex Ambrosio liquet hoc suo tempore nõ esse vsurpatũ: os enim inquit nõ tangit episcopus, sed nares propter gratiam operis & muneris. Cõstat ergo ex superioribus veris Ambrosij cæremonias illas esse in Euangelio fundatas, puta quibus Christus etiam ipse est vsus: vt autem deuotio hominum qui baptismo astant, recolant, quid iis sibi velit Ecclesia, age & hoc libet adiicere, Ait enim Rabanus, Hoc sacramentum hîc agitur vt per saliuam typicam, & sacerdotis tactum sapientia & virtus diuina salutem eiusdem catechumeni operetur, vt aperiantur ei nares ad percipiendum odorem notitiæ dei: vt aperiantur ei aures ad audiendũ mãdata dei: vt aperientur ei sensus in intimo corde, ad respondendum sacerdoti inquirenti de articulis fidei Christianæ. Gulielmus durãdus plures affert rationes & expositiones, similiter & Ambrosius qui dicit: Aperite aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatũ vobis munere sacramentorũ capite. Sed hæc sufficiant: oremus iam dominum deum, vt ipse quoque per gratiam suam aperire dignetur oculos nostros, aures quoque & nares, corda, animos simul ac sensus, quatenus sic diuinam ipsius cognoscamus voluntatem, bonitatem etiam eius addiscamus & misericordiam, gratiam, gloriam & maiestatem, vt ita hîc in illius viuamus obedientia, quo tandẽ post hanc vitam illa potiamur æterna, Amẽ.

Ambro.

De instit. clericor. c. postea. de cõse. di. 4.

De myst. initi. c. 4.

HOMILIA XVI. DE *Baptizatione in se.*

Mar. 7.

Ioan. 9.

¶ Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Matth. vlt. Iam olim in veteri quoque testamento Deus non essentialia tantum in lege, sed & cæremonias omnes propriè admodum expressit, tum in sacrificiis, tum in vasis templi à maximo vsque ad minimũ, tum & in ministris tẽpli & vestitu, &c. In nouo autem testamento non perinde reuelata sunt omnia in Euangelio, in hoc vt impleretur

Hier. 13. Io. 14. 16. prophetia describēda lege illa in cordibus hominum, præter id quod Christus ipse promisit ecclesiæ magistrum, qui eam dirigeret & induceret in omnem veritatem. Vnde facilè colligere potestis, quur quum baptismus in Euangelio sit comprehensus, parum tamē cæremoniarum quæ circa eum exhibentur, ibidem contineatur, siquidem principes Ecclesiæ Apostoli & eorum successores instituerunt eos ex instinctu spiritus sancti, sicuti primi concilij Hierosolymitani cōclusio testatur, quæ sic habet, Visum est spiritu sancto & nobis. Reliquas igitur cæremonias nūc quoq; excutiamus.

Act. 15.

2 Peracto iam id demum exorcismo, paruulus in templum defertur ad baptisterium, vbi & patrini comparent, qui pro illo respondeant. Quondam vbi adulti baptizabantur, ipsi respondebant sacerdoti, & licet antea dicerentur energumini, tunc tamen eo nomine amplius non appellabantur. Quatuor enim nomina habebant, quia dicebātur energumini priusquam exorcizarentur: post exorcismum quum iam ad baptisterium peruenissent appellabantur cōpetentes, quia in vigilia paschæ vel pentecostes gratiam dei per baptismum petierunt. Tertiò catechumeni vocabātur, qui iam in fide eruditi nondum essent baptizati: Neophyti autem dicti sunt, qui iam Christiani facti, fidē perceperant. Quum ergo paruulus venit ad fontem baptismi, primum quærit sacerdos ex patrinis, velint ne paruulum illū baptizari (in aliquibus tamen ecclesiijs præcedit abrenuntiatio) quibus se id velle respondentibus, iniungit eis curam & officium, vt vbi deuenerit paruulus ad vsum rationis, doceant eum primordia fidei, orationem dominicam, angelicam salutationem, & symbolum Apostolorum, id quoq; se facturos profitentur illi, quos inde sacerdos iubet leuatis sursum digitis, loco pueri abrenuntiare Sathanæ, & omnibus operibus suis, & omnibus pōpis eius, ad hæc singula vbi responderint semper tunc quærit an credat in Deum patrem omnipotētem, quo affirmato, procedit ille ad fidem de filio, & spiritu sancto habendam certoq; concipiendam. Et quāuis symbolum omnibus proponebatur adultis & ratione vtentibus in primitiua etiam ecclesia, sicut concilium Bracarense 20. die exprimit ante vigiliam Paschæ, concilium Agathense tantum octo dies nominat, ea tunc esset vigilia dominicæ Palmarum, sic enim habet, Placuit nobis, vt in omnibus ecclesijs

Energumini.

Cōpetent. Augu. de fide & operib⁹. c. 6

Catechumeni. Neo.

De consec. dist. 4. ca. ante.

clesijs ad vnum præscriptum diem scilicet octauum ante festum paschæ, competentibus symbolum prædicetur. Concilium Laodicense tres instituit septimanas quibus catechumeni erudirentur in fide, & tandem feria quinta vltimæ septimanæ symbolum fidei confiterētur coram episcopo: nunc vero sacerdos fidei articulos etiam infantibus edicit, quorū loco patrini respondēt, & per patrinos ipsi paruuli se credere profitentur. In summa pro certa tēporis conditione, cōperio quoq; cum catechuminis vel festinatū esse vel dilatum baptismum, in concilio enim Agathēsi, octimestre spatium Iudæis constitutum erat quo fidē addiscerent. Gregorius autem ratus nimis id longū fore, in registro suo ad Faustinum scribit, ne forte mora hæc longior animos eorum auocaret à professione fidei, ideoq; 40. tātum dies eis præfixit: Quicquid id sit, omnibus modis oportet præcedere symbolum, quod apostoli constituerunt, Hieron. Amb. & Aug. testantibus: de iis omnibus prēclare dicit Aug. Omnia sacramenta quæ acta sunt & aguntur in vobis per ministerium seruorū Dei, exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, in sufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicū, humilitate pedū, hæc omnia escæ sunt quæ vos reficiūt in vtero, vt renatos ex baptismo hilares vos mater exhibeat Christo. Accepistis & symbolū protectionem parturientis contra venena serpentis. de abrenunciatione Sathanæ satis iam supra diximus ex Dionys. Hieron. Ambr. & Aug. id enim fœdus est quod init quilibet Christianus cū Christo domino, spondens fore se hostem hostis domini sui, sicut docet Hieron. Atque hæc abrenunciatio tā manifestè ex sacris est desumpta doctoribus, vt non possit à quocunq; vero Christiano abnegari. 2 Post hanc Sathanæ abrenunciationē & Christianę fidei confessionem, sacerdos paruulū adsumit in lęuam manum, deinde pollicē intingit in oleum catechumenorum, iubetq; paruuli nomen edici, & hinc duas facit cruces, vnam in pectore, alteram inter scapulas dicens, Vngo te oleo salutis in Christo Iesu domino nostro. Hic iā quoque elaborandū nobis est, vt ostendamus illū vngendi morē deriuatum esse à temporibus apostolorū, martyrum & cōfessorum, deinde dicendū nonnihil est de mystica significatione: siquidē B. Dionys. clare docet, sicut & ab Apostolis, & apostolicis viris didicerat vsum baptismi, quomodo sacer-

c. symb. c. nō liceat.

c. Iudei. Dilatio baptismi.

Lib. 4. de symbolo.

Matt. 5.

Vnctio pueri.

Dionys.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homil. 7. lib. 1. de sacra. ca. 1 Vnctio pueri.

dos afferat aleum vnctionis, & quod episcopus ter vngat eum qui baptizãdus est, bis ante baptismum & semel post ea. Id ita remansisse in ecclesia, testatur Origenes super Ezechielem, & Ambros. quoque dicit, Venimus ad fontem, ingressus es, consydera quos videris, quid loquutus sis, consydera, repete diligenter, occurrit tibi leuita, occurrit presbyter, vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctamẽ huius seculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina. Neq; vero temerè morem hunc per spiritus sancti instinctum ab ipsis susceptum Apostolis quoniam & in veteri testamento sacerdotes vngebantur, similiter & reges, vt

Exod. 14 *1. Reg. 1. & 16.* *Apoc. 5.* *1. Pet. 2.*

Saul & Dauid ter, Ioannes quoq; in persona omniũ Christianorum ait, redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione: & fecisti nos Deo regnum & sacerdotes. Petrus etiam de Christianis omnibus loquens inquit, Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ. Quum igitur omnes Christiani in baptismo spirituales efficiãtur reges & sacerdotes, ad id muneris spiritualiter etiã

Lib. de myst. ini. c. 6.

eos inungi conuenit. 3 Eandem rationem Ambro. quoque proponẽs dicit: ideo in barbam Aaron, vt fias electum genus sacerdotale, pretiosum. Omnes enim in regnum Dei & in sacerdotium vngimur gratia spirituali. quur autem altera inunctio fiat in pectore, altera inter scapulas, quanuis idipsum nequeat biblicis scripturis roborari, nisi quia hic

Vnctio. paruuli.

mos ab apostolis iam inde per manus successorum, ita nobis traditus est. sicut illarũ trium vnctionum meminit etiã Augustin. tamen quia rationabiliter spiritus sanctus regit Ecclesiam, possunt hic quoque rationabiles caussæ assignari. In pectore ergo inungitur paruulus, qui locus est cordis, ideo nimirum, vt vera fides cor ipsius possideat, & omnes errores euellantur. Inter scapulas autem vngitur, vt fortis

C. deinde consecra. distin. 4.

efficiatur, & validè robustus ad operandum, ideoq; oleum à pectore ad scapulas defertur, quando fides in animo concepta, ipso quoque tum verbo tum opere adimpletur. Rabanus in hunc modũ exponit. Vngitur inquit, pectus illius oleo sanctificato, cũ inuocatione sanctę trinitatis, vt nullæ reliquiæ latentis inimici in eo resideant, sed in fide sanctæ trinitatis mens eius confortetur: vngitur & inter scapulas de eodem oleo, vt vndique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur de reliquis vnctionibus

plura

plura dicentur infra, & cum primis in vltimo sacramento res hæc per sacrarum literarum testimonia vbertim explicabitur. 4 Post hæc rursus ter sacerdos interrogat patrinos, velint ne paruulum baptizari: quibus affirmantibus id se velle, inquirit nomen illius, quo expresso, sacerdos haustam altera manu aquam ter fundit super paruulum, vel ipsum ter immergit in fontem, sic dicens, *Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti*, Amen. Atque hic solus & vnicus est baptismus substatialis, verum baptismi sacramentum: reliqua omnia ad celebriorem illius solemnitatem faciunt tantum & ad ipsam diuini nominis gloriã, quando & in baptismo trinitas alma operatur, atque vt sic paruulus à peccatis & sordibus tenebrarum liberatus efficiatur filius lucis, sicut supra in homilia quadam dictum est de huius sacramenti effectibus. Hic autem nemini mirum videatur, quur repetatur quod antea vsurpatum fuit, quia id quoque à temporibus Apostolorum ad nos peruenit, vt sicut antea interrogati erant patrini, ita & apud fontem interrogentur amplius de nomine paruuli: id inuenias in ipso

Dionys.

etiam Dionysi. quod nomen paruuli & patrini primum ad scribebatur. sic enim ait, Quum baptizandum eiusq; susceptorem quispiam sacerdotẽ ex descriptione celsa voce prędicauerit, ille quidem à sacerdotibus se tenentibus in aquã, ducitur ad põtificis manum, pontifex autem supernè astãs, quum rursus per aquas sub pontificis manu sacerdotes eius, qui initiatur inclamauerint nomen, ter illum põtifex mergit: sic enim & symbolum bis hic vsurpatur, primum præ foribus templi inter exorcizandum, deinde apud fontem, vbi inquirit sacerdos de tribus articulis fidei ad trinitatem personarum spectantibus. sicut ait Ambrosius. Descendisti, recordare quid responderis? quod credas in patrẽ, credas

Demyst. init. c. 5.

in filiũ, credas in spiritum sanctum. Porrò fontem baptismi extra ineuitabilis necessitatis casum oportet esse consecratum, & nõ quamlibet aquam cõmunẽ. Quoniam etiã moris fuit, vt quãdocunq; baptizandus aliquis adueniret, tunc primũ fons cõsecrabatur, testãte id Dionysio, qui dicit, Ipse (presbyter vel pontifex) ad optionis matrem proficiscitur, eiusq; aquas sancta prece & inuocatione sanctificans,

Dionys.

Cõsecratio bapt.

terq; in eas ad crucis effigiem sanctissimum fundens vnguẽtum, illasq; hoc ritu perficiens, terq; ad numerum sacræ es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fusionis carmen (quod prophetæ Deo pleni diuinitùsque afflati cecinere,) pronuncians, semel scilicet per singulos sancti vnguinis actus. Idèmq; affirmat Ambrosi. & ait, Aqua sine prędicatione dominicæ crucis ad nullos vsus futuræ salutis est: quum autem salutaris fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad vsum spiritualis lauacri & salutaris poculi temperatur: & alibi forma baptismatis & vsus hoc habet, vt ante fons consecretur, & tunc descendat qui baptizandus est: primum enim quum ingreditur sacerdos, exorcismum absoluit: deinde super aquas inuocat Deum: mox orat, vt fons benedicatur: & vt adsistat præsentia æternæ & indiuiduæ trinitatis. Atque eam ob caussam scriptura commemorat, quia spiritus domini ferebatur super aquas: id enim tunc demum intellectum est, quando spiritus sanctus visibiliter apparuit in baptismo Christi, qui nunc quotidie apparet inuisibiliter in baptismo paruulorum. Idem sensit & Cyprianus, volens aquas prius mũdari & purificari debere atq; sanctificari per sacerdotem, vt is deinde sic posset cum baptismo abluere baptizati peccata: sed neq; hoc tibi fieri mirum debet: nam quum omnia tabernaculi vasa olim consecrabantur, quur non & fons baptismi in quo homo peccator ab Adam progenitus, per gratiam Dei regeneratur, & per spiritũ sanctũ in Christo Iesu & in morte eius, vt inquit Pau. Roma. 6. ¶ Quid quod nec aliquid concludit istud quod prætexũt Neochristiani, Christum esse baptizatum in aqua non consecrata, vt sic nos quoque oporteat in eiusmodi aqua baptizari. Si enim ex baptismo Christi volent exemplum sibi sumere, statim obiiciemus eis Christus baptismo Ioannis baptizatus est, itaque & vos cogemini tantum baptizare baptismo Ioannis: deinde Christus iam triginta fuit annorũ quum baptizaretur, igitur vos quoque neminem baptizabitis ante trigesimũ annum. Pulchrè ergo ait Ambro. Christus ante descendit, sequutus est spiritus. Qua ratione? vt non quasi ipse egere dominus Iesus sanctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus. Alia autẽ de nobis ratio est, quia enim baptismus sanctificat homines: ideò Ecclesia illũ antea benedicit, vt ibi adsistat virtus spiritus sancti, purificans animas ab omni labe peccatorũ, sicut idipsum spiritus sanctus docuit Apostolos, & per eos vniuersam Ecclesiam à temporibus

Cap. q. de myst.

Lib. 1. de sacramen. cap. 5.

Genes. 1.

Cypria.

Exo. 40.

De sacramen. lib. 1. cap. 5.

poribus Apostolorum vsq; ad nos. Deprecemur dominũ.

HOMILIA XVII. DE IMMERSIONE *paruulorum in baptismo, de vnctione.*

¶ Euntes, docete omnes gentes. Mat. vlt.

SVperiori homilia dictũ est de baptismo quomodo sacerdos aquam debeat fundere super paruulum: vel ipsum etiam aquæ immergere, atq; hæc eo longius declarauimus, vt pateat vniuscuiusque Ecclesiæ morem esse seruandum, vt refert Augustin. Ambrosium respondisse matri suæ Monicæ. Ita hic non refert, semel ne an ter immergas paruulum in fontem baptismi, sed cuiusq; diœcesis seruanda interim est consuetudo, sicut scribit B. Gregorius, cuidam Leandro episcopo, de trina immersione baptismatis, nihil responderi potest verius, quam quod ipsi sensistis, quia in vna fide, nihil officit Ecclesiæ consuetudo diuersa. Id ita licet colligere ex Ambrosio, is enim Mediolani filium baptizandum ter immersit in aquam: quando confitebatur tres illos articulos de tribus personis in symbolo, quæ consuetudo apud nos plane nõ est. Doctores quoque in ea sunt sententia, vt dicant Petrum quando in die pentecostes baptizauit tria milia hominum, & deinde rursus quinq; milia, non per immersionem sed tantum aspersionem aquæ baptizasse. Itaque hæc omnia ideo fusius tractauimus, quoniam singula piam & vere Christianam possunt habere intentionem, sanctamq; significationem, sicut B. Gregorius in superiori Epistola dicit ad Leandrum, reprehensibile nullatenus esse potest infantem baptismate vel ter vel semel immergere, quando & in tribus mersionibus personarũ trinitas, & in vna, potest diuinitatis singularitas designari. Vsus tamen obtinuit inter Apostolos, & per vniuersam Ecclesiam, vt paruuli immergerentur, vnde & Gregor. ait, Quod tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, quia in morte Christi baptizamur oẽs. 2 Fuisse autẽ hanc Apostolorũ consuetudinẽ vt ter immergerẽt, testis satis magnus & certus nobis est Dionys. dicens, Ter illum pontifex mergit, hac trina illius mersione & emersione tres beatitudinis diuinę personas inclamãs, In canonibus quoq; Apostolorũ legitur qũo ij prohibuerint, nequis, siue episcopus, siue sacerdos, semel tm immergat: idq; tum

Ad inquis. Ianuar.

Lib. 1. regis. cap. 41. ad Leandrum.

Lib. 2. de sacra. c. 7.

Act. 2. 4.

Gregor.

Trina immersio.

Gregor.

Rom. 6.

Dionys.

Cano. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. multi. c. in synodo de conse. dist. 4.

inde esse obseruandum in ecclesia vt plurimum, ipsi testantur pōtifices. Pelagius, Zacharias, & Gregorius, audiuimus idem approbari per Ambrosium, & inuenimus idem apud Hieronymum, qui sic ait super epistolam ad Ephe. 4. Eodem modo & in patrem & in filium & in spiritū sanctum baptizamur, & ter immergimur, vt trinitatis vnum appareat sacramentum. Meminit huius trinæ immersionis etiam Augustin. in sermone, sicut eum allegat Petrus Longobardus & Gratianus de consec. dist. 4. can. postquam. Quur autem nonnullæ ecclesię cœperint contra formam Apostolicam semel tantum immergere, rationem subinfert Grego. & dicit, Sed quia nunc hucúsque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur, fiendum apud vos esse nō censeo, ne dum mersiones numerant, diuinitatē diuidant, dūq; quod faciebant faciunt, se morem nostrum vicisse glorientur. loquitur hic Arrianis contendentibus, non esse vnam diuinam essentiam in tribus personis, quod etiam euincere conabantur hac trina immersione. Hoc quoque ex quarto concilio Toletano satis probatur, vbi sic concluſum est, propter vitandū schismatis scandalū, vel hæretici dogmatis vsum, simplam teneamus baptismi mersionem: ne videātur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem. Confirmantur hæc omnia: nā & sanctus martyr Cypria. scribit ad Magnum, sā tis esse baptismi, quando ægroti iam decumbentes in lecto asperguntur aqua, & sic baptizantur: idq; probat per Ezechielem, Aspergam vos aqua munda. In veteri quoque testamento aqua purificationis dici solebat aqua aspersionis, neq; satisfacit quod quidam subterfugere cupientes dicunt Cyprianū loqui de aqua benedicta. Nā si quis totam euoluat Epistolā, is facilè animaduertet eū agere de sacramento baptismi: ita enim inter cætera inquit, In sacramentis salutaribus necessitate cogente, & deo indulgentiam suam largiente, totum credentibus conferunt diuina compendia: & inde, Apparet aspersionem quoque aquę instar salutaris lauacri obtineri. In sequentibus etiam affirmat huiusmodi infirmum, si conualescat, rebaptizari non debere. Videq; quidem & Haymonem super Paulum sic scribentem, In suo sensu abundabat Cyprianus, quando semel mergebat in baptismate paruulos, quia quod intelligebat studiose adim

C. de eodē. de con. dist. 4. Gregor.

Arrian.

Cano. 5.

Ezec. 36.

Cypria. defensus

Rom. 14.

plebat, bonis operibus abundādo: licet in hoc facto nescius delinqueret: sed quia bonis operibus abūdabat, postea correctus à domino, abundauit altiori sensu, ter illos mergendo (vnde hæc Haymo acceperit fateor me nescire, quia apud Cyprianum illa non legi, quæ hîc sibi imponuntur) volens nunc prætereo explicare pluribus quidnam trina hæc immersio sibi velit. nam vt suprà dictum est, triduum ibi significatur sepulturæ dominicæ. Adultus quoq; homo quū baptizatur à triplici peccatorum genere liberatur, cordis, oris, operis. Alij ad hæc tria referunt ad Christi mortem, sepulturam & resurrectionem. Sunt qui etiam immergunt primum capite versus orientem, secūdo versus septentrionem, sicut exponit Richard. Bonauent. asserit in Gallia baptizari per aspersionem non immersionem, de quo mihi nō satis constat. 5 Baptizato iam paruulo & sacro fonte leuato, sacerdos signū crucis ei facit in fronte cum sacro chrisma te, sic orans: Deus omnipotens pater Iesu Christi domini nostri, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, quiq; dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat chrismate salutis in Christo Iesu domino nostro, in vitam æternam. Atque hæc tria vnctio est de qua supra diximus, & ipsa quoq; ab Apostolis est deducta. sic enim inquit Dionysius, Rursus ad pontificem ducunt, ille diuino ac deifico prorsus vnguento virum signans, sacratissimæ cōmunionis participē facit. Vnum hoc immutatū est, quod temporibus Apostolorū ante vnctionē dabatur ei vestis cādida, sicut in quibusdā locis tres illæ vnctiones omnes tandē fiunt simul post baptismū. Quod tamen primo loco diximus cōmunis tenet Ecclesiæ cōsuetudo, testante id etiā Ambrosio, quum iam trinam descripsisset immersionem subdit, Venisti ad sacerdotē? quid tibi dixit? Deus, inquit, pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, cōcessitq; tibi peccata tua, ipse te vngat in vitam æternam. Vide vbi vnctus es in vitā æternā: noli hanc vitā illi vitæ anteferre. Quare autem vnctio hæc supra caput fieri solet? respōdet Ambrosi⁹, Quia sensus sapientis in capite eius. Salomon ait, friget sapientia sine gratia. Subscribit huic sententiæ & concilium Laodicē. id enim sic habet, Oportet baptizatos post baptismū, sacratissimū chrisma percipere, & cœlestis regni participes fieri. Rabanus quoque dicit, postquā ascendit bapti-

Dist. 3. argu. à quæst. 2.

Vngitur puer.

Dionysi.

Libr. 2. de sacra. c. 7.

Libr. 3. de sacr. ca. 2.

De instit. clericorū.

zatus de fonte, statim signatur à presbytero in cerebro cum sacro chrismate, sequente similiter oratione, vt Christi regni particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari. Plura qui desiderat, videat Ambro. de myst. & Hugonem lib. 2. de sacrament. parte sexta. ¶ Quæres autem, quid fiat, quod ante baptismum paruuli oleo, postea autem inungantur chrismate? Respondeo. nam primæ vnctiones fiunt, vt paratiores simus ad audiendum fidem, atque in cordibus nostris confirmetur virtus fidei, nósque inde roboremur ad operandum: vnctio autem post baptismum fit in fronte, vt quisque cõfiteatur liberè se esse Christianũ, & rationẽ fidei suæ possit reddere omni petenti, sicq; quũ chrisma à Christo nomen habeat (ab efficacia rei, non à formatione nominis) iniquè fiat, si vnctionem Christi habeat, qui nõdum sit baptizatus, hinc eñ Christiani dicimur, quia vncti. Ex hoc iam fundamẽto verum habes intellectũ chrismatis: est enim signaculũ spiritus sancti, & bis eo inungitur quilibet Christianus, semel post baptismum in vnctione verticis. & quanuis olim soli episcopi habebãt potestatem administrãdi has duas vnctiones, sanctus Syluester tamen attendens Christianorum multitudinem, & quod non ad omnes cõmodè venire possent episcopi, vt etiam qui ante confirmationem morerentur chrismatis vnctionem reciperent, & sic perfecti efficerentur Christiani, hoc est chrismate vncti, instituit vt & reliqui clerici & sacerdotes post baptismum paruulos hoc chrismate inungerent, idque in vertice, vt sic etiã ipsi essent vncti Christi domini. Accedit iis solitum quoque scripturæ testimoniũ, siquidem & Apostoli bis suscepérunt spiritum sanctum. Quid igitur obstat, quo minus & quilibet Christianus bis accipiat signaculũ spiritus sancti?

Vnctio varia.

Ioan. 20. Actu. 1.

4 ¶ Vnctio iam paruulo cum chrismate sacerdos illi induit vestem candidam (cuiusmodi habitum in primitiua Ecclesia baptizati gestare solebant vsque in diem octauum) Atque hinc est quod sabbatum à festo paschæ proximum adhuc dicitur sabbatum in albis, quoniam tunc omnes in albis vestiti veniebant in templũ, ibique depositis illis accipiebant alias vestes. Et hunc quoque vsum non hodie aut heri esse natum, sed ea consuetudine fuisse etiam apostolos, testatur Dionysius quum dicit: Post baptismum sacerdotes illum suscepturi consignant, & vna cum ipso illum vestem

Vestis candida.

Tuicen.

Dionysi.

vestem baptizati munditiæ congruam induunt. Durauit hic mos à temporibus Apostolorum vsque ad Ambrosium, qui idem etiam profitetur, & ait, Accepisti post hæc vestimenta candida, vt esset indicium, quod exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ casta velamina, sicut & vestimenta Christi facta sunt candida sicut nix, & angeli quoque ipsi apparuerũt in albis die sancto paschæ. Quod omnes affirmãt Euangelistæ. Vidistis autẽ illa externa candida designari baptizatum rursus esse cõsequutum primam stolam innocentiæ, iuxta illud Hieronymi, Imponũt ei vestimenta sua, hoc est per sacramentum baptismi, rursus ei restituunt priorẽ suam stolã immortalitatis. Ita & filio prodigo reddita fuit stola prima, neq; iam amplius dubiũ esse potest, morẽ hunc semper fuisse obseruatũ in ecclesia à temporibus Apostolorũ hucúsq;. Quid verò sibi ea velit, verba ipsa satis exprimunt, quũ ait sacerdos, Accipe vestẽ candidam & immaculatã, quã perferas ante tribunal Christi, vt habeas vitã æternam, Pax tecũ. Rabanus, Vestis, inquit candida significat innocentiã & puritatẽ Christianã, quam post ablutas veteres maculas, studio sanctæ conuersationis immaculatã seruare debet, ad præsentandã ante tribunal Christi. De hac re pulchrè scribit August. cõtra errorem quendam suo seculo natũ, qui solam fidem extollit, tanquã sufficientem ad iustificandũ, nec amplius esse opus, vt baptizatus se exerceat in operibus bonis. Falsum, id est omnino. Quur enim datur ei vestis candida, nisi vt vitam viuat honestam, angelicam & innocentẽ? Hinc Paulus nos Christũ induisse dicit, idémque iubet amplius nouum nos induere hominem Christum, veteremque Adamum abiicere. sic Ioannes consulit omnibus, vt pro se quisque sit amictus albis, ne nuditatis nostræ appareat opprobriũ. Pertinacibus aliis & induratis hominibus, qui nolunt accipere verã fidem Christi in baptismo dicitur illud, quod Ezechiel exprobrauit Hierusalem, aqua non est lota in salutem (in baptismo) nec sale salita (in catechismo) nec inuoluta pãnis (veste candida post baptismum.) De aliis varietatibus prouinciarum videndum in rat.) Postremò quũ baptizatur adultus, cãdela quoq; ei imponitur in manus, sacerdote sic dicẽte, Accipe lampadem ardentẽ, custodi baptismum, serua mandata, vt quum dominus venerit ad nuptias, possis ei occurrere.

Demyste. cap. 7.

Matt. 16.

Ioan. 20.

Matt. 11.

Luc. 15.

Rabanus.

De fide & operibus.

Rom. 13.

Epheſ. 4.

Apoc. 5.

Ezec. 16.

Candela.

Matt. 25.

Nam qui recens est baptizatus, bonis debet studere operi-
Matth.5. bus præ aliis, dicente domino, sic luceat lux vestra coram ho
minibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem
vestrum qui est in cœlis. Sed & hoc formam habet peculia-
rem cum qua sacerdos baptizatis vestem candidam rursus
exuit, maxime adultis, sic enim orat, Omnipotẽs sempiter-
ne deus qui regenerasti hunc famulum tuum (vel famulam)
ex aqua & spiritu sancto, quique dedisti ei remissionem o-
mnium peccatorum, tribue ei cõtinentiam & longęuam sa-
nitatem ad cognoscendam veritatis tuæ vnitatem, per Chri
stum dominũ nostrum, Amen. Olim baptizatis statim post
Matt.11. baptismum dabatur sacramentum corporis Christi, quod
etiam nunc fieri posset in adultis. In quibusdam dicœcesibus
dari solet etiam paruulis quotidie de ablutione calicis per
omnes dies puerperij Quantum ad adultos attinet, curent
illi & studeant bonis operibus insudare post baptismum, &
Deus largiter remunerabit in vita æterna, Amen.

HOMILIA DECIMAOCTAVA,

de susceptoribus siue patrinis, quos compatres aut patrinos dicere solent.

¶Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti. Matth. vlt.

QVandoquidem in superioribus subinde men-
tio facta est patrinorũ & duarum vigiliarum
paschæ ac penteeostes, & quorundã aliorum,
quæ latiori videtur indigere explicatione, ma
ximè apud rudes & simplices. Quapropter fa
uente Christi gratia, hæc ipsa iam paulo copiosiùs enuclea-
bimus. Principio etsi sine dubio multi absque susceptori-
bus sunt baptizati, vt Eunuchus reginæ Candacis, Corne-
lius, ipseque adeo Paulus, attamen iam olim temporibus
Apostolorum, & abhinc vsque in hodiernum diem inter
reliquias baptismi cæremonias obseruatum quoque est, vt
susceptorem haberet baptizandus, siue paruulus siue adul-
C.2.& vl tus. Testatur id beatus Dionysius, ostendens in primitiua
ti.eccl.hie Ecclesia hanc fuisse consuetudinem: Si quis baptizari vo-
rar. luit, aliquem sibi delegit, qui sui curam susciperet, ipsúm-
que in fide erudiret, & moribus Christianis, deinde eum du
ceret ad sacerdotem ac pro ipso baptismi expeteret sacra-
mentum

mentum. Anadochon hunc vocat Dionysius, quasi susce- *Anadoc-*
ptorem & veluti sponsorem. Paruulos quoque istiusmodi *chm.*
habere sponsorem, ipse etiam affirmat ad finem libri, ana-
dochom eum appellans siue pædagogum. Estque hoc rati-
one consentaneum: quum enim paruuli peccatum suum ex
aliena consequuti sint transgressione primi parentis Adæ,
vt Paulus testatur, decet & hoc diuinam misericordiam, *Roma.5.*
vt rursus adiuuentur per alienam voluntatem susceptoris, *Ephes.5.*
qui pro eis spondeat & profiteatur. Imò & per vniuersa-
lem catholicæ Ecclesiæ fidem iuuantur nonnihil. Quod &
ex Euangelio liquet, quando mulier Chananæa dominum *Matt.15.*
rogabat pro filia sua, vt à dæmone liberaretur, dixit: O mu-
lier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. vnde manife-
stè patet Christum respexisse fidem parentis, quæ quid o-
perata sit, quantúmque profecerit, sequitur ibidem, quia
sanata est filia eius in illa hora. Ecce fides mulieris huius ad- *Fides ec-*
iuuit filiam, quanto magis solida & firmissima fides sanctæ *clesiæ.*
matris Ecclesiæ iuuat filios suos in ipsa baptizatos? Neque
dissimile est quod in Marco legimus: vbi enim pater filium *Mar.9.*
à dæmone obsessum attulit ad dominum, hic sanè non fi-
lium interrogauit num crederet sed patrem, an credere pos
set, qui dixit, credo domine, adiuua incredulitatem meam:
& statim dominus eiecit spiritum istum mutum à filio. Sed
& quantum ad adultos, consultum est eos habere susceptо-
res, tanquam ductores itineris, cuius ipsi adhuc sunt imperi-
ti, vt sic illi quasi mediatores existant inter baptistam & ba
ptizandum, quem isti erudiant, cuius vniuersæ vitæ magi-
sterium in se suscipiant, & ei viam ostendant sapientiæ, vt
ait Propheta. 2 Constat ergo ex iis quodnã sit susceptо- *Esa. 40.*
ris officium ad quod diligenter exequendum pulchre ex- *C. vos ante*
hortatur August. in quadam homilia, dicens, Vos ante om- *te de cons.*
nia tam mulieres quã viros, qui filios in baptismate susce pi- *distin. 4.*
stis, moneo, vt vos cognoscatis fideiussores apud Deũ exti-
tisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. ideo
semper eos admonete, vt castitatem custodiant, iustitiam di
ligant, charitatem teneant, ante omnia symbolum & ora-
tionem dominicam & vos & ipsi tenete, & illis quos acce-
pistis de sacro fonte ostendite. En duo susceptorum officia,
vt eos quos susceperunt, subinde exortentur ad virtutum
studia, deinde vt eosdem erudiant in professione symboli,

Universidad de Deusto Biblioteca
Bibliotheca Facultatis Philosophiae Provinciae Cast. Orientalis

& oratione dominica. Inde enim etiam nunc hodie iniungitur hoc illis in baptismo, sicuti iam supra ostendimus. Dices, si tantum est patrinorum officium, & tam ardua cura, durum est suscipere paruulos ex sacro baptismatis fonte? is sanè negotiosa & operosa illa quondam prouincia, quum adhuc paruuli educarentur inter infideles, neque raro parentibus destituebantur: neminem quoque habebant qui fidem & mores Christiana professione dignos illos doceret. Tunc nimirum susceptoribus incumbebat munus tuendi & fouendi paruulos atque salutem animarum promouēdi, quemadmodum hoc magnificat Ambrosius, quomodo spirituales filij sunt diligendi.

Ambro.

Albertus

¶ Albertus tamen magnus sic dicit, quia in solenni Ecclesia cantatur oratio dominica & symbolum, & mores prædicantur & ostenduntur in exemplis bonorum, idcirco nō adhibetur tanta solicitudo sicut in primitiua Ecclesia, quando paruuli inter infideles nutriebantur, atque in hoc reliqui etiam doctores consentiunt: si tamen paruulo parentes morerentur, vel alias defectum pateretur, ita vt nemo eum doceret, vel si dubitaret: tunc sanè susceptor excusatus non est, sed vbi adoleuerit paululum ille paruulus baptizatus, inquirere debet de oratione dominica, de symbolo fidei, an sciat hæc omnia: quod si viderit eum degenerare velle, & per publicam viam iniquitatis ambulare, tūc quoque admonere ipsum debet, obiurgare & docere quantam pro eo susceperit professionem, quidque spoponderit in baptismo. Nunc tamen iis nostris temporibus durissimum sanè est, susceptorem fieri propter tot errores & hæreses quibus iam mundus infidelitate plenus vndique scatet. Iuxta sententiam tamen Maioris, si baptizatus fiat hæreticus, nihil in hoc culpæ habet ipse susceptor, quia nemo reus efficitur alienæ culpæ, cuius ipse non sit particeps, & tamen tenetur adhuc susceptor illum pro viribus auocare: cui si non paret, in peccato suo moritur, susceptoris autem manus innocens erit, & libera iuxta Prophetæ vaticinium. Habere autem in baptismo susceptores, à temporibus Apostolorum profectum est, sicut ex Dionysio docuimus. Insuper & Iuo longè ante Gratianum proponit decretum Higinij huiusmodi, In catechumeno & baptismo, & confirmatione vnus patrinus fieri potest, si necessitas cogat, non tamen

Maioris.

Iuo lib. 1. de baptismo.

tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt. inducit & decretum Leonis magni, in vno sacramento, non nisi vnum haberi debere patrinum.

Leo.

¶ Meminit eiusdem Hugo quoque, dicens ideo factum esse, ne si paruulus vnus plures haberet in baptismo susceptores, illa tandem multitudo contractionem impediret matrimonij. Addit insuper in quibusdā Ecclesijs hoc non seruari. In concilio etiam Antisidorensi statutum est, ne quis abbas vel monachus fieret patrinus: similiter in concilio Maguntino cautum est, ne aliquis susceptoris munus subeat, nisi qui & ipse sit baptizatus antea & confirmatus.

C. nō plu. de consec. dist. 4.

Antisid.

Magunt.

¶ Sciendum quoque non esse illum patrinum, in cuius nomine paruulus è sacro fonte susscipitur, sicuti ferè faciunt optimates, qui suo loco ministros mittūt ad leuandum paruulum è fonte baptismi, aut si multi adessent, vt solent plerunque facere magnates, omnes respondentes ad verba sacerdotis, credere se & abrenunciare, &c. Non tamen omnes illi sunt patrini, sed ij tantum qui paruulum è baptismo susscipiunt, sicut in vulgari Germanico dicimus, ille susscipit infantem è baptismo, neque latuit hoc Dionysium, quum dixit, Assumentes illum sacerdotes, susceptori, suique accessus duci consignant. Atque hîc iam quæstio oritur, quomodo susceptor pro paruulo respondeat se credere & abrenuntiare. Nam si id pro sua loquitur persona, paruulo nil proderit. Sin autem pro paruulo, obiiciet rursus quispiam, vanum id esse, quia paruulus neque credit, neque vult, nec abrenunciat. Nihil hîc nouum, siquidem iam olim temporibus Apostolorum infideles deridebant Christianos, eo quod pro paruulo nullius rationis compote, dicerent se credere & velle, &c. quum tamen circa septimum annum tandem se exerat intelligentia puerorum, sicut eo respexit & Augustinus cum Dinocrata iam septenni fratre Perpetuæ (quamuis historia illa aliquid dubij apud me inuoluat, quod non sit omnino à me intellecta, & in libris nostris nulla fiat huius historiæ mentio) ea enim ætate possunt iam paruuli verum dicere & mentiri, confiteri & negare. Quomodo autem susceptores possint loco infantium paruulorum, neque adhuc credentium, fidem profiteri, forsitam coram hominibus ex vulgò videbitur habere difficultatem.

De ori. animæ ad Renatū. cap. 10.

Patrinus ait, cred.

4 Spiritus sanctus qui hoc ipsum docuit Ecclesiam diuino suo instinctu, is & inspirauit, quomodo hęc sint accipiẽda, quamuis enim paruuli fidem præsentem non habeãt, tamen multifariam pro eis potest confessio fidei fieri: & rationem huiusmodi ostendit beatus Dionysi. quum dicit, Præsul non vt illi ridẽtes aiunt, scilicet infideles (alium pro alio imbuit sacris: neq; enim hoc ille ait. ego pro puero abrenuntiationes facio, aut fidei sacramenta profiteor, sed ita puer renuntiat & profitetur, id est spondeo. puerum inducturum, quum ad sanam intelligentiam venerit, sedulis adhortationibus meis vt abrenuntiet contrariis omnino, profiteaturq́ & peragat diuina quæ pollicetur. S. Augustinus quoq; vt ab Iuone inducitur sic inquit. Nihil aliud est credere, quàm fidem habere, & per hoc quum respondetur credere paruulus qui fidei non habet effectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & quia ipsa responsio ad celebrationem sacramẽti pertinet. Inde quoque paruulum dicit, & si nondum fides illa quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentũ fidelem facit: nam fideles vocãtur non rem ipsam mẽte annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Ex his verbis doctores collegerunt verba paruuli, ego credo, sic esse intelligenda quasi dicat, Paratus sum suscipere sacramentũ fidei, idq́ adeo verum est, nam præparatio illa in hoc sita est, ne voluntatem habeat contrariam erga baptismi sacramentum. Ideoq́ue Augustinus ait contra Donatistas, Paruuli ex ætatis indigentia nec corde credere possunt ad iustitiam, nec ore cõfiteri ad salutem, ideo quum alij pro eis respondent, vt impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet vtique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respõdere potest alius respõdeat, non itidem valet. In alio etiam loco præclarè inquit idem Augustinus, perscrutari homines solent, sacramẽtum baptismi Christi quid paruulis prosit, quum eo accepto plerunque moriuntur, priusquam ex eo cognoscere quicquam potuerunt. Qua in re satis piè rectéque creditur prodesse paruulo eorum fidem à quibus consecrandus offertur, & hoc Ecclesiæ commendat saluberrima autoritas, vt ex eo quisque sentiat quod sibi prosit fides sua, quãdo in aliorum beneficium, qui propriam nondum habent, potest aliena commod

In fine de eccle. dict.

Augusti.

Libr. 4. de bap. c. 24

De li. ar. lib. 3. c. 23.

commodari. quid enim in filio viduæ profuit fides sua, quã vtique mortuus non habebat, cui tamen profuit fides matris, vt resurgeret. in scholis possent hæc acutiꝰ discuti.) Isidorus quoque ait, sic agi cum mutis surdis & iis qui præ ægritudine loqui non possunt, sicut & in tertio concilio Carthaginensi decretum est, vt nõ iam falsum esse possit quod dicunt susceptores. Credo, volo, abrenuntio, &c.

Lib. 2. de officiis.

5 ¶ Adhuc quæri solet hoc, An promissio patrinorum siue susceptorum liget paruulos, vt cogantur deinceps seruare quæcunque illi pro eis spoponderunt? Profecto id verum est, adeò vt possint per Ecclesiam cogi ad ea seruanda, quum amplius non sint extra Ecclesiam, sed quia baptismus veluti ianua est Ecclesiæ, ipsi quoque iam per baptismum ingressi sunt Ecclesiam, quamuis & Ecclesia infidelem non perinde acriter vrget, sed ibi vtitur regula Pauli. Quid mihi de iis qui deforis sunt? Quod autem Ecclesia seruare compellit aliquem, quod etiam paruulus per susceptorem promisit, ratio est, quia illud ei contingit in bonum, vnde & obligatur ad illud seruandum per animę suę salutem. Etiamsi in iis quæ libera sunt, non possunt parentes liberos constringere votis, vt quum parentum aliquis vouet deo quod filius debeat effici sacerdos vel monachus, non tenetur paruulus votum hoc seruare, sed adhuc liber est, quamuis decorum & honestum foret filium obsequi voto paterno, testante idipsum Gregorio, & subscribente etiam concilio Toletano: parentes etiam quantum in se est instituere debent filium, vt voto respondeat & satisfaciat, sicut Anna & Helcana fecerunt cum Samuele. Paruulus autem non obligatur quasi sit compulsus, sed liber est, nisi volens sese astringat, quemadmodum Rechabitæ, qui quia pater eorum Ionadab filius Rechab inhibuerat eis vsum vini, abstinuerunt ab eo, & beneplacitum fuit hoc in oculis domini. Plurimum tamen interest inter rem voluntariam & necessariam, ideoq́ue quum paruulo baptizato baptismus necessario sit præceptus, Ecclesia eum compellere potest ne desciscat ab ecclesia catholica, extra quam quisquis fuerit nõ perueniet in Hierusalem cœlestem: quo nos omnes perducere dignetur Iesus Christus dominus noster in secula benedictus, Amen.

Pueri seruent promiss. patr.

Rom. 5.

20. q. 1. addidistis. conci. Tol. 4. ibidem. ca. monachum, & Isid. in. c. quicunq;. Hiero. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Euntes, docete omnes gentes, &c. Matth. vlt.

ETsi salutis ostium nullo non tempore homini patet, dum ille modo se ex toto corde suo conuertat ad dominum qui vult omnes homines saluos fieri, tamen ad maiorem huius sacramenti reuerentiam, quondam duo tãtum fuerunt instituta tempora, quibus solennis peragebatur baptismus, vigilia scilicet Paschæ & Pentecostes, sicuti Siricius, Leo & Gelasius pontifices instituerunt, sancitumq́ue est in concilio Gerundinensi: & transcripsit inde Gratianus de consec. dist. 4. ca. de catechumenis, & cap. venerabilis. 40. enim diebus ante baptismi diem cogebantur illi dare nomina sua, interimq́; mundabantur & præparabantur orationibus, exorcismis & informationibus piis. Habebantur interea temporis etiã scrutinia quibus explorabatur, an symbolum & orationem dominicam scirẽt, vt sic vetus fermentum purgaretur, ipsiq́; iam fierent nouum fermẽtum. Leo vt erat homo doctus idemq́; sanctus, ita pulchrã rationem proponit in quadam epistola ad ipsos Siculos, qui nouo more cœperãt baptizare in natali dominico, die epiphaniæ, & aliis festis, vnde perspicuum est hoc non recens esse à Leone institutum, sed à temporibus apostolorũ & martyrum veluti hæreditaria successione id eis esse confirmatũ. sic enim ait, Quamuis & illa quæ ad humanitatem & quæ ad gloriam pertinent Christi, in vnam percurrãt, eandémque personam, totumq́; quicquid in illo & virtus diuinæ est & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectũ: propriè tamen in morte crucifixi & in resurrectione mortui, potentia baptismatis nouam creaturam condit ex veteri, vt renascentibus, & mors Christi operetur & vita, dicente beato Paulo apostolo, consepulti sumus cum illo per baptismũ in mortẽ, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & cætera quæ potius magister gentiũ ad commendandum sacramentum baptismatis deputauit, vt appareret ex huius doctrinæ spiritu regenerãdis filiis hominũ & in filiis adoptandis illũ diem esse, illud tempus electũ: in quo per similitudinẽ mysterij ea quærantur in mẽbris, quæ in ipso capite sunt gesta,

Psal. 118. 1. Ti. 2.

1. Cor. 5. Leo papa.

Dies baptismi duo Rom. 6.

gesta, congruere: in baptismo enim peccatum emoritur & trina quidem immersio in aquam, triduanã significat Christi sepulturam: egressus autem baptizati è sacro fonte, designat resurgẽtis Christi exitum è sepulchro. Atq; eam ob caussam dominus non ante passionem & mortem suam cõmisit apostolis vt egressi in orbem vniuersum baptizarent. Quod autẽ & in vigilia pentecostes celebratur baptismus, ratio hæc est, quoniam ea solennitas paschali quoque innititur festiuitati tanquam fundamento, & quod inde connumeratur per. 50. dies, deinde quia apostoli in die pentecostes baptizati sunt spiritu sancto: iuxta quod promiserat illis dominus. Ad hęc vt ij qui paschali festiuitate impediebantur, in baptismo vel per morbum, vel itineris longinquitatem, vel difficultatem nauigationis, vel alias necessarias ob caussas, saltem hac vigilia pentecostes possunt baptizari: hinc consuetudo nata est quod solenniter in Ecclesia baptismi fons bis tantum consecratur diebus supra dictis, quòd per eas duas septimanas processiones habẽtur ad fontem. ¶ Quodq́; per octauas habentur communicantes & collecta de renatis per baptismum in sacrificio missæ.

Mar. vlt.

Actu. 1.

2 Dices non omino male feciſſe Cumerium in Tarraconẽ temporibus Siricij, & episcopos Siliciæ tempore Leonis, dum baptizarunt in die epiphanie quo etiam Christus baptizari voluit, sicut Augustus Maximus, Chrysosto- *Leo.*
mus & vniuersa credit Ecclesia. Respondit ad hoc Leo, & dicit aliam esse gratiã baptismatis Christi in ecclesia & baptismi Ioãnis, quo baptizatus est Christus. ibi enim virtus est regenerationis à peccatis, quæ non erat in baptismo Ioãnis: deinde non opus habebat illo dominus, quia sicut circũcisus ita & baptizatus est sine remedio peccati: baptismi autem sui in se condidit sacramentum, & tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius fluxerũt sanguis redemptionis & aqua baptismatis: ideoq́; non iuxta Christi baptismum, sed eum diem quo virtutem contulit baptismo, hoc est in passione sua & resurrectione, baptizari oportet, atque in signum quod hæc duo in baptismo repræsententur, medium diem puta sabbati in hunc vsum delegit ecclesia. Responsio hæc Leonis roborari potest in hunc modum. Primo quia Christus ipse suam mortem baptismi nomine expressit, qũ dixit, baptismo habeo ba-

Ioan. 19.

Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptizari, & quomodo coarctor vsq; dũ perficiatur? ita enim Ambrosius & Beda intellexerunt, atq; ideo circa baptismũ veteres rectius aspexerunt tempus mortis quam baptismi sui à Ioanne. Præterea quanuis in baptismo suo dominus dedit vim regeneratiuam aquis, nõ tamen tunc aperuit cœlos, donec sanguis operatus est & aqua, quando vtrunq; ex sacro suo latere emanauit. Et tamen etiam apertum est cœlum sub baptismo domini, sicuti commemorant Euangelistæ, idq; ad exitum gratiæ nobis cœlitus collatæ, sed ad ingressum æternæ patriæ & gloriæ apertum nobis est cœlũ in passione & morte Christi, & quantum ad locum gloriosum in die ascensionis. Bonauentura refert hæresim fuisse quæ vsum baptismi ad solam epiphaniæ festiuitatẽ voluit adstringere. Atqui hoc non memini me vspiam legere. etiã si idem dicat Richardus, adducens in hoc † can. Si quis, de consec. dist. 4. qui est Leonis, vt supra deduximus, quomodo ille redarguit episcopos Siciliæ, quod etiã in sancto die Epiphaniæ baptizarent: non meminit autem, quod tantummodo in illo die vterentur baptismi sacramento. Si quis proponat diem Christi natalem, quasi in illo debuisset ecclesia potius baptizare, quo natus est Christus, sicut & nos in baptismo regeneramur, huic respondẽdum est, vti Gregor. (aut Zozimus siue Ambrosius aut quis alius autor Petrus Diaconus Casinen.) dicit in benedictione cerei paschalis, nihil nobis nasci profuit, nisi redimi pro fuisset. Quapropter non per natiuitatem, sed per mortem & resurrectionem suam Christus nos redemit. 3 Omnia hæc sic accipere debet quilibet Christianus, quod Ecclesia vtrunque hoc sabbatum solenni dedicauit baptismo, nõ quod sic hoc absolutè necessariũ, apostoli enim & discipuli Christi statim baptizauerunt fideles, vt Petrus tria & quinque milia hominum, Cornelium quoq;, & Paulus ipse, & Philippus Eunuchum Candacis reginæ, & alij innumeri quos nõ legimus expectasse hæc duo tempora, sed quocunq; peruenerũt apostoli & discipuli Christi, atq; ibi fideles baptismi cupidos inuenerunt, tunc statim eos baptizauerunt. Quum autem auctior factus est numerus credentium, ibi ecclesia forma illa solenni baptismi cœpit vti, ex rationibus supra dictis: atq; sine dubio sic obseruatum est deinde per vniuersum Christianismum. Deinde & hoc sciendum est, quãuis vtrunq;

Bonauen.

Richar.

Cregor.

Act. 2. 4. 10. & 8.

vtrunq; illud sabbatum ex certis & vrgẽtibus causis est ad baptizãdum cõstitutum, necessitas tamen neminẽ cogit tẽpus hoc expectare, sed quilibet in casu necessitatis ilico potuit baptizari, dicente Leone. Qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persequutionis & naufragij vrgentur, omni tempore debent baptizari: atque hæc etiam sententia est Gelasij. Catechumenus tamen animum habes baptismũ suscipiendi, forte præuẽtus subita morte baptizatus nõ est, tantũ pro Christiano est habitus, creditũrque eũ esse baptizatum baptismo flaminis, sicut exemplum iam supra induximus Valentiniani imperatoris, quem sic mortuũ ante baptismum ait B. Ambrosius non amisisse gratiam quam optauerat. 4 Quanuis hæc consuetudo laudabilis extitit, & plane talis quæ sacramenti reuerentiam decebat, eo maxime tempore quando Christiani adhuc inter infideles conuersabantur: nunc tamen perinde decorũ est, quod non differtur amplius, sed quocunque tempore siue paruulus siue adultus baptismi cupidus, baptizari & potest & debet. Atq; ex eo quod B. Gregorius scribit de Iudæis colligi facile potest, suo iam tum tempore morem hunc exoleuisse, & quidem certis de causis, quarũ vna est, propter periculũ mortis imminentis, qñ paruuli simul & adulti sæpe subita morte corripiũtur: idq; à deo nociuum est: paruulis enim negligitur ipsa salus, in adultis autem, etiam si illi salutem consequantur, sicut de Valentiniano scribit Ambrosius, tñ maiorem gratiam erant habituri per virtutem sacramenti, & gloriam auctiorem in æterna fœlicitate, vbi vnicus gradus omnes superat huius mundi diuitias. Alia etiã causa est, vt sic diabolus fortius habeat impedimentum hominem tentandi. sicut enim supra de exorcismo diximus, diabolus magis permittitur tentare hominem non baptizatum quàm baptizatum: deinde quo magis homo baptizatur in primæua quoque infanta, eo minus ille obicem obtrudit spiritui sancto. Quærere solent nonnulli, an etiam apostoli sint baptizati, vbi facilis solutio est & responsio eos vtiq; esse baptizatos nam quũ ipsi alios homines baptizarint ante & post Christi passionem, quis dubitet eos quoq; antea fuisse baptizatos? colligitur idem ex verbis Christi quum dixit Petro, Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: lotionem hanc August. & Chrysostomus exponũt de baptismo: do-

Leo de cõs. dist. 4. Si. qui necess. &. cap. seq.

Ambros.

Cur dies solennes baptismi aboliti.

Apostoli baptizati Ioan. 4. Act. 1. Ioan. 13.

cet hoc idē non paulo manifestius beatus Augustin. in quā- *Epi.108.*
dam epistola ad Seleucianam dicens, Apostoli adeo largum tempus habuerunt quo baptizarentur, vt alios etiam baptizarent: sed non omnia quæ facta sunt, etiā scripta inueniūtur. Veruntamen facta esse ex cæteris documentis probantur: scriptū est, qū baptizatus est Paulus apostolus, & scriptum non est qū baptizati sunt alij apostoli, veruntamen etiā ipsos baptizatos intelligere debemus: & inde Christus respondit Petro, qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, vbi intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat. Idē quoq; sentiēdum est de virgine matre, quæ quanuis non indigebat baptismo, ratione peccati, tamē filij sui legem penitus obseruauit, quando antea etiam non adstricta legem etiam Mosaïcam impleuit. Nos porro profusis diuinam deprecemur clemētiam precibus, vt sua gratia suffulti à baptismi gratia nullatenus excidamus, sed post huius vitæ decursum, æterna capiamus gaudia vitæ.

Ioan.13.

HOMILIA XX. DE COMMENDATIONE & sanctitate baptismi.

¶ Iesu baptizato & orante apertum est cœlū, & descendit spiritus sanct⁹ corporali specie sicut colūba in ipsum Luc.3.

BAptizatum esse à Ioāne in Iordane dominum tres commemorant Euangelistæ, non quod ille baptismo opus habuisset, sed vt vel suo exēplo baptismi sanctimoniam ostenderet, & supereminētem illā virtutem, quam in eo trinitas ipsa operatur, sicut hoc preclarè docet Ambros. quum ait: Nō sanat aqua nisi spiritus sanctus descenderit, & aquā illam cōsecrauerit: quod quum dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret, venit ad Ioannem, & ait illi Ioannes, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me, respōdit illi Christus: Sine modo, sic etiā nos decet implere omnem iustitiā. Vide quia omnis iustitia in baptismate est cōstituta. Quur autem descēdit Christus in aquam? sane ideo vt mundaretur illa caro quā de nostra natura assumpserat. siquidem Christus nullius ablutionis peccatorum opus habebat, qui peccatum nō fecit: sed nobis necessarius relictus est sacramēti vsus, qui multis peccatorum laqueis constringimur. Omnia hæc suum quondā pondus habent, quod ait Ambrosius, omne illud quod factū est circa baptismū Christi vergere

Lib.1.de sacra.ca.5

Matth.3.

Baptism⁹ Christi.

sti vergere in vtilitatē nostrā. & cōsentit Beda, dicēs Christū tactu suæ mundissimæ carnis dedisse vim regeneratiuam aquis. *Beda.*

¶ Magnū vtique hoc fuit humilitatis exēplum, quod Christus venit ad Ioannē, baptismū susceperturus ab eo, vbi quāta sit insequuta gloria, etiā testātur Euāgelistæ, siquidē cœlū apertū est, spiritus sanctus visus est in corporali specie colūbę, pater in sensibili voce audit⁹ est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Chryso. inquit, factū Christi pertinet ad mysteriū eorū qui postmodum fuerāt baptizandi. Postquā peccauit Adā, cōclusum est cœlum, baptizato autē dño apertū est: vnde omnes baptizati discāt, ipsis quoque per baptismū aperiri cœlos, & spiritū sanctum super eos venire cum donis gratiæ suæ, vt ait Beda. Neq; sane (testante id August.) tunc vnctus est Christus spiritu sancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit. Absurdissimum est enim, vt credamus eum quum iam triginta esset annorum accepisse spiritum sanctum, sed venisse illum ad baptisma, sicut sine vllo omnino peccato, ita non sine spiritu sancto: quoniam si Ioannes iam inde ex vtero matris repletus est spiritu sancto, iuxta verbum angeli, quanto magis Christus ipse, qui typice hic figurare voluit ecclesiam suam, in qua baptizati accipiunt spiritum sanctum. Quanuis ideo etiam factum esse credi potest, vt visibiliter quoque discrimen appareat inter baptismum Christi & Ioannis, Ioannes enim vt ipse fatebatur, tantum baptizauit in aqua, Christus autem in spiritu sancto, qui ideo conuenienter est in baptismo Christi in specie columbæ visus. Attentius concipiāt & consyderent hæc omnes Christiani, neq; tantū qui baptizātur, sed & qui baptismo astāt, siue sacerdotes, siue patrini: siue reliqui in comitatu existentes, quantū quamque pręclarum & diuinum sacramentum sit baptismus, in quo ipsa etiā sanctissima trinitas tāta benignitate operatur in anima paruuli vel cuiuscunq; baptizati remissionem peccatorum, emendationem animę, & suæ sanctæ gratiæ infusionem, vt iam non solum ad honorem spiritus sancti & cōdignā reuerentiam debeāt apud baptismū accendi luminaria, sed præ admiratione cōcidere in genua ad aduentum spiritus sancti, ipsumq; sic reuerēter suscipere. Nam & tunc & interius & spūaliter implentur hæ in quolibet baptizato, quæ exterius acciderunt

Beda.

Lib.15. de trin.ca.26

Luc.1.

Chryso.

Ioann.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in baptismate Christi, iuxta id quo exorsi sumus hunc sermonem, Iesu baptizato & orante apertum est cœlum, &c. de qua re vt liceat plura disserere, ipseq; adeo Deus vt aperiat nobis ostium sermonis ad pronũcianda mysteria Christi, humiliter petamus omnes, dicentes, Pater noster, &c.

EVANGELIVM MATTH. III.

¶ Tunc venit Iesus à Galilæa.

IMmensam sacri chrismatis dignitatem, laudem, sanctitatem, quantum per gratiam Dei licuerit, vobis in Christo dilectissimi explicabimus. Potest autem baptismi preciosa dignitas colligi à sua significatione in mysterio, & conformitate ad caput nostrum Christum, idque in tribus, in morte, sepultura & resurrectione Christi: simili quoque modo tria operatur in nobis, mortem peccati, sepulturam veteris Adæ, & noui hominis resurrectionem in Christo Iesu, tantisper dum tandem vltimam consequamur resurrectionem in vitam æternam. Baptismus inquam mortem designat Christi, & in nobis morte peccati. id ex euangelio fiet manifestum, quũ enim baptizatus esset dominus, ductus est à spiritu sancto in desertum, ibiq; post longa ieiunia ter à diabolo tentatus victor abijt semper. Ad hoc Christi exemplum nos etiam viuere debemus, continenter orare, peccato, carni, diabolo & mundo esse demortui: iuxta Pauli doctrinam, Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis: sic nimirum baptizati nouum quoque in Christo baptizati estis, Christũ induistis: sic nimirũ baptizati nouum quoq; induant hominem, abstineãt à carnalibus desyderijs quæ militant aduersus animã. Quod autẽ sub mysterio baptismus noster mortem Christi representet manifestè Paulus testatur, dicens: An nescitis fratres, quod omnes qui in Christo Iesu baptizati sumus in morte ipsius baptizati sumus. siquidẽ Christo etiam passio sua baptismus extirit, baptismus quidem sanguinis præ omnibus alijs martyribus. ¶ Sciat hoc quilibet Christianus, Christũ bis esse baptizatum, semel in Iordane flumine à Ioãne, & is baptismus nõ fuit ad nostrorum peccatorum remissionem, alias non opus fuisset eum pati, si baptismus aquæ, quẽ subijt, peccata nostra substulisset, baptismus alter fuit in sanguine suo, in morte, cuius ipse meminit apud Lucam, & is fuit

Baptismus significat.

Mat. 4.

Cala. 3.
Ephe. 4.
1. *Petr.* 2.

Rom. 6.

Luc. 12.

Christus bis baptisa.

Luc. 12.

fuit in remissionem peccatorũ, hunc baptismum à nullo homine susceptum, quoniã ipse solus potestatem habuit ponendi animã suam, & rursus accipiendi, quapropter ipse effectus est fons remissionis peccatorum per passionem suam. *Luc.* 12. *Ioan.* 10. *patriar. baptiza.*

2 Adhuc ex alio ostendendũ est nos non esse baptizatos cum Christo in Iordane, sed in cruce, & nõ nos tantũ Christianos, sed etiã patres in limbo esse in Christi cruce baptizatos: ita enim Christus ait ad Nicodemum, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnũ cœlorum, quod si igitur Dauid, Abraham, & reliqui patres ingressi sunt in regnum cœlorum, oportet quòd ante fuerint baptizati, baptismum autem eorum ostendere non possumus nisi in cruce, vbi quum ex latere Christi fluxerũt sanguis & aqua, omnem Adæ culpam resoluit, totámque Ecclesiã, quæ iam tũc cœperat, ab origine mundi regenerauit: proinde sacramentum hoc in ostio Ecclesiæ cõstitutum est, vt omnis qui ingredi volet in Ecclesiam, prius baptizetur, non secus atque ipsa Ecclesia baptizata est in sanguine Christi. Sequitur inde, quod typicis baptismatibus vsi sunt veteres nõ ad perfectionem, vt in nube & mari, quãdo etiam biberunt aquam ex petra manantẽ, &c. tunc enim illi fuerunt catechumeni, tandémque per baptismũ Christi & ignem spiritus sancti sunt baptizati. Deprehẽdi hoc potest ex verbis Ioãnis quũ dicit, vidi tanquã mare vitreũ mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiã & imaginem eius, cantantes canticũ Mosi serui dei & canticũ agni: hoc mare baptismus intelligitur, & illud quidem vitreum vocat, propter figuras veteris testamenti, quæ nunc per euangelicã veritatem illustratæ incipiunt transparere, hoc est innotescere & intelligi. Mixtũ quoque igne ait, quia elementum aquæ in se nihil esset sine inuisibili virtute spiritus sancti. Quod autẽ sit mare hoc vitreũ, iam antea ostenderat dicens, ante thronum esse mare vitreũ instar chrystalli. Ecce quoniam mare illud est ante thronũ, quisquis enim thronum acquirere volet in cœlesti patria, oportet ante transeat hoc mare baptismi, q nõ sic vtrique vitreũ est, quasi fragile nimis, sed instar chrystalli quæ dura est & fortis: ita qui in illo mari hîc baptizãtur, fragiles sunt in hoc mortali corpore, in gloria autẽ resurrectionis confirmabuntur, & erunt fortissimi. Constat igitur Christũ sese baptizasse ipsum in passione sua & mor

Ioan. 3.

Ioan. 19.

Sumus baptizati à Christo in cruce non in Iordane.

1. *Cor.* 10.

Apoc. 19.

Apoc. 2.

te, atque vt ille suus baptismus etiam nobis cederet in bonum, diffudit eum in cruce per aquã & sanguinem, in qua virtute & efficacia etiam patres baptizati sunt in limbo. Et de hoc ipso Christi baptismo, videmus Christũ esse loquutum quando dixit ad filios Zebedæi, potestis bibere calicẽ, quem ego bibo: & baptismo, quo ego baptizor baptizari? certum enim est eum loqui de passione sua & morte. Dices autem, si patres baptizati sunt in cruce Christi, quid est quod nos Christiani iam habemus amplius quam Iudæi habuerunt in synagoga? Profecto homines noui testamenti habere iam velut auctarium, inde manifestũ est, quod Christus post passionem suam, mortem quoque & resurrectionem, apostolis dedit spiritum sanctum in die sancto paschę, & deindè auctius adhuc in die pentecostes. Itaque licet patres antiqui & nos Christiani æqualiter baptizati sumus in remissionem peccatorum in cruce, ita vt æqualiter plane in ipsis & nobis operata sit mors Christi ad delenda peccata, Christiani tamen plus gratiarum & donorum habent & acquirunt in sensibili susceptione baptismi, aliorúmque sacramentorum quibus patres veteris testamenti caruerunt, sicut ad longum probauimus in homilia, Tom. 2.

Mar. 10.

Ioan. 20.
Actu. 2.

5 Omnes itaque vos admonitos volo ne parui faciatis sanctum hoc baptismi sacramentum, ne intueamini aquã illam externam, sed diuinam virtutem in ea mirabiliter operantem. Hinc factum est quod Ecclesia tot támque præclaras cæremonias instituit circa baptismum, quibus homini in memoriam reducatur interna illa diuinæ virtutis operatio: tres enim sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis, in iis tribus vt minimum est aqua, ita spiritus supremum obtinet locum, quæ verba Ioannis explicans Beda inquit, spiritus testimonium dat, quando descendit super Christum in baptismo. Aqua & sanguis testimonium dederunt, quando ex latere Christi profluxerunt. Magnum vtique & insignè illud erat testimoniũ, siquidem illud fuit contra naturam corporis mortui siue cadaueris, quo magis conueniebat hoc mysterio fidei. Ambro. ait, spiritus innouat mentem, aqua vtilis ad lauandum, sanguis precium est culpæ, spiritus facit nos filios dei per adoptionem, aqua sacrati fontis lauat nos, sanguis Christi redemit nos: inde iam certum esse potest cuilibet Christiano, quomodo à minimo

Spiritꝰ aqua & sanguis.
1. Ioan. 3.

Beda.
Matt. 13.
Ioan. 10.

Ambrosi.

ascendere debeat ad id quod summum est cõtemplandum, neque temerè dixit Zach. de Ioanne filio suo, tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias eius. In quo ergo baptizauit Ioannes? in aqua quod minimũ & infimum est, vndè & inferiorem se ipsum esse ratus est, quam vt corrigiam soluere calceamentorum eius, Christus verò in eo, quod summum & optimũ est baptizauit, iuxta illud Ioannis, ipse baptizabit in spiritu sancto, verè enim ille baptizauit in remissionem peccatorum, solúsque adeò Christus baptizat in spiritu. ¶ Ad maius robur omnium istorũ facit declaratio Augustini. is enim admonet nõ aspiciendam esse personã sacerdotis vel cuiuscũque ministri iam in Ecclesia baptismum administrãtis: perpetuò enim verum est illud quod Ioannes dixit, qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quẽ videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Itaque etiam hodie quum baptizatur paruulus, noli cõsyderare sacerdotem, qui minister est tantum: tantum Ioannes est, baptizans nimirum in aqua, suprema & vnicè verus baptista Christus ipse est, qui & baptizat spiritu sancto. Quis ergo iam est qui non præ deuotione tremula & feruenti animi sui ardore veneretur immensam huius sacramenti altitudinem & dignitatem? in quo Christus ipse paruulum baptizat, spiritus sanctus animam purificat, & gratia sua exornat, sicque ille filius efficitur patris cœlestis, cui & aperitur ostium vitæ æternæ. Memineris quisquis es ô homo tantorũ donorũ sanctæ & præcelsæ trinitatis, Deoque gratias age per omnẽ vitam pro tanta gratia tibi collata, per quem velut insitus es Ecclesiæ sanctæ, membrúmque effectus Iesu Christi domini nostri.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Super Io. tract. 5.

Ioan. 1.

Roma. 12.

4 Sed satis nimirũ hactenus est declaratum, quod proposuimus à principio, baptismũ signare mortẽ Christi & mortem peccatorũ in nobis. proximũ est ostendere, quo modo nos in Christo cõsepeliamus veterem hominẽ cum concupiscẽtiis suis: & postremò de resurrectione Christi, qui iam semel resurrexit à morte, & amplius non moritur, mors illi vltra non dominabitur. nam quod mortuus est, semel mortuus est peccato: quod autem viuit, viuit deo. Atque hoc validè cõcludi & euinci possunt catabaptistę. quod sicut Christus semel mortuus est, ita & nos semel peccatis in baptismo

Roma. 6.

Consepeliri Christo in baptismo.

morimur, vltra quē si porro in peccata incidimus, aliud habemus, paratum nobis remedium pœnitentiæ. quia baptismus prima clauis est regni cœlorum, amissa deinceps gratia & innocentia baptismi, alteram tabulam habemus reliquā post naufragiū, scilicet pœnitētię. Et si enim peccator amittit innocentiā baptismalem, attamē adhuc prærogatiuā habet ex baptismo, quā non amittit tandē, quia baptizatus simul induitur veste vel insigni habitu Christi veluti symbolo, vnde dignoscatur, acquirit enim characterem animę suę à spiritu sancto impressum, de quo satis multa iam supra diximus. Est etiam quod gaudeat quilibet Christianus super hoc insigni domini sui, sicuti præclarē in missa adducit hoc Ecclesia circa memoriam defunctorum in canone quū ait, Memento domine famulorū famularúmque tuarū, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.

Baptismi laus.

Epilogus

¶ Ex iis omnibus ipsi iam vobiscum recogitate excellentem huius sacramenti sanctimoniam. in baptismo etenim homo ex potestate diaboli ereptus, diuinæ committitur telæ. In baptismo purgatur homo à sordibus peccati originalis, & ex filio Adæ peccatoris, Dei filius efficitur. In baptismo quilibet gratiam suscepit spiritus sancti, & diuinas virtutes, quas theologicas dicimus: præcipuè fidem, spem & charitatem cum cæteris donis. In baptismo paruulus in se recipit signum Christianę vnitatis & cōgregationis quòd deleri non potest. Per baptismum paruulus ingreditur Ecclesiam fidelium, quum baptismus sit ianua Ecclesiæ: per baptismum idoneus efficitur homo etiam ad alia sacramenta suscipienda, quia baptismus non Ecclesiæ tantum, sed etiam omnium sacramentorum aliorum ianua est. per baptismum paruulo aperitur cœlum, sicut supra Christum baptizatum aperti sunt cœli. per baptismum homo velut incorporatur Ecclesiæ, totique corpori mystico Iesu Christi. Omnibus itaque viribus enitantur parentes, vt maturent baptismum filiorum, vt si nequeant solēniter in Ecclesia baptizari, saltem festinanter, & vt in casu necessitatis fieri solet, baptizentur. nam si propter eorum incuriam paruuli baptismo priuantur, in nouissimo iudicio vindictam super eos & vltionem inclamabunt. ¶ Omnes nos iam diuinā misericordiam suppliciter deprecemur, quatenus optimus maximus deus clementer dignetur suam nobis cōferre gratiā & auxilium,

lium, vt firmiter permanere possimus in corpore suo mystico, & cōstanter seruare quæ spopondimus in baptismo, tandémque exactis vitæ huius miseriis æternæ fœlicitatis & salutis gaudiis potiamur in cœlis, Amen.

¶ Finiunt hic Homiliæ de baptismo, & sequuntur aliæ de sacramento Confirmationis.

HOMILIA VIGESIMAPRIMA,

DE CHRISMATE ET EIVS *benedictione.*

¶ Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Exod. 30.

DE SANCTO confirmationis sacramento dicturo, consultum videtur & operæpreciū fore antea de eius materia scilicet chrismate non nihil præmittere, & probationem ipsius ex sacris literis & doctoribus desumptam proponere ac deinde de ipso sacramento disserere.

Chrism.

1 Principio itaque constat chrisma confici ex oleo oliuarum & balsamo. Atque multum conueniens est hæc materia, siquidem oleum, fidem significat interiorē, quoniam oleum facit omnia splendescere, sicut & fides. Alij sic exponunt, quum oleum sit pingue, suaque pinguedine pascat & nutriat ignem. ideoque dicunt bene competere, vt pinguedinem gratiæ, ardorem charitatis, & splendorem interioris fidei significet: neque huic sentētiæ aduersatur, quod alij dicunt oleum significare spiritū sanctum, à quo quisque pascitur, facile dicere potest illud cū Dauide. Impinguasti in oleo caput meum: balsamum autem ex odoriferis petitur arboribus in AEgypto & Iudæa, teste Hiero. ex quo si modicum alicui imponatur in manū, totam eam penetrat, ita vt ex altero latere emanet rursus, maxime si id fiat ad radium solis: lac quoque facit coagulari, nec aliquid maculæ à se relinquit in vestitu, vide Plin. Quum itaque balsamum omnia superet aromata in odore, etiam in chrismate adhibetur, ad signandam dulcedinem spiritus sancti, qua illæ

Psalm. 22

Hieron. Balsam.

Libr. 12. cap. 26.

omnes quotquot iudicium habent discernendi inter virtutes ad se attrahit bono odore, facitq; vt ipsum cõcupiscant: & eum quicunque susciptunt, possunt cum Paulo dicere,
2.Cor.2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Omnes enim qui cõfirmantur in Ecclesia intrepidè debent eam cõfiteri, sicq; odorem habere boni nominis. Atque hæc quidem illius sacramenti materia est, quæ etiam temporibus apostolorum ad nos vsq; peruenit, sicuti mox ex Dionisio, cõfirmabimꝰ, habétque nomen per hyperochẽ, hoc est excellentiã, chrisma enim ex Græco nobis vnctionẽ sonat, & sic illud ex balsamo cõfectũ vnguentũ omnia alia superat aromatica, quẽ-
Ezec.27 admodum diximus. ab hoc etiã chrismate Christũ dicimus vnctũ, teste Augustino, atque sic Hebraicè משח mesach vnctionem, & משיח Messiam siue Christũ sonat, balsamum autem Hebraicè dicitur panag, authore Hieronymo.

2 Neque tamen mirum esse alicui debet materiam hanc ex oleo & balsamo componi: siquidem & olim in veteri testamento sanctum illud oleum vnctionis, diuina etiam iussione est ex diuersis aromatibus cõpositum: ita enim legimꝰ
Exo.30. in Exodo quando dixit dominus ad Moysen, sume tibi aromata primę myrrhę & electæ quingẽtos siclos, & cynamomi mediũ, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducẽtos quinquaginta siclos, casiæ autẽ quingentos siclos in põdere sanctuarij, oleum de oliuetis mensurã hin
Sanctum oleum vnctionis. faciésque vnctionis oleũ sanctũ, vnguentũ compositũ opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculũ testimonij & arcam testaméti, mensamq; cum vasis suis, candelabrũ & vtensilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorũ pertinet, sanctificabísq; omnia & erunt sancta sanctorum, qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabísque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Israël dices, Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Quod si synagoga prædiues adeo fuit, vt propriã eámq; sanctificatam habuerit vnctionẽ, quur nõ & Ecclesia, quæ multis modis superat synagogã in sanctimonia, atque vniuersa dignitate & ipsis etiã sacramẽtis, vnctionẽ habeat sanctam, eamque cõmistam oleo & balsamo, non sine instinctu spiritus sancti: vt sic per oleum infusio gratię, per balsamũ autem bonus odor sanctę & honestæ conuersationis dignaretur?

Vncti pontifices, reges prophetæ.

tur? Quæri hic solet, quum legamus triplices olim personas esse vnctas, pontifices & sacerdotes: qua de re sic dominus deus dixit ad Moysen, de consecratione Aarõ, fundes oleũ vnctionis super caput eius, & super iis plura dicturi sumus infra circa sacramentum ordinis: deinde vngebantur & reges. sic enim Samuel vnxit Saulem in regem, & deinde arrepto cornu vnxit etiã Dauidẽ oleo, Quid quod solus Dauid ter vnctus est, primum quũ pater eius & fratres adessent, vt iam dictũ est, deinde Hebron super domũ Iuda à viris quo que Iuda, postremo in bona & magna requie vnctus est super totum populũ Iudæorum à senioribus Israël. Quid autem hæc omnia sibi velint statim aperiemus. Sed & tertium genus hominũ quod olim vngebatur, fuit prophetarum, ita enim præcepit dominus Heliæ, vt vngeret Azahel regẽ Syrię, & Iehu super Israël, & Helisęum filiũ Saphat ab Abelmeula in prophetã. Iam igitur in controuersia vertitur an omnes illi sacerdotes, reges & prophetæ eodem sint vncti oleo sancto, aut fuerit ne diuersum genus vnguenti? nam de sacerdotibus certum est eos vnctos esse sancta illa vnctione:
Exo.29. 2.Re.2. &.5. 3.Re.19. Leuic. 8.
sicut ante probauimus ex textu Exodi, & patet hoc idẽ manifestius etiam ex Leuitico, vbi legimus, Moysen assumpto oleo vnctionis, vnxisse altare cũ omnibus ad illud pertinentibus, atque fudisse etiam istud super caput Aaronis, sicque eum vnxisse & consecrasse: de regibus autem & Prophetis videtur nonnihil habere ambiguitatis. 3 Adeò sanctũ poro fuit oleum istud, vt eius vsus non esset nisi in cultu diuino, nullus enim Iudæus audebat simile sibi conferre ad vsus
Exo.30. prophanos, vel proprios, neque pro alienis, quoniam sic dixit dominus: Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta cõpositionem eius non facietis aliud, quia sacrificatũ est & sanctum erit vobis: homo quicunque tale cõposuerit & dede-
Neochr. rit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Hinc manifestum fit quantũ errent Neochristiani, qui impudẽter præsumunt hoc oleũ sacrum, sanctumq; chrisma conténere, & turpi ore impetere. Aut quomodo deceat sanctiorem fuisse olim synagogam quã nunc sit Ecclesia, profecto vasa ecclesiæ, altaria, calices baptismi, fons, & alia non minus oportet consecrare nunc, quam olim receptũ id fuit obseruari in synagoga Iudæorũ. Sed quia præcepit dominus, ne caro hominis vngatur ex oleo illo sacro, dubium videtur, an etiã reges

& prophetæ sint ex eo vncti? (nam Petrus de palude apertè errat, negando sacerdotes & pōtifices fuisse vnctos oleo
Leuiti.30. sacro: quum expresè refragetur textus Leuitici supra inductus.) Inuenio hîc duas sententias quæ ambæ non resistunt bonitati fidei nostræ, itaque vtranque recensere visum est. Altera est quod pontifices, sacerdotes, reges & prophetæ omnes vncti sint sancto illo chrismate veteris testamēti, ma
3.Reg.1. xime vsque ad destructionem templi Hierosolymitani. Ita Nicolaus de Lyra sentit super exodum, & in libro Regū, vnicam eam fuisse vnctionem, quoniam Sadoch sacerdos assumpserit cornu olei ex tabernaculo, atque inde vnxerit Salomonem in regem, addit fuisse illud vnguentum sanctum
Rabi Sal. Vnctio regum. Moysi: & Rabi Salomō affirmat, huiusmodi vnctionem factam esse in intestitio superciliorum in fronte. Quāuis nūc Romanus imperator inungi solet Romæ iuxta S. Maurici altare in brachio dextro & similiter humero. Altera sententia est, vnguentum peculiare fuisse, quo peruncti sint quondam reges: nam quum iam reges & imperatores in ecclesia non vnguantur chrismate sacro, sed oleo tantum oliuarum exorcizato, credendum non est reges istos synagogę vnctos esse vnguento illo sancto & pontificali. Atque in hac sentē
Super Abacuc.c.3. tia est sanctus Hieronymus: discernit enim inter vnguentū sacerdotale & regale: ac deinde tertiam adhuc costituit vnctionem illam spiritualem, quę fit in anima hominis per virtutem spiritus sancti. de vnctione prophetarū nō est quod iam plura dicamus. 4 Quando igitur iam manifestè satis constat synagogam habuisse vnctionem ad pontifices, sacerdotes & vasa deputatam, quanto magis spiritus sanctus ordinauit in ecclesia, quę longè vberior est & ditior quàm synagoga, vt ibi quoque seruaretur vnctio sacri chrismatis, à Christo ipso vel certè à spiritu sancto instituta per apostolos, quos ille omnem docuit veritatē fidei Christianæ. Præ
Ioan.16. clarè enim de hoc sacramento loquitur beatus Diony. sancti Pauli discipulus, dicens, Alia est venerāda cōfectio vn-
Diony. de eccle.hier. cap.4. guenti, consecrationem eam vocant præceptores nostri. Et infra: vnde opinor iuxta sacratiorem sensum traditione diuina, sancti nostræ sacerdotalis defunctionis duces, honestissimum istud vnguenti consecrandi munus, teletem ab effectu rei, quæ in eo perficitur, nominant. Qua tandem impu-
In Luthe. dentia præsumunt iam nostrates Neochristiani, quantū in ipsis

ipsis est, pauperiorē velle facere Ecclesiam quā fuerit olim synagoga? Aliter nos docet communis omnium nostrū mater Ecclesia, & ipsa quoque diuinitus erudita à spiritu sancto, & deinde per apostolos. Et luce meridiana clarius colligere hoc possumus ex verbis sancti martyris & papæ Fabia *Fabian.* ni: ad episcopos orientis scribens, inter cætera sic inquit: Literis vestris inter cætera, incertum inuenimus quosdam regionis vestræ episcopos nō per singulos annos in cœna domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionē sancti chrismatis semel actā conseruare. Errant enim qui talia excogitant, siquidē in illa die dominus Iesus postquā cœnauit cū discipulis suis, & lauit eorū pedes (sicut à sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt (chrisma conficere docuit: ipsa enim lauatio pedū nostrorū significat baptismū, quando sancti chrismatis vnctione perficitur atque confirmatur. Nā sicut ipsius fidei solennitas per singulos annos est celebrāda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda: quia nouum sacramentū est per singulos annos, & iam dicto die innouādum, & vetus in sanctis ecclesijs cremandū. Ista à sanctis Apostolis & eorum successoribus accepistis, vobisq; tenenda mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia & Antiochena à tēpore Apostolorū custodit, hæc Hierosolymorū & Ephesianorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes hæc docuerunt. Transcripsit ista Gratianus cap. literis, de cōse. dist. 5.

¶ Quis adhuc desyderat amplius, quin sicut deus instituit per Moysen vnctionē sanctam in veteri testamēto, ita & in nouo idē ille per Apostolos cōfirmauit vnctionē chrismatis: quo cōfertur sacratū confirmationis sacramētū, &c. Atq; hæc iam dicta sufficiant. Oremus dominum deum nostrū.

HOMILIA XXII. DE *consecratione chrismatis.*

¶ Oleum vnctionis fundes super caput eius. Exo. 29.

IAm olim præcepit dominus Moysi, quod supra etiam diximus, vt conficeret vnctionē sacram, atque ex ea funderet super caput Aaronis, qui sic consecraretur in sacerdotem, & paruit quidem præcepto domini. Moyses neque tantum in Aarone impleuit illud, sed & cum tabernaculo, cum altari, cum ipsis denique filiis Aaron. Iam verò

Universidad de Deusto Biblioteca

quanto vberius dotata à Christo ecclesia est in gratiis multis, donis quoque & sacramentis excellentioribus, quam synagoga, vnde euidenter satis conclusisse videmur, vnctionē chrismatis à spiritu sancto ritè & competenter per apostolos esse institutam, sicq́ue semper remansisse in vsu ecclesiastico. Nunc inde vbi substitimus, sermo vlterius est protrahendus. Atq; ibi principio propono chrisma illud esse debere consecratum, cui rei probandæ accommodari possent rationes iam supra de baptismo ostensæ: sed quia hîc cōsecratio magis necessaria est, operæpretium videbitur illas quoque in medium afferre: si enim chrisma consecratum non esset, confirmatio etiam nulla foret, sicut Innocentius tertius refert de eo qui tantum fuerat vnctus, vt chrismate suppleretur, quod antea fuerat neglectum. ¶ Ratio quur cōsecrari oporteat chrisma, hęc est: quamuis enim non perinde necessarium est, sed tantum ad cæremonias pertinet & solennitatem sacramenti, quod consecratur aqua baptismi, similiter & panis, benedicitur antequam fiat corpus Christi, id ideo fit, quoniam omnis sanctificatio tanquam è fonte profluit à Christo. Christus autem ipse vsus est aliquot sacramentis quæ materiam certam habent, & ex illo vsu recepit materia dispositionem & aptitudinem ad perfectionem sacramenti: vnde præclarè ait Chrysost. nūquam ante baptismū purgare peccata credentiū possent, nisi contactu dominici corporis sanctificatæ fuissent: sic & in sacramento corporis sui panem antea benedixit, chrisma autem non ita consecrauit benedictione sua, quia eo vsus non est. Quæres autem, quur non etiam chrismate sit vsus dominus? ideo sanè externa visibili vnctione vti noluit Christus, ne per hoc minueretur interea vnctio inuisibilis gratiæ & spiritus sancti: quoniam vnctus est ille oleo lætitiæ præconsortibus & cūctis participibus suis, idcirco nimirū chrisma, sicut & oleū infirmorum ante benedicitur quam veniat in vsum sacramenti. Audi igitur quid August. dicat de Christo. Manifestius de eo scriptum est in actibus Apostolorum, quoniam vnxit eum Deus, spiritu sancto, non vtique oleo visibili, sed dono gratiæ, quod visibili significatur vnguento, quo baptizatos vngit Ecclesia. Mystica autem & inuisibili tantū vnctione intelligendus est vnctus, quoniam verbum Dei caro factū est, id est quādo natura humana sine vllis præcedētibus

Chrisma sit consec.

C. de sacr. non reite.

Chryso.

Matt. 25.

Christus non vsus chrism.

Psal. 44.

Lib. 15. de trini. dei. cap. 26.

tibus bonorum operum meritis, Dei verbo est in vtero virginis copulata. Hæc etiam caussa est quur Apostoli non leguntur in Actibus suis chrismatis vsum habuisse in confimando. 2 Ad hæc penes solum Episcopum est consecrandi chrismatis authoritas, ita post antiquos patres decreuit etiam secundum concilium Carthaginense. Chrismatis confectio & puellarum consecratio à presbyteris non fiat: tamen hoc temperatur deinde in con. 3. cano. 36. vt presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat. Consecratio autem isthęc fieri debet in die cœnæ domini, idq́; in sacrificio missæ, adeo vt extra illud non pręsumat Episcopus chrisma conficere, ita enim habēt verba Honorij Papæ ad Episcopū Sipontinum. Mādamus, quatenus die cœnæ domini in Ecclesia Sipontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, missarum studeas solennia celebrare: atq; hoc ibidem habet glossa: neque tamen putes illud ab Honorio demum esse institutum, sed ab Apostolorum temporibus iam inde profectum: quia sic quoq; Dionys. scribit. Vbi præcessit pontificis circum omnem phani ambitum redolens thure profectio, psalmorùm que modulatio, & lectio diuinarū scripturarum: sumptum deinde vnguentū pōtifex sacris imponit altaribus, duodecim sacris alis tectū, resonantibus omnibus voce sanctissima melos sacrum, quod diuinitus afflati Prophetæ cecinerunt, (istud est canticum angelicum apud Esaïam, sanctus, sanctus sanctus dominus Deus sabaoth,) completaq́; super eo oratione solenni in sanctissimis (eorum quæ sacrātur) consummationibus eo vtitur ad omnē ferme sacerdotalis officij functionē. Ecce quomodo Dionysius vult post illud angelicum canticū, confecto iam in missa corporis Christi sacramento, tunc quoq; oratione solenne consecrandum esse chrisma. Remāsit ea cōsuetudo in Ecclesia vsq; in hunc diē ab apostolis, nā & adhuc episcopus in canone, ante hęc verba, per quē hæc omnia domine semper bona creas: cōsecrat oleum infirmorū, deinde procedit in missa, vsq; post communionem sacramenti corporis & sanguinis Christi, tunc tandē incipit consecrare chrisma, & primū quidē balsamū, deinde hoc oleo mixtum sicq́; cōsecrato chrismate, demum benedicit oleum neophytorum. omnia autem hæc sanctis & deuotis orationibus ab Ecclesia ad hoc deputatis: vbi &

Cap. 3. 16. q. 6. si iubet. Episco. cōficit chris.

C. te referente de celebra. mis.

C. 4. de eccles. hierar.

Esaiæ. 6.

In mis. cōficitur oleū tripl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chorus cãticis vtitur sonoris & plausibilibus, quibus hic recẽsendis ob breuitatem supersedeo: post chrismatis consecrationem episcopus ter coram inclinatus sublimi voce decantat, Aue sanctum chrisma. idem faciũt post eum presbyteri duodecim, qui episcopo in hac consecratione conficiendã assistũt: neque id etiam sine caussa. nã hîc numerus duodenarius plurimum in sacris literis commendatur. vide homilias de Apostolis, Tom. 3. Post hæc cantari solet cãticum illud solẽne, vt mouetur sexus omnis, vnctione chrismatis, vt sanetur sauciata dignitatis gloria, ô redemptor lota mente sacro fonte aufugantur crimina, vncta fronte sacro sancta influunt charismata, ô redemptor, &c.

3 Quur autem tria hæc puta vtrunque oleum & chrisma sub eodem vnius missæ officio consecrentur, præcipua causa ipsa est voluntas spiritus sancti, qui regit Ecclesiam, & ei omnem inspirat veritatem. Rationes tamen congruentiæ assignant doctores & dicunt, sicut partim diximus supra, homilia decimasexta & decimaseptima. Quod Christiani in triplicibus membris corporis perungi solent in capite, fronte, & toto deniq; corpore, atq; hoc in tribus fit sacramẽtis, in baptismo, confirmatione, & sacra vnctione, quæ etiã administrantur triplici hoc oleo, quod in die cœnę domini cõsecratur. Et eius rei figura exhibita olim est in veteri testamento, quoniã Dauid quoq; ter vnctus legitur, primũ à Samuele, quũ viueret Saul, reiectus tamẽ iam tũ à Deo, in qua vnctione neminẽ habebat Dauid sibi resistentem, quia Saul ignorabat, sed neq; quicquam regiminis habebat, sed omne imperiũ erat in manibus Saul: & ea vnctio significat illã nostram quæ fit in baptismo. Altera vnctio Dauidis super Iuda facta est, in qua grauiter ei aduersatus est Isboseth filius Saul, & tamẽ tũc habebat imperiũ in Iuda, & erat potẽs: vbi designata est vnctio nostra in confirmatione, in qua robur accipit homo ad resistendũ omnibus, tum aduersitatibus tũ persequutoribus, sicut infra clarius aperietur. Tertia Dauidis vnctio facta est in Hierusalem super totũ populũ Israël: in qua figurata est vnctio sacra Christianorum, quæ in toto corpore exhibetur imminente articulo mortis, quando & Dauid tunc in quiete & tranquillitate iam grãdęuus regnabat. Neque hîc me fugit quod nonnulli istas tres vnctiones referunt ad tres olei qualitates. siquidem oliua symbolum est

Trina vnctio. Dauid.
1. Reg. 16.
2. Reg. 2.
2. Reg. 5.

est pacis, vnde columba ramum ex ea attulit in arcam Noë. Oleum ex oliua collectum refouet ignem, mẽbra etiam fatigata oleo vncta confirmantur. Prima olei conditio seruit cõfirmationi & chrismati, secunda baptismo, in quo quisq; lumen fidei percipit, tertia extremæ vnctioni in mẽbris infirmis: de omnibus illis plura dicẽtur circa sacramẽtum vnctionis. 4 Est ergo sacraméti huius materia chrisma consecratum, oleo & balsamo commixtum, ad signandam conscientiæ puritatem & bonũ odorem sancti nominis in confessione fidei & crucis Christi coram mundo, sicuti Paulus dicit, nos esse bonum odorem Christi. Dices Christum hac materia non esse vsum quãdo, apostolis cõtulit spiritũ sanctum in die pentecostes, sed nec apostolos vsos esse, neque aliud adhibuisse nisi manuũ impositionem super capita baptizatorum. Ad primum respõdetur, quod quãuis non legimus Christũ hac materia chrismatis esse vsum, tamẽ non sequitur, factum id non esse, quum multa fecerit Christus quæ non sunt in Euangelio descripta: deinde etsi Christus ipse hac materia vsus non esset, posset caussa subesse talis, quod in eo fuit plenitudo & potestatis & spiritus, ita vt facilẽ potuerit cõferre spiritũ sanctum sine externa & sensibili materia. Ad hæc certum quidẽ est apostolos in die pentecostes accepisse à domino spiritum sanctũ: an aũt ibi susceperint cõfirmationis sacramentũ, deinceps ostendemus. Insuper vt maximẽ dominus confirmauit apostolos in die pẽtecostes, vrgẽs apparebit adhuc caussa, quur non esset vsus chrismate: sicut enim sacramentũ baptismi cœpit in baptismo Christi, ita sacramentum confirmationis in aduẽtu spiritus sancti super apostolos in die pẽtecostes. Quũq; rerum principia oporteat esse manifesta, ideo vtrobique apparuit spiritus sanctus in admirando quodã & vsibili signo, Idicir co necessariũ non erat ibi esse materiam in qua spiritus sanctus secretus operatur salutem seu sanitãtem, inquit Augustin. Multo aũt diuersum est, vbi sacramentum hoc cõmuni rege & vsu conferendũ est. Quid quod neq; istud cõstãter euinci potest, apostolos nõ esse vsos hac materia: multa enim autore Damasc. sine scripto nobis tradita sunt ab Apostolis. Ad hæc scriptura biblica actorum apostolorũ non est amplius seu longius continuata, nisi per triginta annos post Christi passionẽ, & ex apostolis quidã superstites fue-

Materia confirmationis.
2. Cor.
Act. 2.
Act. 8.
Ioan. 21.
Ioan. 16.
Actu. 2.
Apostoli vsi chris.
Augu.
Lib. 4. cap. 23.

runt post excidiũ Hierosoymitanũ, maxime vero, Ioannes: quapropter etiam si cõfirmassent homines sine chrismate, non tamẽ inde sequeretur id semper esse factũ, quũ fateantur Dionysius & Fabianus, se hanc cõfirmationis materiam ab Apostolis velut per manus susceptam esse. Cõstans igitur doctorum sententia est, apostolos vsos nõ esse chrismate in cõfirmãdo, q̃cunq; spiritus sanctus in visibili signo apparuit, quod tunc suppleuit locũ chrismatis, sicut supra de Christo dictũ est: quur non, & ipse chrismatis materia sit inunctus, quum tũ inde Christi siue messiæ nomẽ habeat, nosq; adeo etiã nũc in baptismo vngamur chrismate, vt inde à Christo Christiani vere dicamur. ¶ Ex his omnibus quę commemorauimus facile est videre, quur simplicem & immixtã instituerit dñs materiã in sacramento baptismi. Sed aquã in cõfirmatione autem oleum balsamo cõmiscetur: baptismus vero confertur quò simpliciter vita spiritus acquiratur, quapropter & vnũ sufficit elementũ: sed confirmatio datur ad adipiscendam plenitudinem spiritus sancti, cuius multa & varia sunt opera, quia diuisiones gratiarũ sunt, vnus autem spiritus. nec quenquam hic perturbet dictum sapiẽtis, sicut balsamus immixtus odor meus, quoniã ille ibi loquitur de tota pulchra sapientia, quæ nõ mixta esse debet maculis errorum, sicut glossa interlinearis ostẽdit: hic autẽ permixtio variam designat operationem spiritus sancti, & bonæ vitæ odorẽ, vnde quis pro vero Christiano censeatur qui bona cõscientia sit exornatus, & vt sit sciens atq; intelligens. Meminerit autem horum & subinde secum recogitet quilibet Christianus confirmatus, vt studeat omniq; studio curet, quatenus hoc sacramentũ in eo significationẽ suam operetur, ipseq; interim sic bonæ conscientiæ & erga proximos suos bonũ habeat odorem, etiã cõfitendo verã fidem ore & opere, vt sic tãdẽ, particeps efficiatur æternæ glorię, Amẽ.

1. Co. 12.

Eccl. 24.

HOMILIA XXIII. DE FORMA CONFIRMATIONIS & EFFECTU EIUSDEM.

¶ Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones conficiet sanitatis. Eccle. 38.

SI primo literæ aspectu verba hæc intelligantur de pharmacopola & medico, qui artis suæ ope, curare & sanare debent homines, nos tamẽ ex eo docẽdi modo quo & Christus vti solitus est, quando

est, quando regnũ cœlorum terrenis rebus simile dicitur, ex ijs quæ animus nouit, surgat ad incognita quæ nõ nouit quatenus exẽplo visibilium, se ad inuisibilia rapiat. Verba illa quoq; intelligenda proponemus de spirituali vnctione & saluatione animarũ, quã ecclesiæ tradidit dominus in sacramẽto confirmationis, cuius materiã diximus esse chrisma oleo & balsamo permixtum, tantumq; ab episcopo consecratum, sicut & in veteri testamento erat vnctio sacra: & quanuis authore Isidoro, erat tunc in regibus tantum & sacerdotibus vnctio mystica, qua Christus figurabatur vnde & ipsum nomen à chrismate dicitur, sed postquã dominus noster verus rex & sacerdos æternus à Deo, cœlesti & mystico est delibutus vnguẽto, non solũ pontifices & reges, sed omnis ecclesia vnctione chrismatis cõsecratur, pro eo quod membrũ est æterni regis & sacerdotis. ¶ Quũ igitur Christus Messias sit verus & vnctus, imò vnctio ipsa, cuius gratia omnes inungimur, vnde & apostolus ait, vnctionẽ accepistis ab eo, maneat in vobis, itaq; & in ecclesia vnctionem instituit externam, sicut in veteri testamẽto. Vbi vnctio ex quadruplici materia erat composita, quã Origenes exponit referẽdo ad corpus & incarnationem Messiæ, cuius caro ex quatuor elementis sit cõpacta, ea omnia declarat ad longũ, nos vltrò supersedebimus. ¶ Quãuis ergo quatuor illa in vnctione sacra erant, non plus tũ, imò multo minus, significarunt quã hæc pauca in chrismate, quoniã ex sententia doctorum, solùm balsamus vniuersam designat humanitatem Christi, oleũ aũt diuinitatẽ eius, in qua vnũ quid est in essentia diuina cũ spiritu sancto, qui etiam est vnctio essentialiter, nosq; adeo docet & erudit de omnibus. Merito sic huius sacramenti materia est chrisma ex oleo & balsamo compositũ, nos iam porro formam expediamus, qua episcopus sacramẽtum hoc cõfirmationis administrat. 2 Forma huius sacramẽti est quod episcopus prẽmisso nomine eius quẽ cõfirmat dicit N. Cõsigno te signo crucis. cõfirmo te chrismate salutis. in noĩe patris & filij & spiritus sancti. Hęc generalis est huius sacramẽti formula, quę in quibusdam tamẽ diœcesibus variatur, quãdo dicitur, cõsigno te signo crucis & cõfirmo te chrismate sanctificationis: sed nõ multum refert, quia vnica & vniformis operatio siue effectus, per vtrã que formã significatur. Quur aũt in hoc sacramento magis

Exod. 30

Isido.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 2.

confirmationis.

Universidad de Deusto Biblioteca

expressa fiat mentio crucis quàm in reliquis sacramentis, in causa est, quod peculiariter hoc sacramentū ordinatum est, ad cōfitendū intrepidè & palam passionem & mortē Christi. Quapropter crucis mentio maior hic fit quā in baptismo vel alij sacramentis. Porro si de collatione huius sacramenti agamus, quomodo debeat cū certis cæremonijs cōferri & administrari: sic res se habet quod episcopus veste pōtificali & pluuiali stola indutus progreditur, infula quoq; decoratus, primūq; exhortatione facta articulos aliquot prælegi sinit confirmationem cōcernentes, fere in hunc modū.

1 Nullus confirmatus debet reconfirmari, c. dictum est de consecra. distin. 5.

2 Nullus qui non sit confirmatus, potest esse patrinus in confirmatione. c. in baptismate de consec. dist. 4.

Modus confirmandi.

3 Nullus excommunicatus vel grauioribus facinoribus alligatus ingerat se ad percipiendum hoc sacramentum, vel ad præsentandum confirmandum.

4 Adulti quoque debent prius confiteri & postea confirmari. c. vt ieiuni de consecra. dist. 5.

5 Hoc sacramento contrahitur compaternitas & affinitas spiritualis prout in baptismo, impediens matrimoniū contrahendum & dirimens contractum, c. quanuis de cogno. spirtua. para. vlti. libr. 6.

6 Nullus præsentet nisi vnum aut duos non plures. c. non plures eadem distinct.

7 Confirmandi de honestate non de necessitate debent esse ieiuni, similiter & confirmans, dicto, c. vt ieiuni.

c. si quis voluerit consec. dist. 4.

8 Confirmato debet libari frons, & sic manere, quousq; deficcetur chrisma, & nō oportet qđ ligatura septē diebus portetur, sed decet vt septē dieb⁹ abstineat à lotione capitis

9 Linea vitra munda, quum soluitur, igne comburatur.

10 Ligando vel soluendo ligaturam capitis siue abstergendo frontem, non contrahitur aliqua compaternitas.

11 Nullus confirmatus discedat, nisi benedictione accepta ab episcopo.

12 Infantes per patrinos ante pontificem chrismate volentē teneantur in brachijs dextris. Adulti vero seu maiores ponant pedem suum super dextrum pedē patrini sui.

c. in catechismo, de cons. dist. 5.

13 Iuxta morem sanctæ Romanæ ecclesię, qui fuit compater in catechismo vel baptismo non, potest tenere eundem

dem in hoc sacramēto. 3 His oībus perfectis epūs man⁹ abluit eāsq; ante pectus suū cōiungit, aperto deinde capite orat super confirmandos, qui & flexis in terrā genibus procūbunt, & ait, Spiritus sanctus superueniat in vos, & virt⁹ altissimi custodiat vos à peccatis, Amen. Mox seipsum consignat signo crucis à fronte vsque ad pectus dicens, Adiutorium nostrum in nomine domini, Qui fecit cœlum & terram. Domine exaudi orationem meā, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum, cum spiritu tuo, Oremus (hic faciem suā conuertit ad confirmandos.) Omnipotens sempiterne deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua & spiritu sancto, quique dedisti eis remissionem omniū peccatorū, emitte in eos septiformē tuum spiritum sanctum paracletum de cœlis, Amē. Spiritum sapientiæ & intellectus, Amen. Spiritum consilij & fortitudinis, Amē. Spiritum scientiæ & pietatis, Amen. Adimple eos spiritu timoris tui, & consigna eos signo crucis Christi in vitā propitiatus æternā, per dñm nostrum Iesum. Christū. Mox sedente episcopo oblatis ei cōfirmādis per patrinos, pollicē modice intingit episcopus in chrisma, factaque sic cruce in fronte dicit vt supra: cōsigno te signo crucis & confirmo, &c. deinde leniter percussa maxilla dicit pax tecū. Omnibus hoc modo confirmatis, episcopus pollicē detergit cum pane, & manus abluit cantāte interim choro, Cōfirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à tēplo sancto tuo quod est in Hierusalē. Gloria patri & filio & spiritui sancto, sicut erat in principio & nunc & semper & in secula seculorum, Amen. Tunc aperto capite surgit episcopus, & altare versus dicit, Ostēde nobis domine misericordiā tuā, Et salutare tuum dā nobis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Hinc cōfirmati omnes deuotē flectunt genua, & episcopus incipit orare: Deus, qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum, & per eos eorumq; successores cæteris fidelibus tradendum esse voluisti, respice propitius ad humilitatis nostrę famulatum, & præsta, vt eorum corda quorum frontes sacro chrismate deliniuimus, & signo sanctæ crucis signauimus, idem spiritus sanctus in eis superueniens templum gloriæ suę dignanter inhabitando perficiat, Qui cum patre & eodē spiritu sancto viuis & regnas in secula secu-

lorum, Amen. Inde subiungit episcopus. Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet dominũ: & versus ad confirmatos, facto super eos signo crucis dicit, benedicat vos dominus ex Syon, vt videatis bona Hierusalem omnibus diebus vitæ vestræ, & habeatis vitam æternam, Amen. Ad extremum adhortatur episcopus patrinos, vt erudiãt filios in vera fide & religione Christiana, vt quæ bona sunt amplectantur, & mala fugiant, & doceant eos orationẽ dominicam, angelicã salutationem, & symbolum apostolorum.

4 Cęterum constat iam de materia & forma huius sacramenti, reliquum est dicere & de fine, quur tandem suscipiatur. Homo ergò iam inde ex peccato originali fomitem in se habet, cõcupiscentiam ad malũ & incentiuũ peccatorũ, ardorem carnis irritantẽ & prouocãtem ad malũ. Ea fragilitas humani defectus in baptismo diminuitur quidem, sed non tollitur: proindè in nobis remanet infirmitas naturæ, vt iam nõ sufficiamus resistere tentationi & suggestioni hostili, imò vt & pusillanimes simus & vereamur cõfiteri crucifixũ, pernicioſum istum pudorẽ admit cõfirmatio, in qua signamur signaculo crucis in frontibus nostris, vbi pudoris veluti sedes & domiciliũ est, dum suscipimus hic symbolũ militare summi ducis & principis nostri Christi, quẽ deinceps liberè & citra verecũdiã confiteri debemus, iuxta illud Pauli, Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hic ergo finis, hic ille effectus est huius sacramenti: quod hic accipimus spiritum sanctum in robur, aduersus omnes tentationes, quódque in animis nostris confirmamur virtutibus, & maximè virtute constantiæ in confessione fidei, sicut Christus iussit apostolos sedere Hierosolymis expectãtes dum induerẽtur virtute ex alto: quẽmadmodum & in acceptione spiritus sancti factum esse legitur, quando testimonium dabant apostoli magna cum virtute resurrectionis Iesu Christi. Atque hæc etiam causa est, quur hoc sacramentum in vnctione conferatur, vt sic corde credatur ad iustitiam, & ore fiat confessio ad salutem, vt ait Paulus: & quanuis mulieribus permissum non est docere aut prædicare, attamen & ipsæ constanter perseuerare debent in fidei confessione, quapropter etiam confirmantur vt viri, sic Cecilia, Barbara, Catharina, Lucia, Agnes, fortissimè cõfessæ sunt nomen Christi. Virtus ergo hæc

Finis confirmatio.

Galat. 6.

Luc. 24. Actu. 1.

Rom. 10.

2. Tim. 4.

hæc est & efficacia huius sacramenti: in vniuersum autem hic quoque gratia dei cõfertur, vt in aliis sacramentis, præterea etiam imprimitur hic paruulo character, signum spirituale militiæ Christianæ, sicuti iam supra in baptismo ad longum probauimus. Sequitur hinc primò, quòd paruulus baptizatus idémque confirmatus maiorem gratiam habet quàm baptizatus tantum, quia gratiam acquirit duorum sacramentorum. Deinde paruulus baptizatus & confirmatus si moriatur, beatior erit quam ille qui baptizatus tantum est. Ad hęc accelerandum semper est, vt statim paruuli post baptismum etiam confirmentur, siquidem, vt ait Gerson, nõ opus est expectare dum intellectũ & vsum habeãt rationis. Adhuc sequitur iniquè facere episcopos qui nec ipsi, neque per suos suffraganeos, diœceses visitant ad confirmandos paruulos, quoniam eos priuant gradu beatitudinis, quì etiã minimus tamen preciosior est omnibus totius mundi thesauris. Possem super hoc inducere testimonia Clementis, Melchiadis & quorundam conciliorum, sed volens pertranseo. Oremus dominum, &c.

Paruulus confirmatus beatior.

HOMILIA VIGESIMAQVARTA,
confirmationem esse sacramentum.

¶ Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Psalmo. 47.

PRæuidens in spiritu Dauid nascentis Ecclesiæ principia adhuc rudia & duriora, atque quo pacto operaturus esset ibi dominus Iesus in cordibus fidelium, qui nunc primi essent ad fidem peruenturi, & semen bonũ seminaturus, quæ tamen omnia nõ erant suffectura, nisi quæ operaturus fuerat deus, eadem etiã ipse cõfirmaret. Apostoli eñ quanuis baptizati à Christo edocti, & sacerdotes ordinati, attamen in passione Christi prę metu fugiebãt adhuc imperfecti. In eorũ itaque persona Dauid exclamat ad dominũ rogans, vt quæ operatus esset etiam cõfirmaret: ea confirmatio facta est in die pentecostes, quandò acceperũt virtutem spiritus sancti, qui superuenit in eos, ipsosque confortauit. Vnde etiam nunc Ecclesia in feriis pentecostes subinde vsurpat hunc versiculũ pro offertorio & in matutinis. Apostoli autẽ & reliqui fideles, quanuis primũ præ imbecillitate

Glos. ord.

Act. 1. 2.

humana nõ audebant palam cõfiteri nomen & fidem Christo. tandem tamen in ea confessione mortui sunt, vt Petrus, Thomas, Philippus & alij. sed quum ea debilitas in omnibus Christi membris inualuerit, suámque cœperit exercere tyrannidem, etiam post baptismum, perfectissimus ille & omnium absolutissimus medicus Christus, mederi volens huic malo, remedium proposuit & instituit confirmationis, validam vtique & efficacem sanctificationem, contra metum & pusillanimitatem. Vt autem dominus in baptizatis & Christo velut insitis, gratiam suam operari dignetur, & confirmationem aduersus insultus mundi, per hoc confirmationis sacramentum ecclesia constanter orat, nósque adeò omnes perseueranter petere debemus & exclamare, Confirma hoc deus quod operatus es. Aue Maria.

Audiuimus in superioribus confirmationis materiam formam, finem & effectum. Nunc porro de institutione differendum erit. quod vt facilius intelligatur, primum expediemus hoc quod pro fundamento huius rei esse poterit. Quum etiam hoc sacramentũ allatrent Neochristiani & cõtemnant, probandum nobis est principio, confirmationem semper in Ecclesia catholica obseruatam esse pro sacramento à fidelibus. Primum itaque omnium decuit Samaritanum & medicum nostrum, nobis post baptismum instituere sacramentum confirmationis: sicut enim in baptismo renascimur ad vitam animæ, ita in sacramento confirmationis confirmamur ad pugnam, sicut enim dicente Hugone in baptismo accipitur remissio peccatorum, sic per manuum impositionem datur spiritus sanctus, illic gratia confertur ad remissionem peccatorum. hîc gratia datur ad confirmationem. Quid enim prodesset si à lapsu erigeris, & ad stãdum non confirmaris? Ad hæc quũ dominus Iesus ipse sit Messias vnctus, & nos ab eo Christiani dicamur, teste Hieronymo, decuit sanè vt ille nobis vnctionem sacram institueret chrismatis, vt & nos inuncti, perfecti sic demum efficeremur Christiani. Et hoc est quod supra commemorauimus ex Dionysio, apostolos sacramentum illud appellasse teleten, hoc est perfectionem & sanctificationem.

Luc.10. *Melchiades.* *Hugo.* *Abac.3.* *Dionys.*

2 Idque adeo ita esse testimonium habemus ex biblica scriptura sic enim ait Lucas, Quum audissent Apostoli qui erant Hierosolymis quòd recepisset Samaria verbum dei, miserunt

Actu.8.

miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui quum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum: non dum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu: Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritum sanctum. ¶ Præterea legimus ibidem quòd quum Paulus prędicaret Eph. non sufficere baptismum Ioannis, audientes illi fecerunt se baptizari in nomine domini Iesu, & quum Paulus imponeret manus super eos, venit spiritus sanctus in illos & cœperunt loqui variis linguis & prophetabant. Ex vtroque hoc testimonio liquet confirmationem etiam temporibus Apostolorũ fuisse sacramentum, ipsosque apostolos tunc administrasse illud credentibus. Vbi cõsiderandum hoc occurrit primum quod Philippus vnus ex diaconis septem, iam ante per prædicationẽ suam conuerterat ad fidem Samaritanos, eósque baptizauerat, quo cõperto apostoli Petrũ & Ioan. ad eos miserunt, vt confirmarent illos, & spiritum sanctum illis cõferrent. Hinc colligũt doctores diaconis & presbyteris nõ licere, sed episcopis tantũ, vt hoc sacramentũ administrent, atq; in hoc sacramentũ illud superat reliqua, in dignitate ministri, sicut testatur Grego. in registro scribẽs ad episcopũ Ianuarium (de eo autẽ quod idem Grego. scripsit in alia epistola & renarrat Gratianus in c. peruenit, 95. dist. remittatur ad scholas, existimo eũ Inno. 3. in hoc magis sobrie loquutũ contra nouellũ quendã in c. quãto de cõsuetudine.) Deinde cõtextus ille propriè probat hoc sacramentũ confirmationis, quia exprimit signum externũ, quando impositis manibus conferebatur gratia spiritus sancti, quapropter certum est fuisse hoc sacramentum. Quur autem non meminerit Lucas chrismatis, iam supra rationem explicauimus. Præterea inquit Lucas orasse apostolos, vt illi acciperent spiritũ sanctum. Quem modum orandi adhuc constanter obseruat Ecclesia in confirmatione, sicut supra docuimus, neque vero suspicandũ est vnquã fuisse in ecclesia sacramentũ, quod nũc non sit. 3 Hoc tamen præmonẽdi adhuc estis variã fuisse manuũ impositionẽ. imponebant enim manus in cõfirmando, quemadmodũ ex actis apostolorum mõstrauimus: imponebãtur & in cõferendis ordinibus, in consecrandis presbyteris & episcopis, quomodo dicit Paulus, noli negligere gratiam quæ in te est, quę data est

Cõfirmatio sacra. *Actu.19.* *c. presbyt. de cõsecr. distin.4.* *Caieta.* *Actu.8.* *1.Tim.4.* *Impositio manuum.*

tibi per prophetiam cum impositione manuũ presbyteri.

Insuper imponebant etiã manus in sacramento vnctionis sicut ait Christus, Manus imponent super infirmos, & benẽ habebunt. Ad hæc remissio quoque peccatorũ & reconciliatio cum Ecclesia per manuum impositionẽ est designata: & de ea loquitur Augustinus quum dicit, manus impositio nõ sicut baptismus repeti nõ potest. Quid em est aliud nisi oratio super hominem? loquitur ibi de iis qui redeunt ad vnitatem ecclesiæ, & ab erroribus & peccatis suis conuertuntur. Ne autem verba hæc possint Neochristiani detorquere ad peruersum intellectũ contra sacramentũ confirmationis interpretabimur ea per ipsum Aug. lib. 5. c. 24. ibidem sic dicentem, Manus impositio si nõ adhiberetur ab hęresi venienti, tanquã extra omnem culpam esse iudicaretur: propter charitatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo nõ valent ad salutem quæcunque alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur. ¶ Quãdo ergo cõfirmarũt apostoli baptizatos in manuũ impositione, & spiritꝰ sanctus in visibili signo datus est. Queres forsitã quid hoc fuerit & quomodo spũs sanctus datus sit visibiliter in primitiua ecclesia, & in qua specie? Profectò sunt qui dicãt visibilẽ radiũ siue fulgorem apparuisse super cõfirmatis. Alij putãt spiritũ sanctum datũ esse in linguis igneis, sicut & apostolis: ita em de Cornelio & cognatis suis ait Petrus, Quũ cœpissem loqui, cecidit spiritus sanctus super eos sicut & in nos initio: constat autem testimonio Lucæ, quia in apostolos cecidit spiritus sanctus in linguis igneis. Sunt adhuc qui affirment signũ illud visibile aliud nõ fuisse, nisi quod variis linguis loquebãtur, atq; sic habet glossa quũ textus dicit, Imponebãt super eos manus & accipiebãt spiritũ sanctũ, ait glossa, quia incipiebãt loqui variis linguis. Eò faciunt & verba Lucæ, quoniã quũ Paulus imponeret manus super Ephesios, venit super eos spiritus sanctus, & ꝓphetabãt. Etsi itaq; ignoremus in qua specie spiritꝰ sanctus apparuerit, nisi sub quadruplici illa, vt in die pentecostes declarauimus, credere tamẽ debemus hoc etiã esse factum, quãdoquidem in biblicis literis illud apertè cõtinetur. 4 Probato iã isto, cõfirmationem esse sacramentũ, proximũ est ex testimonio sanctorum patrum ostendere semper illud habitũ fuisse pro sacramento:

Mar. 16.

Libr. 1. de bapt. contra Donatis. ca.

Augusti.

Visibilis datio spiritus sancti.

Tom. 3.

Actu. 11.

Actu. 2.
Actu. 8.
Actu. 19.

Cõfirmatio semper in eccle.

testatur

testatur hoc imprimis B. Dionysi. Pauli discipulus, quem iam sæpius induximus testem: is totum ex ordine morem explicat, quo quondam hoc sacramentum administrabatur in Eccle. c. 4. de eccle. hierar. atque omnia tandem explicat mysticè, quid per singula ista sit accipiendum. *Dionys.*

2 Subscribit & conciliũ Laodicen. quod sic habet. Oportet baptizatos post baptismum sanctissimum chrisma percipere, & cælestis regni participes fieri. *Cant. 48. Anno 112. c. oẽs.*

3 Accedit iis etiam papa Vrbanus martyr, dicens, Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, spiritũ sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur: quia quum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad constantiam & prudentiam dilatatur. *de consec. dist. 4.*

4 Insuper legimus institutum esse in concilio Aurelian. (sicut Iuo in Panormia & Gratianus allegant) Vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur cõfessionem facere prius, vt mundi donum spiritus sancti valeant accipere, & quia nunquam erit Christianus nisi fuerit episcopali confirmatione chrismatis insignitus. Verba Fabiani iam antea induximus, sed Melchiades præclarum dat huic sacramẽto testimonium: dicit enim inter cætera (quãuis hæc verba Iuo tribuit Vrbano.) In baptismo abluimur, post baptismum roboramur, & quamuis continuo trãsituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat: mox in pace baptismi vel seculi recipiẽdos, confirmatio armat & instituit ad agones huius mũdi & prælia reseruãdos. *Cõcil. Aurelianens. ibi c. vlti. ieiun. Anno 311. Ibi cap. spi. san.*

6 Affirmat idipsum Aug. quoq; dicens Paulum quũ ait, charitatem diffusam esse in cordibus nostris per spiritũ sanctum, loqui de confirmatione. sic enim inquit in lib. contra Donat. de baptis. spiritus sanctus, quia in sola ecclesia catholica per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri voluerũt, quod apostolus ait, quoniã charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. & paulò post dicit, neque enim tẽporalibus & sensibilibus periculis attestantibus per manus impositionem modò datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad cõmendationem rudis fidei & ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nũc hoc expectat, vt ij quibꝰ manus ad accipiendũ spiritũ sanctũ imponitur, repẽte incipiãt linguis *Rom. 5. Li. 3. c. 6.*

Universidad de Deusto Biblioteca

loqui? sed inuisibiliter & latenter intelligitur in eorum cor-
August. dibus charitas aspirari. Aperti⁹ adhuc in alio loco dicit Au-
gu. lib. 2. contra Petilianũ. c. 104. nã & ipse Christus à chris-
mate appellatur, id est ab vnctione: hũc Hebræi dicũt Mes-
siam, quod verbum Punicæ linguæ consonum est, sicut alia
Hebræa permulta & pene omnia. Infra quoque, in hoc ait,
vnguento sacramentum chrismatis vult interpretari, in hoc
quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctũ est,
sicut ipse baptismus. Ecce Augustinus hîc vocat sacramẽtũ,
& comparat baptismo, atque vt ipse in præcedentibus de-
clarat, nunc quoque non minus est quàm fuit temporibus
Apostolorum, nisi qnòd tunc in visibili signo dabatur spi-
ritus sanctus: sæpe alia contra Petilianum meminit huius sa-
cramenti, maximè quum ait, discerne ergo visibile sanctum
sacramentũ, quod esse & in bonis & in malis potest, ab inui-
sibili vnctione charitatis, quæ propria bonorum est.

Pagin. 5. 7 Huic sacramento testimonium dat etiam beatus Hie-
ronymus contra Luciferianos, dicens, Episcopus si imponit
manum, iis imponit, qui in recta fide baptizati sunt. Et inde:
Quod si hoc loco quæris, quare in ecclesia baptizatus nisi
per manus episcopi, non accipiat spiritum sanctum, quem
nos asserimus in verò baptismate tribui? Disce hanc obser-
uationem ex ea authoritate descendere, quòd post ascensum
domini spiritus sanctus ad Apostolos descẽdit. Plures sup-
peterent loci, sed volens supersedeo.

Eusebius lib. 6. c. 33 8 Postremò Eusebius refert Cornelium pontificem &
martyrem scribere ad Fabianum episcopum Antiochenum
de hæretico nouato, qui ex ambitione, eo quòd non posset
ordinari in episcopũ, prolapsus sit in hæresim: addit quod
in iuuentute spiritu immundo vexatus sit, & quum tempus
aliquantum consumpsisset apud exorcistas, ægritudinẽ in-
currerit grauem, ita vt desperaretur, & quod iacẽs in lecto
pro necessitate perfusus sit, nec reliqua in eo quæ baptismũ
subsequi solẽt, soléniter adimpleta sint, nec signaculo chris-
matis consummatus sit: vnde nec spiritum sanctum vnquam
potuerit promereri. Non diuersum est quod Lutherus,
quum non permitteret indulgentias prædicare, tam horren-
dam inuexit hæresim in perniciem aliquot millium anima-
rum. deinde non absimile est, quod de Luthero quoq; pro-
ditur, ipseq́; adeò de se scribit familiariter cũ dæmone con-
uersato,

uersato, cum quo modium salis comederit. Sanctus autem
pontifex hîc honorificè meminit confirmationis: cuius non
potuerit esse particeps Nouatus, qui tamen intrudere se vo-
luit in papatum contra Corneliũ: ipse enim primi schisma- *Lib. 1.*
tis author fuit in papatu, sicut prodit & testatur B. Cypria. *Clemens.*

9 Accedit iis testibus etiam Clemens, qui sic inquit, bapti-
zatur vnusquisque in aquis perẽnibus nomine trinæ beati-
tudinis inuocato super se, perunctus primum oleo per ora-
tionem sanctificato, vt ita demum per hæc consecratus pos-
sit recipere locum cum sanctis. Ad extremum sentit idem
& Beda dicens: notãdum quod Philippus qui Samariæ Euã- *Super*
gelizabat vnus de septem fuerit, si enim Apostolus esset ip- *Act. 8.*
se vtique manum imponere potuisset, vt acciperent spiritũ
sanctum: hoc enim solis pontificibus debetur, nam presby-
teris chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab episco-
po fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo
signare, quod solis debetur episcopis, quum tradunt spiritũ
paracletum baptizatis. Vno pene verbo idem complexus
est Hieronymus, quum ait, Catechumeni hoc est instructi,
incipiunt per sacerdotem, & chrismantur per episcopum.

¶ Epilogus siue conclusio huius homiliæ.

EN itaque ex sacris literis comprobauimus, ex
conciliis quoque sanctis & doctoribus Eccle-
siæ, quorum perinde sacrosancta semper esse
debet authoritas, confirmationem esse sacra-
mẽtum, & habere quidem signum externum
sensibile, denotans vnctionem internam spiritus sancti per
dilectionem & gratiam suam sanctam. Atque hoc vnũ cui- *Ecclesia*
que Christiano sufficere debet, & vt maximè scripturarum *audi.*
non suppeterent testimonia, pio tamen & verè Christiano
homini satis hoc esse debet, quod tanto hactenus tempore
tam constanter catholica illud obseruauit Ecclesia, quam v- *Matt. 12.*
tique audire debemus omnes: eam autẽ quisquis non audie- *1. Timo. 3.*
rit sit nobis vt ethnicus & publicanus, quoniam ipsa colum-
na est firmamentum veritatis, ipsa sponsa est Christi, quam *Ephes. 5.*
tantopere ille dilexit, vt seipsum traderet pro ea, vt ipsam
sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt
exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã, non habentẽ maculã

Universidad de Deusto Biblioteca

aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Quid quod & corp⁹ Christi est Ecclesia, iuxta illud Pauli, Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius. Quilibet ergo christianus penes Ecclesiam inquirere debet omnem sine dubio veritatem, neque moueri vel in minimo à nouellis istis, heri tãdem aut pridie natis, peruersis & hæreticis doctoribus: sed quia dominus Iesus missurum se promisit spiritum sanctum, qui illam in omnẽ induceret veritatem, quoniam & ipse veritatis est magister & doctor, firmiter credant omnes christiani & confirmationẽ esse sacramentum, & ei sicut aliis quoque sacramentis congruum esse deferendum honorem, vt sic gratiam in præsenti & in futuro gloriam consequantur æternam, Amen.

Ephe. 3.

Ioan. 16.

HOMILIA XXV. DE INSTITVtione confirmationis, & similibus hoc sacramentum concernentibus.

¶Spiritu principali confirma me. Psal. 50.

SPiritus sanctus, in Christo dilectissimi, vas suũ Prophetam regium Dauidem sic illuminauit, vt operationẽ spiritus sancti agnosceret, agnitam tribus versiculis profiteretur: qui quamuis variis modis à sanctis patribus exponãtur, nos tamen illam expositionem nunc tantum prosequemur, quæ de tribus proponitur sacramentis. Verum enim id quidem est quod spiritus rectus accommdoatè refertur ad iustitiam huius vitæ, spiritus autem sanctus ad homines pios iam morientes, sed principalis ad vitam æternam, vbi electi confirmãtur in fœlicitate, vt amplius peccare non possint. Tamen quantum ad materiam sacramentorum attinet, primus versus ad baptismum referendus est, quum dicit, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: quoniam in baptismo reiicimus veterẽ Adam cũ peccato originali, & renouamur in Christo, vt amplius in nouitate spiritus, & nõ in vetustate ambulemus: quomodo non rarò nos Paulus admonet, & iubet deponere veterem hominem: sicq; Paulus baptizatos vocat nouam creaturam. & alibi dicit: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induimini nouum hominem, qui secũdum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, Secundus versiculus refertur

Roma. 7.
Ephes. 4.
Coloss. 3.

tur ad sacramentum ordinis, quum orat Dauid, ne proiiciatur à facie Dei tanquam minister parum idoneus, sicuti Heli & Saul exciderunt suo quisque regimine, sed vt ne auferat Deus ab eo spiritum suum sanctum, quoniam qui Ecclesiæ seruiunt, eos sanctos esse cõuenit, sicut & Deus sanctus est. Tertius porro versus confirmationem respicit, quum dicit Propheta, Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me: quo verbo & nos petimus. vt salutaris nostri, quod in baptismo suscepimus, amplius nunc lætitiam quoque concipiamus, & intrepidè nomẽ Iesu atque vniuersam Christi fidem profiteamur: id autem fit, quando in sacramento confirmationis cõfirmamur, spiritu principali. Principalem vero spiritum vocat Dauid spiritum confirmationis, eo quòd spiritus sanctus in plenitudine vberiori confertur in hoc sacramento quàm in aliis. In huius rei signum spiritus sanctus in primitiua Ecclesia apparuit, in signo visibili: & Apostoli in die pentecostes repleti sunt spiritu sancto. Sic quanuis in iis tribus sacramentis confertur spiritus sanctus, in quibus tantum character imprimitur in animam hominis, attamen Dauid profitetur spiritum principalem, hoc est operationem spiritus sancti præcipuam in sacramento confirmationis: iuxta illud vnde cœpimus prefari, spiritu principali confirma me, &c. Aue Maria.

Galat. 6.
1. Re. 15.
Leuiti. 19.

¶Quum in superioribus homiliis multa dicta sint de materia huius sacramẽti, de sacro chrismate: vnde & nos Christiani tanquam vncti dicimur à capite nostro Christo, constat Neochristianos iniuriam facere Christo, Ecclesię & spiritui sancto, dum non sine cõtemptu, chrisma nescio quam contumeliose vocant aruini quippiam. Audiuimus insuper formam finemq́ue illius & operationem, super hæc demõstrauimus confirmationem esse sacramentum.

¶Vbi obiiciet forsan aliquis, Omnia sacramenta à Christo sunt instituta, quando ergo confirmatio à domino instituta est? atque hoc ipsum est quod in hac homilia explicabimus.

2 Principio ergo multis hîc viis ingrediuntur doctores, quæ quia omnes ad institutum hoc nostrum facere vidẽtur, omnes etiam perscrutabimur, iis tantum prætermissis qui affirmant hoc sacramentum esse à conciliis institutum, sicut sentit Alexander de Ales, concilium Meldense, &

Ioannes Bacho Carmelita. concilium Aurelianense, diuersa tamen sententia instituisse. Missa facimus hæc omnia certis de causis, quoniam sacramenta ad verum pertinent fundamentum Ecclesiæ, sicque solus legislator, potestatem habet ea instituere & immutare: nam etiamsi totus nunc mundus conueniret, sacramentum tamen instituere non posset, quapropter neque concilium: sacramentalia tamen, & accidentarias cæremonias ordinare potest Ecclesia, non autē sacramenta, quæ tantum summus ille Ecclesiæ architectus Christus ipse instituere potest, quoniā petra est cui superstructam cōstat esse Ecclesiam. ¶ Prima super hoc sacramēto sententia est, quod confirmatio sit instituta ab apostolis, non quidē propria authoritate, sed Christo iubente: & spiritu sancto inspirante. in hoc adducunt dictum Eusebij papæ. Manus impositionis sacramentum, magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici nō potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur aut scitur peractum esse. Sententię huic permitto authoritatem suam, siquidem apostoli fuerunt columnæ Ecclesiæ, & potestatem habuerunt scribendi & condendi scripturas biblicas, magis tamen credēdum est quum sacramenta pertineant ad fundamentum Euangelicæ legis, ipsum legislatorem ea instituisse, ita vt ab eodem sint instituta à quo & efficaciam suam omnem obtinent.

1. Cor. 3. *Institutio confirmationis.* *De consec. dist. 5.* *Manus.*

¶ Iam verò vniuersa sacramentorum virtus à Deo tantum est, quoniam nemo extra Deum potest nobilissimam illam creaturam, gratiam scilicet Dei, conferre aut efficere, eo quòd illa sit per Iesum Christum. Hoc quidem cōstat quod dominus apostolos suos hoc honore dignatus est, vt ipsos sacramentorum, quæ ipse instituerat promulgatores faceret, sicque Iacobus sacramentum pronunciauit siue promulgauit vnctionis. sic Paulus ait ad Corint. ego accepi à domino, quod & tradidi vobis. Magis igitur verisimile est Apostolos promulgasse sacramenta quàm instituisse.

Rom. 7. *Iacob. 5.* *1. Cor. 11.*

2 Alia quorundam sententia est, Christum instituisse sacramentum in die pentecostes post suam ascēsionem, quando apostolis contribuit spiritum sanctum in linguis igneis: tunc enim & confirmati sunt, & potētes effecti confiteri fidem: quāuis enim apostoli antea essent baptizati, sicq; gratiam haberent spiritus sancti, attamen adhuc trepidi erant & animo multum deiecto, vsqueadeo vt Petrus ad vocem ancillulæ negaret Christum, vt inquit Augustinus & omnes discipuli Euangelista testante, concluſi erant in domo, propter metum Iudæorum, ipseq; adeo dominus eorum nō ignorabat pusillanimitatem, quapropter & ante ascensionem suam ait ad eos, Sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto, baptizabimini enim spiritu sancto non post multos hos dies. Ad hunc ferè sensum inducit Bonauen. verba Euangelistæ, quod spiritus sanctus datus nondum erat: quia Iesus necdum esset glorificatus. ¶ Sententia hæc fundamentum habet quod in fide nostra pro confesso habetur, spiritum sanctum tale robur addidisse apostolis in die pentecostes: sed an illud etiam confirmationis nomine veniat appellandum, nonnulli adhuc indeliberatione ponunt hac de causa, quòd Deus virtutem suam non alligauit sacramentis: potuit ergo cōfirmare apostolos absq; materia & forma, sed illud non fuit sacramentum confirmationis, verum virtus & opus sacramenti, hoc est robur & cōfirmatio spirttus sancti. Atque secundūhanc opinionē Apostoli non essent sacramēto cōfirmationis firmati, sed corū cōfirmatio hāc sacramētalē multis modis superasset: & sicut vberiorem & perfectiorem gratiam susceperunt. In huius rei testimoniū induci potest exemplum Cornelij, qui vna cum amicis suis accepit spiritum sanctum, quum primum Petrus loqui cœperat, priusquam essent baptizati. Nemo autem sacramentaliter est confirmatus, nisi qui & sit baptizatus, eo quod baptismus reliquorum omnium sacramentorum ianua existat, ita vt si quis ordinatus in presbyterum comperiatur non esse antea baptizatus, ordo etiā ille totus frustra sit futurus. Sic constat & de S. Paulo, cui Ananias manus imposuit, vt videret, ipseque impleretur spiritu sancto (illa tamē manus impositio plus pertinet ad catehumenos, vide glossam) sæpe igitur Deum elegiri virtutem siue gratiam sacramenti sine sacramēto, præclare nos docet beatus Augu. lib. 2. contra Parmenianum, capite decimo quinto: Posse hominem non interposito homine diuinitus aliquid accipere, exemplo suo ipse Ioannes testatur, & tot sancti antequam Dei filius homo fieret. & posteaquam resurrexit & ascendit in cœlum, centum & viginti homines, qui simul congregati erant, quos nullo homine in terra manum im-

Augusti. *Mat. 26.* *Luc. 24.* *Ioan. 7.* *Act. 10. 11.* *Ext. de presby. non bapt.* *Act. 9.* *Augusti.* *Act. 1. & 10.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ponente dē cœlo veniens ſpiritus ſanctus impleuit, & conſtituto iam ordine Eccleſiæ Centurionem Cornelium ante ipſum baptiſmum, ante impoſitionē manus, cum eis qui ſecum erāt eodem ſpiritu ſancto repletum Petrus ipſe miratus eſt. Quid quod in multis hiſtorijs legere eſt de pleriſque ſanctis, quos ſpiritꝰ ſancti gratia præuenit, ſicut B. Ambroſius refert de ſancta Emerentiana, quæ nondum baptizata tantum habuit gratiæ ac ſi fuiſſet baptizata: quicunq; alij Chriſtiani fugerent à ſepulchro beatæ Agnetis, propter Gentiliū perſequutionē, ipſa conſtanter remāſit, & ab incredulis obruta lapidibus dormiuit in domino. Quis, hic dubitet eam in ſanguine ſuo eſſe baptizatam, quæ ob iuſtitiæ defenſionem firmiter Chriſtum confeſſa, mortem quoque & conſtanter & patienter ſuſtinuit? Eſt itaque illa præcipua ſententia apoſtolos confirmatos eſſe in die pentecoſtes, non quidem ſacramēto confirmationis. ſed alio quodā modo longe ſanctiori, quam ſit huius ſacramenti. ſicut nec Chriſtus vnctus eſt hoc ſacramento, ſed aliam ille habuit vnctionem longe ſublimiorem, olei lætitiæ præ cunctis cōſortibus ſuis. *Pſal. 44.* 3 Tertia porro opinio hæc eſt, quod Chriſtus inſtituerit hoc ſacramentum in die ſancto paſchæ, quoniam inſufflans in diſcipulos dixit ad eos, Accipite ſpiritū ſanctum: ſed hoc communiter non tenetur, ſiquidem quū inſufflaret hic in apoſtolos, ſacramētum inſtituit pœnitentiæ, ſicut eo loco latius diſſeremus. *Ioan. 20.* ¶ Quarta igitur ſententia eſt eorum qui dicunt Chriſtum neque poſt aſcenſionem ſuam inſtituiſſe hoc ſacramentum, vt illi putant, neq; poſt reſurrectionem, ſicut alij ſentiunt, verùm hic in terris ante paſsionem ſuam & mortem, quando adhuc legem Euangelicam cōderet, ſuamq; Eccleſiam ædificaret: in eam rem geminos adhibent ſacræ ſcripturæ locos, ſic enim Marcus ait, offerebant illi paruulos, vt tangeret illos, diſcipuli autem comminabantur offerentibus: quos quum videret Ieſus, indignè tulit, & ait illis, ſinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium eſt enim regnum Dei. Et complexans eos, imponens manus ſuper illos, benedicebat eos. Idē fermè refert Matthæus, quia offerebāt ei paruulos, vt imponeret illis manus & oraret, & impoſuit manus ſuper eos. vbi gloſſa teſtatur, quod benedixit eos manu & ore. Vtiq; hæc manuū impoſitio, effectu non caruit, ſed Deus hic gratiam

Confirmationis inſtitutio.

Mar. 10.

tiam ſuam eis contulit: & quis neget apoſtolos pleraq; didiciſſe ex ijs, quæ fecit Chriſtus, vt hic merito didicerint vſum & effiicaciā huius ſacramenti, quoniam ſic ait illis, ſinite paruulos venire ad me, & non prohibueritis eos, taliū eſt enim regnū cœlorum: neque nos hic moueat, quod non fiat ibi mentio chriſmatis, nam vt maximè Chriſtus eo fuerit vſus & euangeliſtæ non meminerint, ſicuti factum eſſe Dionyſius teſtatur, ſi quidem illa arcana ſacramentorum myſteria patres cælabant gentes, ne cum contemptu eluderentur. ¶ Ad hæc etiam ſi Chriſtus hac ipſa chriſmatis materia vſus non fuerit, quid mirum? Dominus enim ille erat ominum creaturarum, poterat gratiam & virtutem huius ſacramenti conferre ſine quacunq; materia, ſicuti ſupra cōmemorauimus. Piè itaq; credendum eſt Chriſtum redemptorem ipſum hoc ſacramentū inſtituiſſe, vel ijs locis quos oſtendimus vel alibi, etiamſi ab apoſtolis nulla eius rei facta ſit mētio. Multa ſiquidem alia ſigna fecit Ieſus quæ nō ſunt ſcripta in libro hoc, inquit Ioannes. 4 Cæterum quę ſit huius ſacramenti cum baptiſmo collatio, dicunt doctores quod quanuis homo quiſpiam ante baptiſmum ex ſpeciali gratia Dei poſsit conſequi virtutem & effectum confirmationis, ſicuti iam ſupra de Cornelio docuimus ex Luca, attamen baptiſmus quaſi ingreſſus eſt & ianua omnium ſacramentorum: quapropter nemo confirmationis capax eſt niſi qui ſit baptizatus. *Dionyſi.* *Ioan. 12.*

¶ Vt recte interim dixerit Melchiades, ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, vt ab inuicem niſi morte præuenientē nullatenus poſsint ſegregari, & vnum ſiue altero rite perfici non poteſt. Certumque id adeò eſt ſecundum primitiuæ Eccleſiæ vſum, quando adulti tum Iudæi tum Gentiles fidem recipiebant, & conſtitutis in hoc diebus cumulatim baptizabantur, quod tunc etiam confirmabantur ilicò, ſicuti & nunc accelerandum eſt cum paruulis iam baptizatis, vt ſtatim confirmentur, ſicque plus gratiæ conſequuntur & beatiores efficiantur, queadmodum ſupra diſſeruimus. *Melchi.*

¶ Hinc enim ſequitur, vt ait Ioannes Maioris, epiſcopos non carituros pœna, qui nec ipſi pontificalia exercent officia, non conſecrant presbyteros, non confirmant, interdū longo tempore exigui lucelli gratia, ſed nec ſuffraganeos *Maioris In epiſcopos.*

habent, quoniam paruuli interim sine confirmatione morientes, per eos magna priuantur parte fœlicitatis, cuius gradus vnicus superat omnia huius mundi gaudia, vt supra dictum est. ¶ Quærat aliquis, quum ex verbis Christi cuincatur baptismi necessitas, an perinde necessaria sit & confirmatio? is audiat & sciat non sic absolutè necessariam esse cõfirmationem, vt est baptismus, siquidem sine baptismo paruuli communi lege saluari non possunt: baptizati autem iamiam receperunt gratiam spiritus sancti, estq; illis cœlum apertum. mortui ergo saluãtur etiam absque cõfirmatione, vt Melchiades affirmat, minus tamen glorię habent quam si sint etiam confirmati. Studeant ergo parentes sedulo curare, vt paruuli quàm ocyssimè confirmentur.

Bernar.

Ioan. 3.

De conf. distin. 5. spic. san.

¶ Sed quãtum spectat ad adultos qui iam vsum habent rationis, paulo distinctius loquũtur doctores (vide Adrianum papam de confirmatione.) Nã qui iam adultus est, posset vtiq; confirmationis sacramentum non suscipere ex contemptu, quod nihil aut parũ ei tribueret, illa sane blasphemia foret spiritus sancti & Christi, qui Ecclesię suę largitus est hęc sacramenta. Sed si quis sacramentum non contemnat, at ita aliàs sit negligens, vt per incuriam non veniret ad sacramentum confirmationis, quum maxime haberet occasionem temporis & loci, ea negligentia sane species esset accediæ & pigritiæ in cultu diuino, in salute animæ suę, quapropter merito pro peccato reputatur: est enim contemptus interpretatiuus. Est autem & hæc sententia conuenies concilio Melden. in quo constitutum est non esse eum perfectum & integrum Christianum, quisquis confirmationẽ non recipiat ab episcopo. Consimile Vrbani Papæ dictum supra induximus, quare hic meritò supersedebimus. Cæterum si quis confirmationem neq; ex cõtemptu intermittat, neque per supinam negligentiam, sed ita vt homines simplices in desertis locis cõmorantes, quos non contingit vnquam peruenire in locum aliquem, vbi cõfirmet episcopus, verum in diem tantum viuunt, eos nolim profecto iudicare quasi in hoc peccarent, quoniam si multum longe quis absit ab episcopo, non tenetur vtiq; propter confirmationẽ ipsum adire, si tamen id faciat, bene vtique & sanctè facit, suæq; animæ saluti non male consulit. ¶ Vnum casum excipiunt nonnulli doctores, quãdo persequutio fidei immi-

Adrian⁹. Confirmatio quomodo necessaria.

C. ieiuni

net, ita vt sint qui conentur homines abducere à fide. an tũc Christianus, cui liceret cõsequi cõfirmationem, posset eam intermittere? Nam & Christus ante ascensionem suam noluit apostolos se committere periculo & discrimini persequutionis, nisi antea acciperent spiritũ sanctum: iussit enim eos expectare dum induerentur virtute ex alto: quum itaque Apostoli non ausi sint ante confirmationem committere se persequutioni: quanto minus audebunt hoc alij homines: quãuis & hoc constat quod multis sola gratia baptismi suffecit tolerandæ persequutioni: vt Romano Iosiæ & pleriſq; aliis, imò & gratia fidei, sicut antea de sancta Emerentiana memorauimus. 3 Adhuc cõferri solet cõfirmatio baptismo in perfectione: quãuis enim necessarius est baptismus, dum cœli ianuas pandit, atque adeò velut aditus quidam est ad omnia sacramenta: cõfirmatio tamen baptismum in hoc superat, quod ab eminentiori ministro cõfertur: neq; enim vel homo quispiã prophanus, vel simplex sacerdos potest conferre cõfirmationẽ, sicut de baptismo diximus, sed solus episcopus potest confirmare. vnde & Samaritani non à Philippo diacono, sed à Petro & Ioane sunt cõfirmati (sicut Innocentius Papa inquit, quum cęteras vnctiones simplex sacerdos valeat cõferre, hanc non nisi summus sacerdos, hoc est episcopus, debet conferre. ¶ Deinde & in hoc confirmatio excedit baptismum, quod in ea deus maiorẽ hominis gratiã confert, ipsumq; impensius cõfortat in agone spirituali aduersus tẽtationes diaboli & mũdi, quia militia est vita hominis super terrã: rectéq; Paul⁹ Ephesios suos admonet, vt induant armaturam dei, & sic possint stare aduersus insidias diaboli. ¶ Sequitur inde quur etiam mulieres debeãt cõfirmari: quãuis enim nõ ingrediãtur militiam corporalẽ, bellũ tamen spirituale gerũt, nec rarò nec infeliciter, sicuti Barbara, Catharina, Dorothæa & aliæ innumeræ: quapropter Paulus ait, non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Patet hinc quare paruuli cõfirmentur ea ætate nihil minus valentes quam pugnare in hoc spiritali conflictu, armantur tantum aliquando pugnaturi, atque maximè, vt sic vberiorem gratiam consequantur hîc, & maiorem gloriam in futuro.

Luc. vlt.

Cõfirmatio superat baptismum.

De sacr. vnctio. Actu. 8.

Ioan. 7. Ephes. 6.

Mulieres confirmantur.

5 Ex his omnibus potest quilibet Christianus confirma-

Adhortatio & paranes. ad cõfirmatos.

rus perpendere & secum ipse reputare, quomodo miles sit Iesu Christi, feratq; gestamen & insigne domini sui signaculum crucis in fronte. quisque igitur cõsideret subinde hoc Christũ sibi inclamare, quod audiuit ex eo Cõstantinus imperator, cui monstratũ est signum crucis, & cũ hoc dictum: In hoc signo vinces, si secum cogitet quilibet Christianus se crucis signaculo confirmatũ, meminerit inde se in hoc signo victorẽ abiturũ, in quo gratiã receperit & pugnandi & viuendi. Quisquis ergo in peccatis est cõstitutus, is nimirum proditor est Christi, qui ab eius insigni descidit ad hostes, ad diabolos, ad peccata: crux itaque Christi clamat aduersus peccatorem in cœlum, vsque adeo vt nõ possit aliquis clamor huic cõferri, quod tu homo peccator militare hoc principis tui signaculum gestas, sed opera interim tua te hostem proclamant, & aduersarium testantur: vnde fictitius Christianus: imò & proditor agnosceris, quoniam in militia nemini vexillum concreditur, nisi animoso & forti. In sacramento autem confirmationis tibi dominus Iesus vexillum suum commisit & tradidit, vt cum eo pugnares fortiter, neque vili cederes at tu ad leuem hostis insultum cedis, imò decidis, & à principe tuo descisc is, & te hostium tuorũ potestate & parti coniungis. ¶ Sed quod adeo inermes efficimur sub hoc vexillo, rationem nobis reddit Gulielmus quõdam episcopus Parisiensis dicens, Attende quod fides & reuerentia huius sacramenti iam pro parte apud Christianos periisse videtur. Nihil enim amplius honoris & reuerentiæ ei relictum videtur, nisi hoc solùm quod non ab aliis quam à summis sacerdotibus, id est episcopis ministrari permittitur. Quam verò nunc passim nõ erudiantur homines de huius sacramenti mysterio, quam citra omnẽ deuotionem nostro seculo suscipiatur, quã impudenter quisque se primum ingerere conetur sine omni reuerentia, cum magno omnium tumultu, testes nobis sunt hi oculi nostri, vt nemo iam miretur, sacramentum hoc modicum aut nullum penitus habere in huiusmodi hominibus effectum, sicut & Paulus ait, non impugnè euasisse istos qui sacramentum altaris irreuerenter tractarunt & susceperunt. Prælati ergo & prędicatores erudire debent populum de sanctimonia huius sacramenti, & quur suscipiatur: ideo enim signum crucis in fronte eorum, qui confirmandi veniunt, imprimitur,

Guilielm. Parisien.

Cõfirmatio illudi.

1. Cor. 11.

imprimitur, vt & omnem spem victoriæ suæ aduersus diabolum habeant in Christo crucifixo, & vt in omnibus tentationibus suis meminerit illius qui tandem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt quando ipse in carne passus est, nos quoque in tali cogitatione cõfortemur. Passus enim est Christus nobis relinquens exemplum, vt & nos sequamur eius vestigia. Omnes itaque vos in Christo admonitos volo, vt & pro vobis & liberis vestris subinde memineritis huius præclaræ confirmationis gratiæ spiritus sancti in hoc sacramento, sempérque Deum deprecemini, vt vos in hac gratia conseruet, & sic vos hîc hostes vestros superare possitis & peccatis resistere, atque post hanc vitam consequi illam æternam, Amen.

Hebr. 12. 1. Petr. 4.

¶ Finiunt Homiliæ de confirmatione, & sequuntur aliæ de glorioso venerabili sacramento altaris sacratissimi corporis Christi.

DE HVIVS SACRAMENTI INSTITUTIONE, & quæ in eo fiant miracula, quomodo se quisq; ad dignã illius susceptionẽ præparare debeat. Quantum fructum inde proueniat iis, qui hoc condignè suscipiunt, quid vicissim mali indignè sumentibus. ¶ Omnia hæc ad longũ inuenies lector homilia quarta primæ partis in die cœnæ dominicæ. ¶ Quomodo etiam verum Christi corpus essentialiter hîc sit, & verè quidem in sacramento, cõtra Capharnaitas & Zuinglianos, itidẽ disseruimus prolixè duabus homiliis de festo corporis Christi. Quare si quis hæc legere cupiat, loca ista requirat, sed quia vltra ista adhuc alia nonnulla in hunc locum reseruauimus, ea nũc suo quoque ordine pertractabimus.

HOMILIA VIGESIMASEXTA,

de veteris testamenti figuris typicis, quæ sacramentum altaris significarunt.

¶ Memoriam fecit mirabiliorũ suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Psal. 110.

AVdiuistis dilectissimi in domino Iesu, principio de sacramento baptismi, in quo spiritualiter regenerantur homines ex aqua & spiritu sancto in Christo, Adam scilicet illo cœlesti, sicuti quisque antea natus fuerat secundum

Ioan. 3.

carnem ex Adam terrestri & peccatore, vt sic in baptismo vitã suscipiãt gratiæ. Deinceps audiuit charitas vestra quomodo Christiani in sacramento cõfirmationis gratiam recipiant spiritus sancti, qua nimirũ armantur ad publicè & intrepidè confitendam fidem Christi, & ne quis erubescat se crucis profiteri signiferũ & crucifixi militem. Proximum nunc est tertium quoque explicare sacramentum corporis Christi, quod ipse quoque dominus instituit nobis in consolationem, ad augmentum deuotionis & gratiæ diuinæ, ad pretiosissimum Ecclesiæ thesaurum, in memoriam quoque passionis suę & mortis, in pignus futurę salutis. sicut enim, naturaliter loquendo, homo ad hoc vt sustentetur in vita corporis, suo quodam indiget victu & cibo, ita secundum spiritum anima quoque vel maxime opus habet ad sustentationem vitæ spiritualis quodam suo cibo, qui & est hic ipse sacratissimi corporis Christi, quo spiritualiter pascitur atque fouetur anima: iuxta verbum domini, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui mãducat carnẽ meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Rectéque adeo sacramentum hoc Eucharistiæ nomine appellatur, quod eo frui debemus ad gratiarũ actionem deo reddendam: deinde Eucharistia dicitur & bona gratia, quoniam in participatione seu communione huius sacramenti modo quodam vberiori confertur gratia quàm in aliis, in quibus dominus Iesus operatur tãtum per virtutem suam: hic autem ipse essentialiter est fons omnis gratiæ. Crebra igitur huius sacramenti perceptio non tantum venialia tollit peccata, & pœnam mortalium, quorũ iam pœnitentiam egeris, verùm etiam excellenter auget gratiã dei, ita vt anima velut absorpta videatur in Christo ipsique incorporata, sicut & beata Monica augustini mater, cum iubilo exultabat semper post huius sacramẽti perceptionem. Quũ enim deus iam inde ab origine mundi magna sit operatus miracula, vt in mundi & humani generis creatione, in præualida & omnipotenti prouidentia gubernandi omnia quę condita sunt, in magnis illis & prodigiis quæ fecit in AEgypto, in deserto, in Iudæa, ob quę nimirum dominus deus Iudęis signa quædam instituit memorabilia, hæc tamen mirabilia omnia multis modis excellit & superat, mysterium inquam redẽptionis generis humani per passionẽ & mortẽ Christi, in

Ioan. 6. *Luc. 24.*

Ioan. 6.

Eucharistiæ.

Monicæ.

Gene. 1.

in cuius memoriam hoc ipsum instituit sacramentum, dicens, hoc facite in meam commemorationem, idque præuidens propheta in spiritu exclamauit: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se, &c. Aue Maria. *Luc. 22.*

¶ Euangelium Ioannis sexto, vel Lucæ vigesimo secundo, vel ex epistola prima ad Corinth. 11.

EX multis, quæ sacramẽti huius cõcernunt sublimitatem, nõ minimũ illud est æstimandum, quod plures figuras typicas habuit, quàm vllum aliorum sacramentorum, tum in lege naturæ, tum scriptis illius Mosaïcis: neque profecto idipsum temerè, primum enim factum est ad dignitatem huius sacramenti præ cæteris designandã ampliorem. nam quum figuræ sunt plures, quarum quælibet suas quasdam habet cõditiones & proprietates, quis dubitet sacramentum perfectius posse multis eiusmodi typis quàm vnico demonstrari? Altera porro causa est, quod in sacramento plura occurrunt creditu difficiliora, quàm in alio quoquã, sicuti alibi probauimus. Vt ergo corda hominum præparentur magis ad eiusmodi præclara mysteria huius sacramenti fortius credenda, deus solita clementia tot figuras proposuit præuias, vt nos erudiremur & addisceremus magis tanta hæc & præclara illo sacramento comprehensa. Tertia ratio hæc esse potest, quod non latuit deum, quantũ insultum sustinere oportet hoc sacramentũ, tum ab induratis Iudæis, tum ab impiis hæreticis: quomodo futurum esset, vt illud partim impugnarent. Vt igitur pij homines ab eis minus seducerentur, sed potius per huiusmodi figuras docerentur resistere illis, ipsorum falsas doctrinas refellere, ideo tot tãmque varias iam olim figuras proposuit huius sacramenti, quæ & solarentur nos in fide, & veritatem edocerent. Quãuis autem plurimæ sint illæ, nos tamen potiores tantũ prosequemur, quoniã rem hanc plerique doctores tractarunt prolixius, atque pro fundamendo vnico omnes habent illud Pauli, Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, omnia enim in figura contingebant illis. *Plures figuræ huius sacra.* *1. Cor. 10.* *Tom. 1.* *1. Cor. 10.*

2 Prima igitur figura in lege naturæ fuit oblatio siue sacrificiũ Melchisedech. hũc refert Moyses fuisse regẽ Salen, & occurrisse patriarchæ Abrahæ postquã percussisset qua- *Gene. 14.*

Oblat. Melchisedech.

tuor illos reges, ibi Melchisedech panem & vinum obtulit: sicuti deinde in homilia de sacrificio missæ explicabitur, ad gloriam & gratiarum actionem dei, quod sanè fidem addit suo sacerdotio, neq; enim offerre cuiuis licet, sed sacerdotibus tantum: iuxta illud: Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. ¶ Hoc autem sacrificiū Melchisedech figuram gessit huius venerabilis sacramēti corporis Christi, qui etiā nunc hodie sub speciebus panis & vini in sacrificio missæ offertur: sic nimirum & deus pater ad filium ait, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Itaq; sacrificiū Melchisedech in pane & vino nostrū figurauit sacramentum, atq; hæc figura veritati non multum absimilis est, eo quòd vtrunq; sacrificium fiat in pane & vino. Idē sibi vult & nomen, quia Melchi regem sonat, & Zedec iustitiā, quis autem rex iustitiæ magnus est, rex pacis, nisi Christus? recte igitur Melchisedech Christum significat & quēlibet sacerdotem qui offert Abrahæ, hoc est cuiuis fideli, panem & vinum, corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini: atq; in hoc facilè est videre quanto nobilius & præstantius sit sacrificium Ecclesiæ quàm Melchisedech. Fuerunt autem & ex patribus nonnulli qui huiusmodi panem prædixerunt, ita enim Sapiens ait, Vade & cum gaudio vescere pane tuo: de quo & Salomon dicit, loquens de muliere sancta, facta est quasi nauis institoris, de longè portās panem suum: fecit hoc ipsum cœli regina Maria, quæ nobis panem viuum Christum dominum in hunc mundum protulit, quoniam super hoc conqueruntur omnes patres veteris legis, dicentes, Væ nobis quia panem desiderabilem non comedimus. & rursus, In domo mea nō est panis: donec panem illum nobis protulit Maria in Bethlehem quod domū panis sonat: tunc tandem verus Melchisedech Christus dicere potuit, panis qué ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Hebr. 5.

Psal. 209

Eccl. 4.

Prouer. 31

Dan. 10.

Esa. 3.

Ioan. 6.

Agnus paschal.

Exo. 12.

Ioan. 6.

3 Altera huius sacramenti figura fuit agnus paschalis, qué deus præcepit Iudæis per Moysen immolandū, & manducādum, fuitq́ue adeo ille typus Christi, qui verus est agnus dei, tollens etiam peccata mundi. Id ita esse quod agnus ille significarit Christum, quomodo in cruce oblatus est, & adhuc quotidie offertur in sacrificio missæ, vt testatur Paulus, dicens, Pascha nostrum immolatus est Christus. Quia ergo dominus

dominus venit perficere legem, postquam in vltima cœna comederat agnum paschalem ex præscripto legis, statim inde hoc ipsum instituit sacramentum, quasi volens per hoc innuere, desisse iam agnum typicum: siquidem figura designat oportet, superueniēte veritate quam significarat. Vnde rectè Paulus docet verum huius agni esum fieri oportere non in fermento veteri, neque in fermēto malitiæ & nequitiæ, hoc est in obstinatione Iudaica, vel hæretica perfidia, sed in azymis synceritatis & veritatis, in fide scilicet vera & catholica. Quod Lutherus, Bucerus, Blarer⁹, & nescio quæ hæreticorum portenta hoc sacramento vtuntur, tātum in fermento fit, nō synceritate aut veritate. Pulchrè de hac figura inquit Leo papa, Vt vmbræ cederēt corpori, & cessarent imagines sub pręsentia veritatis, antiqua obseruātia nouo tollitur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguinem sanguis excludit, & legalis festiuitas dum mutatur impletur. Tertius typus sacramenti huius iam olim extitit mā na, quo Deus Iudæos in deserto pauit annis 40. ita enim habet textus, quod quum comedissent de fructibus terræ, cessauit manna nec amplius fuit esca populo Israēl. Multa passim extant in sacris literis testimonia de manna, sed nó operæprecium est narrare singula, quo genere mensuræ collectum fit, quem habuerit saporē, quomodo cōputruerit &c. Vnicum ex multis testem audiamus Dauidem sic resonantē. Mandauit nubibus desuper & ianuas cœli aperuit. Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abūdantia. Fuisse autē hanc figurā Christus ipse explicat, quando hoc promisit sacramentū, nam & tunc huius meminit figuræ & veritatis, dicens, Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verū. hîc enim est panis verus qui de cœlo descendit, & dat vitā mūdo. Ecce iam hîc habemus figurā Mānæ Moysi, & veritatem, panē. s. verum qui de cœlo descendit, Iesum Christum. Ecce discrimen inter vtrunq;. Omnes enim qui māducauerunt māna in deserto, mortui sunt: plerique in corpore & anima, in peccatis suis, eo quòd non crediderint deo in mirabilibus suis, (vide ibidē Cyrillū & extende) sed restiterūt deo inobediētes, & murmurauerūt, sicut Dauid cecinit, Adhuc escæ erāt in ore ipsorū, & ira dei

1. Cor. 5.

Matth. 5

1. Cor. 5.

Serm. 7. paschæ.

Manna.

Exo. 6.

Ios. 5.

Psal. 77.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Psal. 77.

descendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israël impediuit. Quisquis autem panem hunc cœlestem sumit dignè, viuet in æternum. Facilè est qualitates mannę cõparare cum hoc venerabili sacramẽto, vel eo maximè quòd nullus plus habebat quàm gomor, certam suam mensuram instar modij, etiamsi multo plus collegerat: ita in hoc sacramento nihil refert maiusculam ne an paruam hostiam accipias, in vtraque enim idem est Christus, nec plus nec minus eo toto, sicut pulchrè monstrat historia quæ contigit in Sefeld iuxta Enipontum, de nobili illo in Sclosberg, qui maiorem hostiam sibi dari petebat, quàm plebi, qualem sacerdos conficit in officio Missæ. 4 Volens reliquas figuras obmitto, possem enim inducere panẽ subcinericium, quem angelus domini attulit Heliæ, is quum manducasset eũ, ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb: sic quisquis pane vescitur huius sacramẽti, is etiam dies quadraginta, hoc est tempus pœnitentiæ, Augustino teste, perambulabit vsque ad montem Oreb, hoc est fœlicitatis æternæ, quæ electis omnibus iam olim præparata est ante mundi constitutionem. Sunt qui ex nouo etiam testamento ostendant huius sacramenti typicam quandam figuram, vt sic ex triplici lege habeat testimonium figurale: proferunt autem in medium sanguinem, qui fluxit è latere Christi, quum aperuisset illud Centurio & quanuis illa sanguinis effusio reputari magis posset pro causa & merito virtutis & efficaciæ huius sacramẽti (sicut ab initio diximus) quoniam omnia sacramenta virtutem suã habent ex ipsa Christi passione. Si autem circunstantias põderemus, quod sanguis & aqua fluxerint è latere Christi iam demortui, inueniemus vtique fuisse hic duorum sacramentorum figuras, baptismi quidem & huius ipsius corporis Christi, qui in hoc venerat vt nos redimeret à diabolo & peccatis, per sanguinem redẽptionis, & aquam regenerationis: sicuti filios quoque Israël per sanguinem agni paschalis eripuit à vastatore, & per aquam rubri maris liberauit à persequutoribus Aegyptiis. Possent in hanc rem plures aliæ citari figuræ, quibus vltro supersedeo: sed ex adductis constat figuris, quod & ipse plurimum fuerint miraculosæ, & hoc sacramentum adumbrantis figuræ veritas sit: quis nõ videat, multo magis esse admirandum quod in spiritu præuidit Dauid, dominum Deum

1. Cor. 10.

Exo. 16.

3. Re. 19.

Augusti.

Ephe. 1.

Sanguis & aqua.

Exo. 15.

Psal. 110.

feciſſe in hoc memoriam ſuorum mirabilium? Atqui ea alia non eſt niſi hoc ipſum venerabile ſacramẽtum, longè pretioſiſsimus ille theſaurus quem nobis dominus reliquit in terra. Omnibus itaq; viribus enitamur chariſsimi, vt gratiæ ſuæ & meriti participes efficiamur, ſicq; tandem poſt huius vitæ decurſum æternæ conſequamur gaudia vitæ, Amen.

HOMILIA XXVII. QVOMODO *ſacramentum in hoc miſſæ officio offertur.*

¶ In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in gentibus. Mal. 1.

OMnia creauit deus dilectiſsimi, bonitatis ſuæ gratia, ita vt ipſe ſit principium, vt ait Augu. ſicq; omnes creaturas bonitatis ſuæ fecit participes, pro ſua qualibet capacitate. Atq; hoc ſanè fundamentum eſt, quur omnes creaturæ deum laudent ac benedicant, quoniam ipſe creator illorum eſt, ipſasq; omnes in ſuam ordinauit bonitatem tanquã ſummum bonum. Quum autem homo creatus ſit tã inſigni nobilitate, vt creatura eſſet rationalis, decebat vt deum ſublimiori veneraretur genere cultus, puta latriæ, qui cultus eſt ſummo tantũ bono ſupremoq; mundi gubernatori tribuendus. Atque hic ille ritus fuit ſacrificiorum in erigendis altaribus in adorando, & omnibus iis quæ inde tãquam ex fonte promanarunt, ſicut pulchrè docet Aug. Videns hoc inimicus & hoſtis pietatis diabolus, ſicut antea propoſuerat thronum ſuũ collocare in cœlo ad Aquilonẽ, vt eſſet ſimilis altiſsimo: ita & in terris ſedem ſibi conſtituere cœpit in tẽplis & ſuper altaria, vt ſe deo aſsimilaret, imo & pro deo adorari permitteret, atque ſic mundus vniuerſus idololatria repletus eſt, ſicut alia expoſuimus. Vt autem ſibi dominus deus ſemen ſeruaret bonorum, ex omnibus totius mũdi hominibus vnicam ſibi delegit gentem Iudæorum, iuxta illud quod ad Moyſen dixit: Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis. ſed & ad Iſraẽlẽ ait Moyſes: Te elegit dominus deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram: & iamiam moriturus dixit, beatus es tu Iſraël quis ſimilis tui populo, qui ſaluaris in domino? Atqui vt hunc etiam populum Iudæorum conſtantius in cultu reti-

De doct. Christ.

Psal. 147

Augusti. Idololatra.

Esa. 14.

Tom. 1.

Exo. 19.

Deut 7.

Deu. 33.

neret diuino, tot & tam varia eis præcepit sacrificia, holocausta, hostias pacificas, oblationem pro peccatis, similem quoque & agnum paschalem, sicut illa ad longum describũtur in Exodo & Leuitico. Omnia autem illa sacrificia legis oportebat cessare, sicut & impia ista gentilium sacrificia, sicut de oblationibus Iudæorum in multis locis testantur Esaias, Amos, Iohel, & Dauid in Psalmis. Succesit nunc illis tot tamque diuersis sacrificiis in noua lege vnicum hoc, & quidem gloriosissimum sacramẽtum corporis & sanguinis Christi. Quod in spiritu præuidens Malachias dixit, In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mũda, quia magnum nomen meum in gentibus &c. Aue Maria.

Leuit.3.

Huius equidem sacramenti vsum putarim longè præclarissimũ esse in officio missæ, ibi enim consecratur, ibi offertur, ibi à sacerdote etiam sumitur. Atque in ea re nõn est aliquid controuersum annis iam inde mille quadringentis, vnde aliquid erroris fuisse exortum, donec nunc tandem iis periculosissimis temporibus à Christo & apostolis prædictis, nescio qui ab heri aut nudiustertius nati Neochristiani, sanctum illud atque adeò vnicum Ecclesiæ sacrificium impugnare tentarint, aduersus vniuersalem Catholicæ Ecclesiæ vsum, aduersus manifestissima, vtriusque testamenti scripta, aduersus constantissima sanctorum patrum ab Ecclesia receptorũ testimonia, aduersus sancta & à sancto spiritu administrata concilia. Vt ergo vos quoque in hac fidei parte confirmemini, nec aliquam etiam leuissimam erroris suspitionem hîc apud vos habeatis, ecce nunc diuina feruente clementia ipsis sacrarum literarum testimoniis docebimus, in officio missæ sacro sanctum illud corporis Christi sacramentum pro viuis & defunctis offerri.

1.Timo.1.
2.Timo.3.
1.Pet.3.

1 Priustamen quam ad locos pro defendendo missæ sacrificio perueniamus, inducenda quædam videntur ad hanc rem non parum profutura. Principio itaque si diligentius contemplemur cœnam dominicam, & quid antea post eam factum sit, videbimus Christũ sese tripliciter obtulisse: primum typice in agno paschali ex ritu legis, erat enim ille typus suæ oblationis tam in cœna quàm in cruce consummatę, atq; sic typicè Christus oblatus est in omnibus veteris testamenti sacrificiis. Manducauit autem & Christus vtique agnum paschalem cum discipulis suis, atque ex more Iudaico

Matt.26.
Luc.22.

Christus ter oblatꝰ.

eo antea obtulit sicut per Moysen fuerat præceptũ, & hoc modo finem imposuit sacrificio simul & sacerdotio, vt quẽadmodum agnus ille paschalis primum fuerat in lege Mosaica sacrificium, ita esset & postremum. ¶ Deinde obtulit se dominus per modum sacramenti, quando hoc venerabile instituit sacramentum, quod ille vtiq; in sua benedictione obtulit. vt sicut vetus sacrificium pariter & sacerdotium in hac vltima cœna finem acceperunt, ita eodem ille rursus tempore sacrificium nouum nouumq; institueret sacerdotium, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Eodem respexit & Paulus quum ait, aufert primum vt sequẽs statuat. Quod si sacerdotium instituit nouum. nouũ quoq; oportet sacrificium ordinari, quoniã tria hæc paribus passibus ingrediuntur veluti se mutuo comitantia, lex sacrificium & sacerdotium, sicut de lege dicit Apostolus: Translato sacerdotio oportuit &, translationem legis fieri.

Exod.12.
Luc.21.
Heb.10.
Heb.7.

¶ Tertio vt victima se obtulit dominus Iesus in ara crucis ad redemptionem vniuersi mundi: iuxta prophetiã Esaiæ, oblatus est quoniam ipse voluit. & inter multa quæ ad Hebræos scriptas reliquit apostolus Paulus, sic dicit: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationésque ad eũ qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. & inde, hoc fecit semel seipsum offerendo. Rursus quoque, quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum Deo.

Esaiæ.53.
Heb.5.

¶ Omnia hæc eo magis sunt ponderanda, quòd quisquis illa penitus capit, facile videt quàm vera sit Ecclesiæ sententia, quàm sanctus vsus, circa missæ sacrificium. vt autem veritas hęc omnibus magis ac magis innotescat, adhuc diligentius scripturarum testimonia euoluemus, ita enim Lucas ait: Appropinquabat dies festus azymorũ qui dicitur pascha: & infra: Venit autem dies azymorũ in qua necesse erat occidi pascha: hæc ne Iudaicum tantum sapere sensum videamus, sed quod & ad Christum pertineãt facile colligimus ex Matthæo & Ioanne, apud illũ enim sic ait Iesus discipulis suis, scitis quia post biduũ pascha fiet & filius hominis tradetur vt crucifigatur: hic autem in hæc verba prorumpit. Ante diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transiret ex hoc mũdo ad patrem. Paulus

Heb.7.

Matt.16.

quoq; testatur pascha nostrum immolatum esse Christum.
Ioan. 13. Norunt autē qui in scholis versantur homines eruditi pe-
1 Cor. 5. sah siue pascha proprie in natiuo idiomate dici transitum,
inde sumpta origine, quando angelus domini primogenita
occideret AEgypti, conspicatus postes ædiū esse sanguine
Exod. 12. conspersos, transibat inde. Et nos si penitus introspiciamus
Christus in cœna. verba Euangelistæ, videbimus apertè Christum verū illum
esse & Euangelicum agnū paschalem, qui diebus azimorū
debebat occidi, filius, enim inquit hominis crucifigetur,
Volēs nimirū sic finem imponere figuris, & mysteriū illud
sanctum tāquam verus Messias instituere, vnde Paulus ait,
legem vmbram tantū habuisse futurorum bonorū. Vt iam
nō deceat ambigere quenquā nos nunc verum habere agnū
paschalem in hoc sacramento Christum dominum: illudq;
non minus nunc oportet offerre, quam olim offerebatur in
veteri testamento, alias Ecclesia pauperior esset quā synagoga. siquidē & agnus paschalis primū offerebatur: deinde manducabatur, sicut & in alijs fiebat sacrificijs, quod ex
Leuit. 6. Leuitico, & alijs libris satis constat. Eo facit quòd sacerdos
1. Reg. 2. hoc ipsum intendens proponit in missa per verba Ioannis,
Ioan. 1. quum dicit ante communionem, Agnus Dei qui tollis pec-
cata mundi, miserere nobis. His latius confirmandis multa
possent adhiberi, sed sufficiant illa, oblatum enim fuisse etiam olim agnū paschalem, manifestè testatur scriptura dicens, Victima transitus domini est. & alio loco sic habet, Im
Exod. 12. molabis phase domino Deo tuo. 3 Quum igitur Euange-
Deut. 16. liū de huius sacramēti institutione propriè in suo saluberrimo sensu expenditur, apparebit omnino dominum, quū dixit ad apostolos, Hoc facite in meā commemorationem, voluisse, vt in Ecclesia sua sancta permaneret iugis & perpetua sui sacrificij memoria vsq; ad consummationē seculi: & quia scripturæ sacræ intellectus ex præcedentibus debet & sequētibus verbis eruī, hic quoq; ex omnibus circunstantijs colligimus idipsum voluisse Christū ijs verbis, quasi dixisset, Multa hactenus habuistis in veteri testamento sacrificia, ex ijs etiā præcipuum & solenne illud agni paschalis.
Augusti. de doct. chris. At ego qui institutor sum & dator nouæ legis, ecce quia nunc vetera transierunt omnia, cunctaq; iam innouata, hic nouū quoq; sacrificium vobis instituo, quod vetera omnia adimplet: hoc ergo iā facite in meā cōmemorationē, ad rememo

memorationem meæ passionis, & consummandæ per passionem oblationis, quæ iamiam instat. Nouum itaq; illud sacrificiū facite & vos noui sacerdotes, in mortis meæ memoriā. ¶ Hinc iam liquet, quàm careat errorū, quod turpitet somniant Neochristiani & temerariò affirmāt, missam non tantum esse memoriam Christi suæq; passionis & mortis, sed & vltimæ cœnæ: vñ & missam, cœnā nomināt, quum tū hoc & rationi aduersetur & vniuersæ scripturæ. Quod enim hoc magnum esset mysteriū, cogitare Christū cum discipulis suis cœnasse, atq; ibi agni carnes māducasse vinumq; bibisse? Quæ foret isthęc mentis in Deū eleuatio? Aliter nos docuit Paulus inquiēs. Quotescūq; māducabitis, panē hunc & calicem bibetis, mortem domini annūciabitis, donec veniat. ¶ Mysterium porrò hoc diuinitus didicit Paulus, vnde nemo inficias ire poterit, aut vel minimum resistere tam manifesto scripturæ testimonio: siquidē missa repetita illa commemoratio est, non vtique cœnæ dominicæ, sed passionis Christi & mortis, in qua ille se pro peccatis obtulit totius mundi. ¶ Vt iam irrefragabile sit missam passionis Christi subinde ingeminatam esse memoriam, sicut idipsum vniuersus vestium habitus, imo & gestus omnes in missa designant (vide in passione ex Gabriele.)

Missa nouæ cœnæ.

Ridendi Lutherani.

1. Cor. 11.

Tom. 1.

4 Atqui hic mihi videor audire nescio quem ex Neochristianis prorumpentem & inclamantem, Quod si missa commemoratio tantum est passionis & oblationis Christi, ipsa vtique non erit sacrificium, siquidem rei alicuius esse memoriam, & rem ipsam, nónne dissentiunt? sicut & Cæsar aliquis pictus, Cæsar non est. ¶ Audio te homo mi, etiāsi modestior esses, sed tu quod ignoras, vel sciēs dissimulas, en disce. Necessarium vtique est vt in ecclesia sit memoria passionis & mortis Christi, sed longe aliter est memoria illa in missa & in alijs rebus, puta figuris & similibus. Id vt intelligatur ab omnibus, norit quilibet Christianus, quod extra spirituale sacrificium, quod vtique consistit in mundicia cordis, in humilitate, & deuotione orationis, & in castigatione propriæ carnis, sicut Paulus Romanos docuit vt seipsos Deo exhibeant hostiam viuam & acceptabilē domino. Extra oblationem illam munerum, quæ quilibet pro gratia sibi collata confert, vel in xenodochia, vel leprosorū sustentationem, vel tēplorum structuras, vel in cultum di-

Sacrificiū spiritus.

Roma. 12.

uinum iuuandum, sicut ab origine multi per legem naturę & Mosaicam, atq; in Euangelio obseruatũ est. Extra vtrunque illud sacrificij genꝰ, prima est victima Euãgelica, Christus ipse Dñs noster, qnomodo se obtulit in cruce pro peccatis totius mũdi. ¶ Atq; ea oblatio semel tantum facta est, quia Christus resurrexit à mortuis, neq; moritur amplius: de hac oblatione sæpe loquitur Paulus ad Heb. subinde affirmans ipsam semel tantũmodo esse consummatã: ait enim per sanguinem proprium semel introiuit in sancta æterna redemptione inuẽta. Et iterũ, Christus inquit, semel oblatus est ad multorũ exhauriẽda peccata. ¶ Rursus in alio loco, In qua volũtate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Neq; multo post, Vna oblatione cõsummauit in sempiternũ sanctificatos. ¶ Alterum porro sacrificiũ Euangelicum etiã est corpus sacratissimũ Christi, non sic quidem quod oporteat eum rursus mori, vt antea in cruce, sed in mysterijs sacramenti. ¶ Vt quẽadmodum veteri testamẽto offerebatur typicè, in cruce visibiliter & realiter, ita nunc in ecclesia offeratur sacramentaliter, atque hoc multis modis oblationẽ superat synagogæ, & tamẽ inferius est oblatiõe Christi facta in cruce, vnde & Græci sacrificium vocãt incruentum ἀνίμακτον ἱερουργίαν quod non perficiatur sanguinis effusione. Habet autẽ iuge & perpetuũ hoc Ecclesię sacrificiũ, virtutẽ & efficaciã suã à Christi oblatione in cruce: quapropter Ecclesia eleuato in missã sacramẽto, sic incipit orare, Memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta, Christi filij tui domini nostri tã beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus preclarę maiestati tuę de tuis donis, ac datis, hostiã puram, hostiã sanctã, hostiam immaculatã. ¶ Meminit inde sacrificiorũ Abel, Abrahæ & Melchisedech, atq; subiungit: supplices te rogamus omnipotens Deꝰ, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuũ, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Quid sibi obsecro vult ijs & alijs verbis ecclesia aliud, nisi quia sanctissimæ trinitati proponit corpus Christi & sanguinem, atq; vtrunque in mysterijs offert, subinde mentionẽ faciens passionis & mortis Christi, suæque oblationis in cruce. ¶ Sicut enim Christus vult nos hoc sacramẽto vti in sui memoriam, ita Ecclesia repræsentatiue passionem Christi

Victima Christi.

Roma. 8.

Heb. 7. 9. & . 10.

Sacrificiũ sacramentale Christi.

Canon.

Christi innouat corã Deo, vt is vel hoc modo magis sit nobis misericors & propitius: proinde ecclesia in quadam oratione secreta sic orat. Concede nobis quæsumus, vt quoties huius hostiæ cõmemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Atque in ipsa etiam missa nõ simplex est repræsentatio dominicæ passionis, sed ea sic trinitati offertur in sacrificio missæ, sicut & operatio passionis Christi influit ac in bonum prouenit, vniuersis ecclesiæ membris. ¶ Quumque Ecclesia quotidie susçipiat fructum passionis Christi, ideo quotidie missæ sacrificiũ celebratur: iuxta illud Augustini, Accipite quotidie quod quotidie prosit. cui cõsentit & hoc Ambrosij verbũ: Si sanguis Christi effusus est in remissionẽ peccatorum, semper debeo accipere, qui semper debeo habere pro peccato medicinam. 5 Vt autem quæ cœpimus dicere, tandẽ finiamus (vide lib. 1. c. 10. de sacrificio missæ) sacramentum hoc quadruplicẽ habet vsum in Ecclesia: primũ enim memoria tantũ est passionis Christi, & nõ oblatio: vt quum prophanus quisq; tempore paschali. vel etiam quilibet infirmus, susçipit illud. ¶ Secundo consyderatur hoc sacramentum vt oblatio tantum, idque factũ est in cruce die parasceues, vbi Christus seipsum obtulit sacrificiũ pro nobis, & hostiã Deo in odorẽ suauitatis. 3 Est sola quædã repręsentatio passionis Christi sine vlla oblatione, fit hoc in die parasceues, quando nulla missa celebratur. 4 Vsurpatur insuper sacramentum hoc, & memoria & repræsentatio passionis ac mortis Christi, simulque vt sacrificium, atque id quotidie fit in sacrificio missæ per vniuersum orbem Christianum: vbi nomen Dei magnum nunc est inter nos, qui antea eramus gentiles: atq; sic nomini Dei sacrificatur & offertur oblatio munda, sacratissimum corpus domini Iesu. ¶ Estq; hæc præclara ex multis operibus Dei in nos misecordia, quam in hoc nobis contulit, quod ille vnigenitum filium suum nobis dedit, imo donauit, vt iam Ecclesia eũ quotidie possit rursus offerre Deo patri. & quanuis hoc ipsum faciat quotidie, tamen filius Dei semper est ecclesiæ, dicente Paulo, Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit? Omni igitur cũ humilitate nos præparemus, vt fructũ huius sacrificij sancti in missa participes efficiamur,

Dominica 9. post pentecost.

De verbis Domin. Ambros.

Malac. 1.

Roma. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicq; gratiam & gloriã impetremus à domino Deo, Amen.

HOMILIA XXVIII.

De sacrificio missæ.

¶ In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in Gentibus. Malach. I.

SVperiori homilia, dilectissimi in domino, diximus sacrificium huius sactamenti in officio missæ offerri pro omnibus ordinibus totius Christianissimi, pro viuis adeò & defunctis. Id autem quum impugnent nouatores isti & fidei nostre, & sacramentorum omnium, quanuis cuilibet verè pio homini satis esse debeat vnanimis ille & quidé constantissimus totius ecclesiæ cõsensus, age verbo Dei tamen inuisibili id fortius adstruamus. Primus itaq; nobis testis adesto diuine Malachia, & da testimoniũ huic sacramẽto. Ecce non est mihi, inquit dominus, voluntas in vobis, & munus nõ suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomẽ meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. ¶ Propterea hic quia ex omnium aliorum numero est vltimus, ideo paulo manifestius expressit hoc ipsum sacrificiũ missæ, & nõ immerito vtimur hoc loco, tanquam scuto aduersus hæreticũm tela, siquidé iam olim ante mille & centũ annos eodé vsus est B. Augustinus contra Iudæos, pro defendenda huius sacramẽti oblatione. Nunc ipsa prophetæ verba ponderemus. videamúsque quàm aperte & luce meridiana clarius probẽt sacrificiũ missæ. ¶ Præuidit ille principio in spiritu repulsam Iudæorũ, quos nunc ipsi quoq; videmus toto terrarum orbe exules, ideoque dixit ad eos, non est mihi voluntas in vobis, quasi dicat, nolo vos, alium mihi iam porro deligam populum ex Gentibus collectum. Impleuit hanc prophetiam Paulus quum diceret Iudæis. Vobis oportuit primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis dominus. Meritoq; adeo id factũ est, quoniam nolebant esse dei, quẽ corã Pilato abnegabant, dicente enim illo: Ecce rex vester: respõderunt, Regem nõ habemus nisi Cæsarem. Vnde quis

Missa sacrificium.

Malac. 1.

Augusti.

Actu. 13.

Ioan. 19.

de quis iam mœretur amplius, quòd Iudæos reiecerit deus, quẽ ipsi antea nolebant agnoscere dñm? Deinde cõmemorat hic propheta, futurũ esse vt cessarent sacrificia Iudęorũ, dum ait, Munus nõ suscipiam de manu vestra. Id iam consummatũ esse in Iudæis quis nõ videt? quando omnibus legalibus destituti sunt sacrificiis, impleta nimirũ nunc prophetia Oseæ dicentis, dies multos sedebunt filij Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Hoc iam testatur experientia cõpletũ, sicut idem dominus per alios pphetas prædixerat, vt Esaiam, Amos, Iohelẽ, &c. ¶ Ad hæc subiungit propheta, gentiũ quoq; vocationẽ, quũ ait, Ab ortu solis vsq; ad occasum magnũ est nomen meum in gẽtibus, sicut antea magnũ fuerat nomen domini inter Iudæos, ita hic vaticinatur esse futurũ, vt sit etiá magnum in gentibus: de gentiũ autem vocatione plura vide Tom. 1. Postremo testatur nouũ substituendũ esse sacrificium euangelicũ illud, ait enim, in omni loco sacrificatur & offertur mihi oblatio mũda. Iam si præcedentia cõferamus, quomodo deus repulerit & reiecerit à facie sua Iudæos, & in eorũ locum vocauerit gentes, quódque abrogarit Iudæorum sacrificia, quibus successerit illud nouum, nõ aliud vtique nisi sacrificiũ missæ, sacrificium illud mundũ, quia agni immaculati dei, qui tollit peccata mũdi: nemo enim alius venit in mundũ, mundus præter dominum, qui & præseruauit matrẽ suam Mariam: sacrificiũ hoc in omni loco per vniuersum Christianismum offertur, sacrificium illud iuge, externum vnicus Christianorũ thesaurus, vt infra latius dicetur, & manifestè idem quoque legere est apud Tertuli. cõtra Iudæos. ¶ Deũ immortalẽ quantum desudarunt, quámque anxiè laborarunt Neochristianorum prædicatores, imò seductores, in hoc textu dilanian do, quorum tamen nullus cum alio cõuenit (vt ipse vicinis meis Memmingensibus aliquando fraterna pietate motus scripsi, quãuis cum exigua fruge, quia nolebant videre, sed cum cæcis prædicatoribus maluerunt turpiter errare.) Possem hic quoque rem hanc in longũ extendere ex Zuinglij, OEcolampadij, præpositorum Nurembergensiũ, Blarrer & Lamperti, aliorúmque erroribus, sed quur pias catholicorum aures offenderem? (vide præfatam admonitoriã ad Memmingenses, & lib. 1. de sacrificio missæ.) 2 Iuuat in

Oseæ. 3.

Ioan. 1.

Tertul.

Memmingen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius Prophetæ testimoniis aliquando diutius immorari, audire itaq; ne pigeat quę ille subiungit, postquá de aduentu Messiæ fuerat loquutus, sic enim ait de Christo: sedebit
Mala.3. cōstans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & argentū, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, & placebit domino sacrificiū Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui.

¶Quid obsecro dicere poterat apertiùs de sacrificio hoc Euāgelico, quàm quū dicit, Christus ille Messias purgabit filios Leui, hoc est Euangelicos sacerdotes, vt exponit Hie-
Hieron. ronymus, qui nō vitulos, & sanguinem hircorū, sed sacrificia offerrent iustitię, scilicet eucharistiā, virtutes omnium sa-
Clossa. crificiorum in se cōtinentem. Itaque & si plurimum cōmendauerat propheta sacerdotiū synagogæ in capite secundo, hic tamen ostendit Christum longe sublimius & dignius sa-
Mal.2. cerdotium esse præparaturū, per hoc quod ait, eum colaturum atque purgaturum vt argentum & aurum. ¶Testatur insuper & sacrificiū hoc melius & præstantius fore, quàm illud in lege, quia erit sacrificium in iustitia, nō iuxta ritum Aaronis & posteritatis suæ, sed secundum ordiné Melchi-
Dan.12. sedech, ex antiquo, sub speciebus panis & vini, sicut huius mentio quoq; fit in canone. Omnia hæc ad longum induco in admonitione ad Mémingēses & de sacrificio missæ, ca.3.

Missæ sacrificiū lege. 3 Accede & tu vir desyderiorum Daniel sanctissime, da testimonium huic Euangelico sacrificio. Tu enim quum prophetiam haberes de diebus nouissimis non satis intellectam, audiuisti vtique ex angelo, quoniam eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impiè agent impij. Porro docti intelligent, & à tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille trecentos triginta quinque.

¶Implendam autem hanc quoque prophetiam testatur
Matt.24. Christus apud Matthæum, atque hic manifestè cōstat quomodo iuge sacrificiū Christianorum, quum aduenerit abominatio desolationis sub tempus Antichristi, iacebit & vndique desinet. Hoc illud est quod peruersi isti prædicatores negant esse sacrificiū, vt sic missam tandē omnino aboleant, pręcursores Antichristi & internuncij Sathanę, quoniam in particularibus ecclesiis hoc moliuntur, quod Antichristus omnibus attentabit. ¶Multoque adeo magis hoc iam

iam faciunt recentes Capharnaitæ Zuingliani & sacramentarij quàm Lutherani, dum & panē suum pistorum pro sacramento manducant. Hæc ista omnium certissima abominatio est desolationis De illis porro prophetæ verbis & Euangelio Christi plura inuenies Tom.2. de tempore, similiter in admonitione nostra ad Mémingenses, ne abominabile suscipiant opus abrogādi missam. 4 His veteris testamenti testibus ades & tu fidelissime testis Paule, qui ex tertio cœlo diuinam scientiam nobis attulisti. Ecce autē ille ad Hebræos sic dicit: Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cōstituitur in iis quæ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Quod si ergo pontificis hoc munus est offerre pro peccatis, & pontificatus ille externus nō desiit etiam nouo testamento, sed digniori est commutatus, itaque etiam num hodie summus sacerdos externum debet habere & administrare sacrificiū? Atque illud in ecclesia vnicū est, puta sacratissimū hoc corporis Christi.

Zuinglia.

Hebr.11.

¶Possent huiusmodi multo plura citari testimonia, ex Esaia, Sophonia, Dauide, libris regum, &c. cuique homini pio ea, quæ adduximus sufficientem debent facere fidem.

5 Et tamen vt manifestissime constet rem hanc vndequaque esse firmatam cōstantissimè, ex sacris etiam doctoribus testimonia adducemus, quibus vtique tam in vita quàm doctrina propitius semper adfuit deus, & post mortem ipsos innumeris illustrauit miraculis. Diuus Ignatius beati Ioannis discipulus ad Smyrnenses sic scribit, Non licet sine episcopo neque sacrificium immolare, neque missas celebrare.

Ignatius.

En fidum tibi testimonium de sacrificio missæ. ¶Clemens quoque idem & papa, & martyr, in aliis inquit, locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in iis quibus episcopus iusserit: loquitur ibi de eo quod nisi in locis sacris missa celebrari non debeat (licet verba illa in exemplari Augustæ excuso sint fraudulenter prætermissa) Ita nimirū Neochristiani non possunt Euangelium suum defendere, nisi & libros corrumpant optimorum quoque patrum, sicut præclarè Hieronymus Empserus sacræ & benedictæ semper memoriæ docuit Lutherum plusquā in 400. locis nouum testamentū corrupuisse. Et ô interim hominē illum euāgelicum, Euangelij scilicet doctorem strenuū, potius errorum satorem ac veritatis corruptorē. Insuper sacrificiū affirmat

Hieron. *Empse.*

Irenæus. & approbat ex veteribus etiam Irenæus Polycarpi discipulus, qui & ipse sectator fuit Ioannis Euangelistæ: is enim sic ait, Christus noui testamenti nouã docuit oblationem, quã ecclesia ab apostolis accipiens in vniuerso mundo offert.

Lib. 2. epist. 3. ¶ Præterea Cyprianus quoque episcopus & martyr ad Cæciliũ sic scribit, Admonitos nos scias, vt in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat à nobis, q̃ quòd pro nobis dñs prior fecit, vt calix qui in cõmemorationem

Lib. 4. ca. 21. de doctr. Chri. eius offertur, mixtus vino offeratur. Epistolæ huius meminit etiã Augustinus, ipsamq; cõmendat, vnde facile tuebimur sacrificiũ esse in missa, deinde in calice vinum aqua esse permiscendum, quanuis id Luther solita tantum temeritate motus, pertinaciter negat, & fieri vetat. ¶ Possem hic plures inducere doctores, Augustinũ, Chrysostomũ, Ambrosium, Origẽ. Basil. & similes, sed breuitatis studio volens pertranseo. Atque vt tandẽ finiam, quandoquidem ecclesia catholica ab ipsis iam inde temporibus apostolorũ per vniuersum mundũ in hodiernũ diem, cum debita pietate & reuerentia, ipso suo iugi vsu confirmans, credit in missa sacrificari. Admoneãtur hic catholici sacerdotes cum magna deuotione ibi offerre sacratissimũ corpus & sanguinem Christi, iuxta præceptũ Christi in apostolis suis, & per eos omnibus relictũ presbyteris, quãdo dixit, Hoc facite in meam commemorationem, hoc est, quod ego feci, & vos facite, cõsecrate, offerte, &c. Ideo enim & altare habemus, iuxta sententiam Pauli,

Hebr. 13. altare autem tam Græcis quàm Hebræis affirmantibus ab offerendo nomen habet Θυσιαστήριον.

¶ Vbicunque ergo missam piè celebrant sacerdotes, & eandem deuotè audiunt stantes alij, profecto & hic gratiam & illic gloriam æternam habebunt à domino Deo, Amen.

HOMILIA VIGESIMANONA,

qua obiectiones contra missæ sacrificium diluuntur, & idipsum confirmatur.

¶ In omni loco offertur. Malach. 1.

Luc. 22. Actu. 2. QVis dubitet iuxta præceptum Christi de offerendo sacrificio in sui memoriam datũ & iunctum apostolis, eos paruisse, quos & Lucas affirmat in actis perseuerasse in doctrina apostolorum & communicatione & fractione panis & orationibus: formam autem celebrandæ missæ sine dubio

dubio Petrus cum reliquorum apostolorum consilio, tanquam caput eorum & supremus à Christo doctor constitutus in ordinem redegit, vt Hugo meminit in libro de sacramentis, affirmãs principio tres tantũ orationes in missa dici solitas. Reliqui doctores putant Petrũ primã missam publicè Antiochiæ celebrasse, quando tanta hominũ multitudo cõuersa est ad fidẽ, vt ibi primũ cœperint dici Christiani, sicut Lucas affirmat & post eum Eusebius. ¶ In eadẽ sententia est Isidorus episcopus Hispalensis, quum ait, Ordo missæ, quibus oblata deo sacrificia cõsecrantur, primo à sancto Petro est institutus, cuius celebrationẽ vno eodẽq; modo vniuersus peragit orbis. Ordinẽ autẽ illum scripto primus complexus est Iacobus episcopus Hierosolymitanus, quemadmodũ testatur sextum concilium Cõstantinopolitanum, quanuis ea forma deinceps dilatata amplius est in ecclesia Græca per Basilium & Chrysostomũ, sicut & varij generis cantica addita sunt, & hymni laudum in ecclesia latina, quanuis maior pars canonis ab apostolis est constituta & derelicta. ¶ Sicut ergo Petrus missam primus celebrauit Antiochiæ, deinde Romæ, & Iacobꝰ Hierosolymis, Marcus vero in Alexãdria, ita & S. Andræas in Achaiæ ciuitate Patras, vt sacerdotum ordo vniuersus affirmat, qui hoc & viderunt & per vniuersum Christianissimum descripserunt, in hunc modũ, Quoniam AEgeas dixit ad B. Andræam, Nisi in hoc cõsentias, vt sacrificium diis omnipotentibus offeras, in ipsa cruce quam laudas te fustigatum affigi præcipiã. Andræas respõdit, Omnipotẽti Deo, qui vnus & verus est, ego omni die sacrifico, non thuris fumũ, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum quotidie in altari crucis sacrifico, cuius carnes postquã omnis populus credentium manducauerit, & eius sanguiné biberit, agnus qui sacrificatus est, integer perseuerat & viuus. & quum verè sacratus sit, & verè eius carnes manducatæ sint à populo, & verè sanguis eius haustus sit, tamẽ vt dixi, integer pèrmanet, & immaculatus & viuus. ¶ Nõne hæc tibi sanctissimi apostoli verba videntur instar validissimi arietis perimere vniuersam sacramentorũ hæresim? siquidem non semel hic B. Andræas affirmat carnes Christi vere manducari: infringunt eadem & errorem eorũ, qui negãt missam esse sacrificiũ, quoniam cõstan-

S. Petrus missam legit. *Hugo.* *Actu. 11.* *Libr. 2. de eccl. histo.* *Isidorus.* *De consec. distinct. 2.* *Iacobus.* *Philaletꝰ cap. 39.*

ter in iis asserit apostolus à se quotidie sacrificari agnũ immaculatum & viuũ Christum. Satisfaciãt hæc piis hominibus & vere Christianis. alias enim lõgius q̃ per decem homilias materiam hanc possem explicare. 2 Sed quum peruersi isti doctores miserrimè sacram scripturam dilaniãtes, fucatis verbis conentur simplices à vera fide seducere in errores suarũ hæresum, vt illorũ quoque ratione habeamus: age nũc fraternæ admonitionis gratia, hac vna homilia istorum calũnias diluamus, quibus nihil præualere possint aduersus ecclesiam Christi: & quanuis hic mihi mos nunquam fuerit inter prædicandum multa disputare, & vltro citrõq; adductis argumentis volitari, eo q̃ non perinde omnia obseruant simplices, quæ pro qualibet parte vel affirmentur vel negentur, atq; sic cõfundũtur: hic tamen ineuitabilis me vrget necessitas, vt cogar argumẽta quæ isti in dies obiiciũt catholicis dissoluere, ad fidei nostræ defensionẽ. Quid igitur faciã? Sane diuina assistente clemẽtia, hac via incedã, ne quis ex simplicitate dicta vel cõtradicta minus rectè intelligat, vel iis offendatur. Neochristianorũ itaque obiecta per modum interrogationis proponam, vt magis intelligatis.

Hebr. 10. Christ⁹ semel offertur.

¶ Principio quæro quũ Christus quotidie sub sacramento offertur in sacrificio missæ, idq̃ue sæpius vna die, quotquot tandem missæ celebrãtur, quid est quod Paulus toties ait ad Hebræos, Vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos? sanctificati autem sumus per oblationem corporis Christi semel. Sæpius hoc ipsum repetit in ea epistola Paulus: & cõsimiles locos iam supra induximus. Inde, si iã quærat catholicus quispiam, quomodo ecclesia quotidie offerat Christum, quẽ Paulus perhibet semel tantum esse oblatum. ¶ Audi nũc vicissim, Verùm quidẽ hoc est, quod Christus seipsum tantum semel obtulit in ara crucis proprium suum effundendo sanguinẽ, vbi & dimensiue oblatus est, fuitque holocaustũ, per amorẽ, pacificũ, per effectũ, peccatum, per obiectum, circa quod &c. ibi enim operatus est ille redemptionẽ generis humani, omniáq; adeo pacauit in sanguine suo quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. Sicut autẽ semel oblatus est in cruce realiter in ꝓprio corpore, ita nũc quotidie offertur modo quodã incruẽto in mysterio huius sacramẽti, sicut supra satis edocuimus, vt nihil amplius resideat circa hãc quæstionẽ dubitationis: quoniã quod semel oblatum est

Cor. 1.

Ho. 26.

est in pretium, iugiter adhuc offertur in mysterio: sic enim Christus perseuerat sacerdos secundum ordinem Melchisedech in æternum. 3 Rursus quæritur, quum missa sit testamentum Christi, iuxta illud, hic est calix noui testamenti in suo sanguine, Testamentũ autẽ promissio est hominis morientis, facta hæredibus de bonis suis: hæreditatem porro hãc Christus demonstrauit, quũ dixit fore vt corpus suũ tradatur, & sanguis effundatur in remissionẽ peccatorum: si ergo missa est remissio peccatorũ nobis à deo facta: quomodo poterit esse sacrificiũ? ¶ Respõdetur, & si huius sacramẽti institutio, & reliqua quæ circa eã contigerunt, possent cõparari testamento, ipsa tamẽ in se missa testamentũ nõ est, sed magnum quoddam noui testamenti mysterium, siquidem à symbolis non sumitur efficax argumẽtum, nisi in eo in quo tota consistit symboli similitudo. Quid quod neq; mediocrem habet speciẽ missam dicere testamentũ, quia quũ testamẽtum simul mortem inuoluat testatoris, Christus in qualibet missa moreretur, sed nec ipse Luther in hac perstitit sententia, quũ in Germanico sermone de missa dicat eã veluti sigillũ esse noui testamenti, quod si sigillũ eius est, quo tãdẽ modo erit ipsum testamentũ? ¶ Idẽ hinc quoq; patet, quod testamentũ omnia testatoris bona includat oportet, id autẽ hîc non fit, quoniã nõ tãtum peccatorũ remissionẽ inuenias in bonis Christi, sed & omnẽ gratiã sacramentorũ, ipsamq; adeò vitam æternã, fructus illos omnes quos deus communicat suis electis. Cæterum error hîc prouenit ex siniſtro intellectu, quẽ Luther hausit ex verbis Christi, ignorat enim quomodo calix dicatur nouum testamentum, quia nõ adeò crudè & ineptè accipi debent verba Christi, quasi sanguis Christi sit nouum testamentum: quoniam sic sanguis etiam hircorum aut vitulorũ fuisset vetus testamentũ: quod tamẽ nec Luther ausit dicere: quapropter sicuti vetus testamentũ fuit lex vetus & ipsa sanguine firmata, teste Paulo, quũ ait, non sine sanguine dedicatum fuisse vetus testamẽtum: nam simul atq; Moyses vniuersam legẽ prælegisset populo, accipiens sanguinem vitulorũ & hircorũ cum aqua & lana coccinea, & hysopo, ipsum quoque librum, omnem populum asperſit, dicẽs: Hic sanguis testamenti quod mãdauit ad vos Deus. Ita pari modo nos quoq; intelligamus lẽgem hãc nouam Euangelicam, hoc ipsum inquam testamẽtum nouum,

Psal. 109.

Luc. 22.

Missa non testamẽtũ

Heb. 9.

Hiere. 31.

Hebr. 9.

Exo. 24.

confirmatum esse sanguine Christi. Atque debebāt hoc col
Matt.26. ligere Neochristiani ex verbis Christi apud Matthæum &
Marcum quum dicit, Hic est sanguis noui testamenti, hoc
est, illo meo sanguine nouum testamentum confirmatur: si-
cut & in veteri testamento Moyses asperges vniuersum po
pulum sanguine, dixit, Hic est sanguis testamenti siue pacti
Exo.24. quod pepigit dominus vobiscum super omnibus sermo-
nibus illis. Concludimus ergo missam nō esse nouum testamē
tum, quin imò vniuersa lex euangelica, cū omnibus iis quæ
comprehendit est testamentū nouum, è quibus etiam missa
non exigua pars est euangelio, velut insita & à Christo insti
tuta, atq; deinceps ab omni ecclesia catholica pro sacrificio
habita per totum Christianismum. Vide plura in libro no-
stro tertio capitulo secundo, tertio, & quarto.

Missa op⁹ bonum. 4 Præterea quæri solet, Missa Dei promissio est, quomo
do ergo opus bonū esse potest, quū sit Donū Dei. sicut ergo
baptismus nec opus bonū est, neq; vlli prodest nisi baptiza-
to, ita suspicari q;s posset missam quoq; nemmi cedere in bo
nū nisi celebrāti. ¶ Atqui error is est profecto nociuus mul
tum, antea inauditus, negare missam esse opus bonum: quis
enim vsqueadeo perfricte frōtis qui dicere audeat, Chri
stum non feciſſe opus bonū, quando sacramentum illud &
instituit & consecrauit primus: totiq;e suæ reliquit Eccle-
siæ in sui memoriā? Age autem quisquis es, aude nōnihil di
Matt.26. cere impudentius, & nega Mariā opus bonum feciſſe, quo-
niam caput Christi vnxit vnguentis pretiosis, quum tamen
in hoc laudem meruerit apud dominum. Quur nō & Chri
stus opus fecerit bonum, totū corpus suū relinquens Eccle-
sie in sacramento, iamq;e tum in cœna incipiens quod erat
in cruce consummaturus? quid multa? in propatulo est, quū
Christus missam celebrare præceperit dicens, Hoc facite in
meam commemorationem, eam esse opus bonū, siquidē do
minus ipse præcepit. Itaq; non nuda tātū promissio est mis-
sa, quāuis ea concurrat, sed etiā est opus. Mirūq;e adeo vi-
deri solet quod Luther tanta temeritate negat missam esse
sacrificiū, quā tamen præcipuè in fide collocat, quæ vtique
Ioan. 6. est opus bonū, iuxta illud Christi, hoc est opus Dei vt creda
Missa do-mō dei & oblatio. tis in eum quem misit ille. Neque vero repugnant hæc duo
sibi inuicē, quod illud sacramentū in missa sit simul & Do-
num Dei & oblatio, sic enim omnia veteris quoq; testamēti
sacrificia

sacrificia erant dona hominibus diuinitus collata, sicut & v- *Psalm.23.*
niuersa terra est & plenitudo eius, vnde dns per eūdē pro- 49.
phetā dicit, Meæ sunt feræ syluarū, iumenta in mōtibus &
boues, cognoui oia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecū
est. Alibi quoq; in oratione sua Dauid sic clamat ad domi- *1. Par.29.*
num, In manu tua magnitudo & imperiū omniū, & quæ de
manu tua accepimus, dedimus tibi. Ecce quomodo Dauid
vult omnia sacrificia quæ offerimus Deo, ea nos tanquā mu
nera antea habere ab eo donata cōsistūt ergo illa duo simul,
vt aliquid sit donum Dei, & oblatio. Id ecclesia quoq; pul-
chrè confitetur in canone, dicēs, Offerimus præclaræ maie-
stati tuæ de tuis bonis ac datis hostiā purā, hostiā sanctā, &c.
Quanuis & hoc errore non caret, quod nemo pro alio de-
beat offerre in missa, inde sumpto argumento, quod nullus
pro alio possit baptizari: sacramenta enim in huiusmodi ca-
sibus non omnia eiusdē sunt conditionis: nā & hoc aduersa
rij fateātur oportet, quod nemo potest baptizare seipsum,
& tamen hoc sacramentū potest quis administrare sibiipsi.
ideo non valet illatio de vno sacramento ad aliud: quū ergo
baptismus tantū & solū baptizatū purget, non propterea e-
uincitur sacramenti huius oblationē etiā aliis non prodesse,
quia in hoc seipsa habet oblatio, baptismus autē quū sacrifi *Genes. 17.*
ciū non sit, etiā alis non prodest: sicut & in veteri testamen
to alius pro alio non circuncidebatur, & tamē sacerdos pro
vniuerso populo offerebat, itaq; sacrificiū missæ non soli tā
tum prodest celebranti, sed & circunstantibus, imò & viuis
& defunctis. 5 Quarto quærat aliquis, quomodo sacra-
mentum hoc in missa offeratur. quum tamen à sacerdote to
tum manducetur, id enim si propriè loquamur, magis est à
Deo accipere & tribuere nobis, quàm deo offerre? Atqui
etiā hic Neochristiani scripturas non sātis intelligunt, imò
nec per transennā videtur aspicere, quomodo enim non vi
derant alias, dempto solo holocausto, de reliquis sacrificiis
partem suā accepisse sacerdotes & manducasse? Id adeo luce
clarius liquet ex Historia Heli, cuius filij in se concitauerāt *1 Reg.2.*
deum, ideo quod partem carnium nōdum oblatarum extor
quere conabātur: verùm hoc displicuit deo, & erat peccatū
filiorū Heli grande, quare & sacerdotiū ab eo ablatū est. Ec
ce peccauerunt illi, non manducantes vtiq; de sacrificiis. id
enim licebat ex lege, sed quia antequā offerretur extorque-

Offerre & mãducare

bant: quid igitur reliquum est, nisi vt admitemur insignem Lutheri in dilaniandis scripturis temeritatem, dum resistés hîc spiritui sancto, negat simul posse consistere, vt aliquid offeratur & manducetur, quum tamen hoc sacrę literę apertissimè testentur? Itaque dum altare habeamus in Ecclesia, iuxta Paulum, habemus & legem nouam, & nouũ testamentum, nouumque adeò sacerdotium, necessariò sequitur nos sacrificium quoque nouum habere, pascha scilicet nostrum Christum Iesum, quia semel seipsum obtulit deo patri in cruce, sanguinem fundens proprium, meritò & nos quotidie illud iuge sacrificium offerimus in mysteriis sub specie sacramenti in missa, vt sic & nos sacrificij sui sancti in cruce peracti, passionis quoque & mortis, summi omnium meriti participes efficiamur, quod nobis præstet idem qui & passus est pro nobis Iesus Christus dominus noster, Amen.

HOMILIA XXX. QVA PROBATVR *substantiam panis, & vini non remanere in hoc sacramento, sed suo quodam modo corpus & sanguinem Christi.*

¶ Accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicẽs, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Luc. 22.

Luc. 1.

NOn est impossibile, inquit angelus Gabriel ad Mariam, apud deum omne verbum, quã regulam subinde animo suo voluat quilibet Christianus, tanquã inconcussum fidei nostræ fundamentum, quum enim pleraque in se contineat fides, naturæ limites longè superantia ipsumque naturalem captũ & intellectum excedentia, captiuare nos oportet intellectum nostrum in obsequium fidei: dicamus ergo iuxta illam Gabrielis regulam, non est impossibile apud Deum omne verbum. cœlum & terram vniuersaque huius mundi ex nihilo esse cõdita, profectò nostro aduersatur intellectui, nos quoq; resurrecturos in die nouissimo, ea carne quæ interim computruerit à vermibus absumpta, vndequędam alia per transmutationem sint enata, quis credat humana ratione ductus? Aliud nos docet speculum fidei, quoniam nihil horum impossibile est apud Deum: & quũ vndique sit necessaria, tamẽ omnium maximè requiritur in hoc venerabili sacramẽto, in quo omnipotentiã suã Deus demõstrat in plenitudine & multitudine miraculorũ, dicẽte Prophe-

2. Cor. 10.

Hæc regula in fide.

pheta, Memoriam fecit mirabilium suorum, quæ ad longũ explicauimus in homilijs de tempore, & nunc sub breuitate libet transcurrere. 1 Quod hic desinit esse substantia panis & vini. 2 Quod tamen accidentia manent.

Psal. 110.

3 Quod accidentalia illa vt albedo, sapor, per se subsistunt, & nulli substantiæ inhærent. 4 Quod panis in corpus Christi conuertitur, & vinum in sanguinem.

Miracula Euch.

5 Quod hîc corpus Christi incipit esse sub sacramento altaris, hoc est sub specie panis sine medio, id est, quod nõ cœlitus descendit ab vno orbe ad alium per aërem vsq; ad altare, sed extra omnem motum per media loca incipit esse in sacramento. 6 Quod vniuersum corpus cum omnibus suis membris naturalibus est sub hoc sacramento.

7 Quod etiam corpus totũ, est sub qualibet hostiæ parte. ita vt vbi caput est, ibi sint & reliqua membra omnia.

8 Fracta in super specie hostiæ & diuisa, quęlibet pars integrum est sacramentum, sicut corpus etiam Christi & in multis hostijs & in pluribus est locis. 9 Quod ibi Deus sustinet naturales operationes omnes in accidentibus panis & vini, non secus atque si substantia panis & vini adesset.

10 Quod desinentibus iam accidentibus panis & vini amplius esse, Deus tunc mirabiliter aliam materiam creat, ita vt hostia consecrata perinde nutriat hominem atq; alia non consecrata. Omnia hæc naturam longe superant, quoniam ea naturę autor operatur, sicque ibi impletur verbum Christi, Apud homines hoc impossibile est, apud Deũ autem omnia possibilia sunt: sic em̃ visum est diuinæ suæ maiestati. Miraculorum autem istorum omniũ fundamentum cõsistit in ijs verbis quæ in principio præmisi, iis enim manifestè arguit Euãgelista, quomodo Christus panẽ acceperit in manus suas, quẽ consecratũ & benedictũ, panem amplius non appellat, sed ait, Hoc est corpus meũ. Quæ verba vt sunt clara & aperta, ita plane simplicissima. siquidem ea dixit Christus ipse qui sapiẽtia est & veritas æterna, via simul & vita, Quumq; ille sit omnipotẽs, & omnes creaturæ suo pareãt imperio, vocat enim ea quæ nõ sunt tanquã ea quæ sunt, non decet aliquẽ iam porro Christianũ ambigere, quin ille verbis suis omnia potentibus & panẽ hunc potuerit facere corpus suũ, sicut & fecit iuxta verbũ illud, vnde nostra hactenus excurrere cœpit præfatio. Aue Maria.

Luc. 11.

Ioan. 14.

Roma. 4.

¶ Iam dudum in nostris homiliis de tẽpore audistis charissimi, quid credit Ecclesia circa venerabile corporis Christi sacramentum, neque tunc vacat ea omnia repetere. Sunt autẽ quidam sectarum & hæresum studiosi, qui seipsos separauerunt ab vnitate fidei, & rescid erunt vinculum charitatis, vt
1. Cor. 1. iam non vnum sentiant nobiscum, & dicant contra Apostolum. Ex iis iam olim surrexit hæreticus Vuickleff, qui & renouauit hæresim Berengarij ex Andegauo in Gallia. is turpiter errauit, dicens substãtiam panis & vini manere in hoc sacramento. errorem hunc sequuti sunt & Vualdenses & Albigenses, & Amaricenses: qui omnes semel abnegata vna cum fide, etiam Ecclesia, idem senserunt. Eduxit hanc hæresim ex eorum libris relictis tãdem & Lutherus, qui quanuis adhuc profitetur veritatem corporis Christi contra fœderis sui socios, Carolstadium, Bucerum, Capitonem, Blarerũ & similes, putat tamen substantiam panis in sacramento manere realiter, vnde multa corruũt quæ nobis per Ecclesiam proponuntur. Refellẽdus itaque nobis est hic error, ne simplices decipiãtur, Vt autem omnia hæc faciliùs intelligatis, meliorique ordine ea comprehendatis, in aliquot articulos vobis breuiter digerã. 1 Primum omniũ constat hanc conuersionem panis in corpus Christi esse possibilem. Probat hoc Damascenus quũ dicit quomodo naturaliter per comestionem panis, & vinũ & aqua per potionẽ in corpus & sanguinẽ comedentis & bibentis transmutantur, & nõ fit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius: sic & panis propositionis, vinumque & aqua per aduentum spiritus sancti supernaturaliter transmutantur in corpus & sanguinẽ Christi. Vult dicere, quantum equidem intelligo, Quum naturaliter videamus in cibo panem conuerti in carnem mandu cantis, & vinum in sanguinem, quamuis id naturaliter fiat cum tempore & opere digestionis: nemini mirum fieri debet Christum panem in suam transmutare carnem. quod enim creatura potest naturalis, idem longè perfectius potest etiam dominus & author creaturarum omnium. ¶ Confirmatur illud per hoc quod legimus Deum ex leuioribus cautis essentias creaturarũ transmutasse, vt quando ex limo terræ formauit corpus Adæ, ex costa rursus Adæ fecit Euã ho
Transsubstantiatio possib. Damasce. li. 4. c. 16.
Creaturarũ trãsmutatio.
Genes 2. Exo. 7. 17
minem integram. Similiter quod per Moysen & Aaronem virgam cõuertit in serpentẽ, & vicissim serpẽtem in virgã, omn

niaq; hæc in momento tẽporis. In super vxorẽ Loth cõuertit in statuã salis, & omnia flumina AEgypti in sangui
Gene. 19. nẽ. Quod si potuit Deus aquã educere de petra durissima: Exo.
quid nunc? num abbreuiata est manus domini? Atq; vt ad 7. 17
pauca redigã, neque opus sit omnes scripturæ euoluere historias, En vobis beati Ambrosij verba de sacramẽtis, quæ renarrat etiã Gratianus de cõsec. dist. 4. can. re vera, is inter
De myst. reliqua sic ait, Re vera mirabile est quod Deꝰ Manna pluret patribus & quotidiano cœli pascebantur alimẽto: postea hæc comparat ad corpus Christi in sacramento. Deinde
Exod. 16 ostẽdit maiorẽ esse virtutẽ benedictionis quàm naturæ, & inducit virgã cum serpente Moysi, flumina AEgypti madentia sanguine, & hinc sequitur, Circuncluſus erat vndiq;
populus Hebræorum, hinc AEgyptijs vallatus, inde mari Exo. 14.
clausus, virgã leuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum specie se congelauit, atque inter vndas, via pedestris apparuit, Iordanis retrorsum conuersus contra naturam in
Iosue. 4. sui fontis reuertitur exordiũ. Marath fluuius amarissimus
Exod. 15. erat, vt sitiens populus bibere non posset, misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aqua cũ natura deposuit, quam infusa gratia subito temperauit. Sub Helisæo
4. Reg. 5. propheta vni de filijs prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. misit Helisæus lignum in aquã & natauit ferrum. Aduertimus igitur maioris potentiæ esse Dei gratiã quàm naturam. Quod si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignẽ de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, vt species elementorum mutet? Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, nun potest ea in id mutare quæ sunt, quæ nõ erant? non enim minus est dare quã mutare nouas naturas rebus. Quòd igitur posit hoc facere Christus, ommino manifestissimum est ex scripturarũ collatione, & vsqueadeò negari non potest, vt etiamsi ex Neochristianis quispiã tergiuersari volet, Christoq; recusẽt tribuere illud, is vtiq; minus sentiet de diuina eius potestate
Mat. 14. quàm diabolus ipse Sathan, qui tamen dixit ad eum, si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: liberè & ingenuè per hoc confessus, eũ virtute verbi sui posse naturam lapidum in panes conuertere· & tamẽ multis modis distat magis magisque diuersum esse lapides transmutare in panes, quã panem in carnẽ. Vt ergo hæc finiam, affirmo facile esse Chri-

Ioan. 6.

sto, vt per verbum suum mutaret seu cõuerteret panem in carne, quando & de quinque panibus & piscículis duobus satiare potuit quinq; milia hominũ, ita vt duodecim cophini insuper fuerint reliqui. Quum itaq; illud realiter & essentialiter hoc modo sit factũ, quis dubitare audebit Christum etiã sacramentaliter posse vniuersam quoque pascere Ecclesiam multis hostijs, quæ quidẽ sint in corpus suũ conuersæ? Possem similitudines naturales multas inducere ex August. de ciui. Dei, ex Solino, Plinio, Isidoro & alijs, quomodo sint fontes qui ligna trãsmutẽt in lapides, alij in ferrum, sed missa facio hæc omnia vna cũ argumentis & rationibus doctorũ. 2 Neq; vero possibilis tantũ hæc est trãsmutatio, sed & à sanctis patribus, & tota semper ecclesia habita est pro ea quæ facta sit, & adhuc quotidie fiat in cõsecratione huius sacramenti. Quanuis etiam hoc liquet ex verbis Christi, quæ in præfatione induximus, quoniã accepit dominus panẽ, & post benedictionẽ dixit, hoc est corpus meũ. Et qđ hic ipse intellectus sit verus, facile ex cõcordi doctorum omniũ sententia cõfirmabimus. Et primus in hoc prodeat nobis Cyprianus martyr & doctor inelytus, is ait, Panis iste cõmunis in carnem & sanguinẽ mutatus, procurat vitã & incrementũ corporibus. Et infra, panis iste quẽ dominus discipulis porrigebat, nõ effigie sed natura mutatus, omnipotẽtia verbi factus est caro. Ecce quomodo sanctissimus martyr seriò asserit panẽ natura mutari in carnem, cui quis non malit plus fidei tribuere quã vel Luthero vel eius magistro Vuiklepho? Ad hæc Chrysostomus nõ diuersum ab illo sentit quũ ait, Nõ sunt humanæ virtutis opera proposita, quę tũc ipsa fecit in illa cœna, idẽ ea nũc quoq; facit: nos ministrorũ tenemus locũ, qui vero sanctificat ea & immutat, ipse est. Et hinc satis apparet panẽ à domino immutari. Eusebius insuper Emissen⁹ in homilia quadã de sacramento (sicuti renarrat Gratianus) Inuisibilis inquit, sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate cõuertit. Et alibi, Benedicẽdæ verbis cælestibus creaturæ altaribus, imponuntur, antequam inuocatione summi nominis cõsecrentur, substantia illic est panis & vini, post verba Christi corpus & sanguis Christi. Simile quid habet Augusti. in sermo. & renarrat Gratia in. c. vtrum, de cõse. dist. 2, Ambrosi. quoq; li. 4. de sacra-

Trãsubstantiatio facta.

Cyprianus.

Tom. 4. homilia 60.

Eusebius De consec. distin. 2. quia corpus.

Augusti.

sacramentis ca. 4. dicit: panis iste, panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit cõsecratio, de pane fit caro Christi. Et inde, non erat corpus Christi ante consecrationẽ, sed post consecrationem dico tibi quod iam est corpus Christi. Rursus quoque, didicisti ait, quod ex pane, corpus fiat Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, fit sanguis consecratione verbi cœlestis. ¶ Sed quærat hic forsitan sibi Lutherus euadendi rimulam aliquam, vt est ad subterfugiẽdum promptissimus, & dicat ambos illos doctores non meminisse transsubstantiationis (vt loqui solent) sed tantum præsentiæ corporis Christi, quam ipse quoque non negat. Audiat ergo vicissim Ambrosiũ sic dicentem, Tantum valet sermo Christi, vt species immutet elementorum. Idem repetit alibi quum ait, Videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa cõuertere, vt nõ possit iam esse dubium credidisse doctores ex verbis Christi, panem conuerti in corpus ipsius. 5 Idem sentit Gregorius, inquiens, Bonus pastor animam suam pro ouibus posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. Ex veteribus audiamus adhuc vnum, vt liquidò constet omnibus Christianis, quibus mendacijs hic Lutherus errorem suum oppalliare conetur, affirmans transmutationem hanc trecẽtis iam primum annis esse cõfictam, nec quicquã de ea nouisse veteres, quapropter nos antiquos patres hic citauimus qui ante. 1200. & 1100, annos: vixerunt, vt fortius mẽdacia eius turpissima retrudãtur. Theophilactus itaq; sic inquit, Hoc est corpus meum, hoc inquam quod sumitis, nõ enim tantum figura est & exemplar quoddam dominici corporis, sed in illum, conuertitur corpus Christi: dominus enim dicit, panis quem ego dabo, caro mea est. nõ dixit, figura est carnis meæ, sed caro mea est (aduertite Eucharistiæ oppugnatores. Et quomodo inquit, caro non videtur? ô homo propter nostram infirmitatem hoc fit, quia enim panis quidem & vinum ex ijs sunt quibus assueuimus, ea non abhorremus: sanguinem vero propositũ & carnẽ videtes nõ ferremus, sed aborrerem⁹, idcirco misericors Deus nostrę infirmitati condescẽdens, speciem quidem panis & vini seruat, in virtutem autem carnis & sanguinis transelementat. ¶ Oecolampadius paulo diuersius vertit, verũ vt suspectus

Lib. de myst. 4. de sacra. cap. 5.

Homilia ego sum pa storbonus.

Super Mar. 14.

Augusti.

interpres multa corrupit, velut alius de Babyla ostendit.) Hugo quoq; de sancto Victore quanuis nō sit ex antiquissimis, vetustior tamen trecētis annis, quia temporibus Hérici scilicet vixit, sic ait: per verba sanctificationis vera panis & vera vini substantia in verum corpus & sanguinem Christi conuertitur, sola specie panis & vini remanente & substantia in substantiam transeunte. Pluribus doctorū authoritatibus recensendis nunc volens supersedeo, quòd hęc iam sufficiant, &c. Oremus dominum.

Hugo lib. 3. par. 8.

HOMILIA XXXI. QVA OBIECTIONES *de pane diluuntur, & materia hæc concluditur.*

¶ Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ioannis sexto.

Panis quintuplex.

SI euangelium Ioannis, eo quē citauimus loco, diligenter intueamur, videbimus quintuplicē esse panem. 1 Est enim panis materialis, quo dominus pauit quinq; milia hominū, quo nomine regem eum creare volebāt, ipsumq; sequebantur: nam ideo, inquit Chrysostomus hoc fecit miraculum, vt per illud ad doctrinam veniret huius sacramēti.

Ioan. 6.

Chryso.

2 Fuit etiam manna quod Deus in deserto pluit Judęis, idq; hoc loco obijciebant Iudæi Christo tanquam insigne prodigium Moysi, & simile quid petebant ab eo. 3 Est & panis qui de cœlo descendit, eo nutriuntur beati in illa cœna magna ad quam omnes vocati sumus, ipsa diuinitas.

Exo. 16.

Luc. 14.

4 Insuper est panis, sacratissimum hoc sacramentum sub speciebus panis & vini, sicut ipse ait, Caro mea vere est cibus: & rursus, Panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi vita: scilicet corpus Christi mysticū etiā panis nomine venit accipiendū, quia congregatio fideliū insita Christo, iuxta illud: Qui māducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet & ego in illo. Ideoq; volēs dominus Iudæis discipulisque suis ostēdere mysteriū huius sacramēti, tot genera panis proposuit, animos eorum & cogitationes eleuaturus ad sublime quid cogitandū, & quidnā in sui memoriā relicturus esse fidelibus suis totiq; ecclesiæ: siquidem panis quē daturus esset pro mūdi vita, caro sua foret. Panē hunc dedit ille discipulis in sacramēto, peracta iā cœna: dedit & in cruce pro vita, imo pro totius redēptione mundi.

Iaon. 6.

Quum

Quum itaque dominus nō panem materialem, sed verissimum suum corpus dederit pro mundi vita in morte vsque sequitur verumetiam Christi corpus nobis esse ab eo promissum in sacramēto. Aue Maria. ¶ Nihil nō in hoc sacramento summopere stupendū est, & miraculosum quoque, quòd substantia panis transit in corpus Christi, quòd accidentia remanēt sine subiecto, & similia quę superius ostendimus. Quid igitur est quod hic quæris ordinem naturæ in Christi corpore, quum sit præter naturā ipse dominus natus de virgine? Quisque potius hoc hebet cōsiderare, quòd deus plura potest facere q̄ noster intellectus intelligere, vt inquit Hilarius. Inuisibilis enim sacerdos, teste Ambro. visibiles creaturas verbo suo secreta potestate cōmutat: vnde & ipse sacerdos est in æternum secundū ordinem Melchisedech. ¶ Aduersus tamen huiusmodi indubitatā sacramenti veritatem, noui pariter & veteres eriguntur hæretici, nostróque hoc seculo maximè intumuit spiritu vertiginis & mendacij inflatus Lutherus, contendens vnà cum corpore Christi remanere in hoc sacramēto simul substantiam panis & vini: ita vt sint hic tres substātiæ, diuinitas, humanitas, & panis, sicq; necessariū non sit accidentia panis remanere sine subiecto, quum inhæreant pani, vt antea. Adfert in hoc similitudinem de ferro candente, vbi & per se cōstat ignis, & natura ferri pariter in sua permanet substātia, ita fieret etiā hoc loco iuxta sententiam Lutheri, quòd corpus Christi & substātia panis permanerent in sacramēto, pro sua qualibet substantia, & tamen inter se vnirentur velut commixta.

Hilarius. Ambros.

Error Lutheri.

2 Crassus ille nimis & stupidus est error, multum imminuens dignitatem, & reuerētiam sacramenti. Quis enim hanc ausit Christo contumeliā impingere, vt dicat aliquam creaturā esse dignam, quæ cum suo corpore cōponatur, q̄ omnes creaturas longe lateq; superat. Quid quod fateri cogeremur filiū dei sic panis in se suscepisse naturā, vt humanitatem suscepit: quū autem hoc sit vnū de maximis imò ex iis quoq; summum, quæ tempore contingerunt, q̄ & homo sit Deus, & Deus homo factus. Quis adeo erit vę sanus, vt temere credat Luthero circa scripturarum testimonium volenti diuinitatē cum irrationabili componere creatura? quū dubitent multi doctorū an hoc sit possibile, adeo nō fatentur ita esse de facto: vide doctorem solennem. Quòd si

Cōfutatio Lutheri.

Henricus de Candauo.

Lutherus ex Deo panem volet facere realem, sicuti realiter est homo, neque eius rei aliquod habet ex sacris literis fundamentum, quis nō videt hinc sequuturum vt cogamur credere atque fateri, sicut dicimus Deum incarnatum, ita etiam impanatum in sacrificio missæ, hoc est Deum panem esse factum, quod etiam audire piæ aures exhorrescunt atque formidant. Recte igitur & prudenter concluſum est in cōcilio magno ab Ecclesia Latina pariter & Græca. In Ecclesia idem ipse est sacerdos & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate diuina. Eadem quoque sententia est papæ Innocentij tertij, quando respondet episcopo Lugdunen. ¶ Crediderunt hoc veteres illi & constantissimi Christiani vniuerso terrarum orbe, sicut testatur Rabanus dicens, Nullus moueatur de hoc Christi corpore & sanguine, quod in ministerio sit vera caro, verus sit sanguis, dum sic ille voluit qui creauit: omnia enim quæcunque voluit dominꝰ fecit in cœlo & in terra. Et quia voluit, licet figura panis & vini sit hîc, omnino nihil aliud quàm caro Christi & sanguis post cōsecrationem credenda sunt: & vt mirabilius loquar, non alia planè caro quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce & resurrexit de sepulchro. Credat hoc ipsum firmiter quilibet Christianus cum tota Ecclesia, sicut ipse aliquando docuit Lutherus in quodam sermone de hoc sacramento, quāuis deinceps vt instabilis & schismaticus liberum cuique reliquit, siue crederet substantiam panis manere in sacramento, siue nō. Vbi autē penitus cœperat sæuire, ibi demū furiis agitatus clamabat impium esse, si quis crederet substantiā panis transmutari, quum tamen Chrysostomus, Cypria. Hylarius, & alij sancti patres cum vniuersa Ecclesia ante mille annos constanter hoc crediderint & affirmarint, præcipuè vero Ambr. inquit lib. 4. de sacramentis, cap. 4. & 5. Accipe quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare consueuerit, & mutat quando vult instituta naturæ. Ac paulò pōst meminit conuersionis panis in corpus Christi. 3 Quæras autē si non manet in sacramento substantia panis, quur tandem Euāgelistæ panem appellāt? aiunt enim Christum accepisse panē, sed & Lucas refert eos, qui recēs erāt baptizati in die pentecostes,

C. firmi. de sum. Trin.

C. cū Marthæ de celeb. missæ. De eucharistia. c. 4

In sermone eucharist.

Contra Zuing. & Oecolampad. & regem Angliæ.

obiectio.

tecostes perseuerasse in doctrina apostolorum, & cōmunicatione, & fractione panis & orationibus. Paulus quoque ad Corinthios nō raro sacramentum hoc panem nominat, siquidem ita inquit, Panis quem frangimus nónne communicatio corporis domini est? & inde: Probet seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat: suspicaretur hinc forsitan aliquis, si non maneret hic substantia panis, sacramentum hoc panem nō esse dicendum, sicut in hoc multum laborat Lutherus? Ad hoc respondetur primo, Lutherum hic Euangelistis tribuere, quod eorum nullus habet, quanuis enim Matthæus, Marcus, & Lucas, affirment Christum post cœnam accepisse panem in manus suas, tamen de pane loquuntur nondum consecrato, nullum autem videas Euangelistam vocare etiam panem post consecrationem. Quid quòd contrarium manifestè patet ex Luca, quoniam is refert Christum in prima cœna agni Iudaici accepisse calicem cum vino & dixisse, Accipite, diuidite inter vos: dico enim vobis amodo non bibā de genimine vitis huius, donec veniat regnum dei: sacramentum autem hoc tandē instituit peracta cœna. Quòd si ergo substantia vini maneret in sacramento, vtique Christus contra priora sua verba bibisset de genimine vitis illius, quòd credendum nullatenus est, sapientiam scilicet dei æternam subito adeo verborum suorum esse oblitam, & contra id quod iamiam dixerat fuisse. ¶ Quin potius cum tota ecclesia confitendum est in sacramento non manere substantiam vini. Quod autem Paulus & Lucas adhuc panem nominant, faciunt id sane pro more sacrarum literarum, quæ rem aliquam non semper appellant id quod iam est, sed quod ante fuit. sic conuersa iam virga Moysi in serpentem, similiter & virgis maleficorum mutatis in dracones, virga Aaron deuorauit virgas maleficorum, vbi scriptura serpentem virgam vocat, eo quòd antea serpens fuerat. ¶ Paulus etiam sacramentū hoc propter speciem vocauit panem, quoniam adhuc post consecrationem speciē habet, & omnia accidentia panis. ¶ Insuper panem appellauit Paulus, non respiciens ad panem materialē, sed illum viuum qui de cœlo descendit, quique pascet electos omnes in æterna patria, vt supra diximus. ¶ Vsq; adeò nō probat materialis panis substantiā oportere in sacramento manere, quia sacramentū multo dignius panis vocatur,

Matt. 26. Actu. 2. 1. Cor. 10. & 12.

Panis eucharistia.

Luc. 12.

Substāti vini non mansit.

Exod. 7.

Ioan. 6.

quum adhuc habeat ſpeciem panis, quę ſerpens dicitur virga, quæ nullam iam habebat effigiem virgæ. ¶ Præterea dicere poſſumus Paulum ſacramentū hoc appellare panem, non eo quòd materialis panis ſubſtantia hic maneat, ſed propter corpus Chriſti, quod etiam appellatione panis venit accipiendum, apud prophetam dicentem: Venite mittamus lignum in panem eius. lignum crux Chriſti eſt quam miſerunt in corpus eius. ſic enim & Paulus Chriſti corpus panem vocat, quod ſi illud intellexiſſet de pane materiali, qualis eſt ante conſecrationem, non eſſet vtique panis in omnibus locis, in quibus eſt ſacramentum. Quanuis igitur Paulus ſacramentum hoc panem nominat, nos tamen non cogitemus ideo manere hic ſubſtantiam panis in ſacramento, ſed potius quia Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum, firmiter credamus & confiteamur ſubſtantiam panis in corpus Chriſti tranſmutari, ſicut expoſuerunt ſancti patres, & firmiter omnibus retro ſeculis tota credit Eccleſia.

Hiere.11.

1.Cor.11.

4 Cæterum quando nihil relinquunt Neochriſtiani in eccleſia intentatum, inter cætera laudabilem quoque illum morem calumniantur, quòd ſeruatur in templis & cuſtoditur, atque adeò ſolenni ſupplicatione circunfertur, atque ad infirmos deportatur hoc ipſum euchariſtiæ ſacramentum. ¶ Age eius etiam rei rationem reddemus. Primum quòd ſanctè in templis cuſtoditur, fit propter incertiſsimā mortis horam: quum enim tutiſsimum & ſaluberrimum ſit cuique ante mortem ſuſcipere viaticum huius ſacramenti, vnde immenſum dictu, quantū fructus percipiat homo, ſicut in cœna domini ad longum diſſeruimus, ne ergo quis hîc negligatur, decet vt ſemper in parato habeat ſacerdos hoc ſacramentum: ita ſancitū eſt in cōcilio Vuormarcienſi. ita B. Auguſtinus ait, in lib. 2. de viſit. infir. capite quarto, ſi quis infirmatur in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, vngentes eum oleo ſancto. Illud etiam viuificū dominici corporis ſacramentum ſuſcipere nō renuat, cibus enim ille ineffabilis viaticum erit tibi ſaluberrimum, redemptionis tuæ pretium. Altera cauſa quur ſacramentum ita cōcluſum ſeruatur, eſt ipſa eius ſublimitas & ſanctimonia, quo em̄ quid ſanctius eſt, eo honeſtius debet aſſeruari, ſic nimirum arca Dei tabernaculo includebatur. ſic & manna in vaſculo ſeruabatur formato inſtar calicis, quo nunc quoque vtimur in

Euchariſtia ſeruatur & ad infirmos defertur.

Tom.1.

Auguſti.

Exo.25.
Deut.10.
2.par.35.

templis, ſicut numiſmate Iudaico in ſiclis videtur conſignata inſcriptio talis, VRNA, MANNAE. Nihil autem nos vel ſanctius vel etiam ſublimius habemus in eccleſia quàm hunc ipſum ſanctum ſanctorum Chriſtum dominum in hoc ſacramento, itaque merito decentius, ac dignius obſeruari debet quàm eius figura manna: aliàs quanto pauperior eſſet eccleſia, quàm ſynagoga Iudæorum, vbi in arca fœderis ſanctè ſeruabantur duæ tabulæ Moyſi, cum decem præceptis, virga Aaronis florens, & manna. ¶ In templis Neochriſtianorum nihil omnino reperias. at Eccleſia verū manna ſeruat, venerabile ſcilicet hoc ſacramentum, in conſolationem & ſubſidium omnium fidelium. ¶ Multū quoque ſeriò præcepit Dominus Deus quomodo omnia vaſa ſanctificata ſeruari & cuſtodiri deberēt: quur nō Chriſtiani vnum illud quod habēt ſanctiſsimum quàm poſſunt religioſiſsimè cuſtodiant? ¶ Errant igitur Neochriſtiani omnes, neque leuiter errant, ſed cum blaſphemia peccant, dum ſacramentum hoc non ſanctè aſſeruant. ¶ Horreo dicere, quòd etiam effundunt quaſi non ſit ſacramentum, vbi peracta communio eſt. Contra huiuſmodi portenta hominum audi quid dicat Cyrillus ad epiſcopum Caloſyrium.

Exo.16.
Hebr.9.

Cyril.

¶ Cæterum audio quid dicant, myſticam benedictionem, ſi ex ea remanſerint in ſequentem diem reliquiæ, ad ſanctificationem inutilem eſſe: ſed inſaniunt hæc dicentes.

¶ Non enim alius fit Chriſtus, neque ſanctum eius corpus immutabitur, ſed benedictionis virtꝰ & viuifica gratia perpetua manet in illo. Quòd autem ſolent pij homines ſacramentum hoc honeſto comitatu conſequi, ſiue deferatur ad morituros, vel in publicis ſupplicationibus, totum hoc laudabile eſt, decens & Deo beneplacitum, in ſacris literis funditus datum, figuris præmonſtratum, atque adeo antiquiſsimo vſu, multis iam ſeculis inueteratum, ab eo iam inde tempore quo primum cęremonię Chriſtianorum, cœptæ ſunt publicè exerceri, annis iam mille ducentis, debetq́ue ab eo hoc quilibet Chriſtianus facere in honorem & gloriam Dei: quum enim in veteri teſtamento tantum honoris impēſum ſit arcæ fœderis, quę maximo erat apparatu inſtructa, quam ſoli geſtabant ſacerdotes, idq́ue per duo millia paſſuum ante vniuerſum populum per Iordanem: quid nos facere æquum eſt, obſecro, quātumq́ue decet honoris exhibere ſan-

Num.14.

Iosu.3. ctissimo huic sacramento corporis Christi? Ad hæc eandem gestarunt cum tubis septies per circuitum vrbis Hierico, & conciderunt muri ciuitatis, sicut & in deserto arca deferebatur ante populum, vnde constaret, vbinam castra figenda essent: longum nimis foret, quomodo illa delata

Iosu.6. fuerit in bellum, quomodo à Philistæis remissa rursus sit Iudæis in Betsames, deinde in Gabaa. Certe Dauid ipse arcam ex Gabaa, cum triginta millibus virorum, adduxit in domum Obededom, deinde in ciuitatē suam maximo cum

Num.10. *1.Reg.6.* *2.Reg.6.* honore quando etiam Dauid rex ante arcam saltitans cithara lusit, nihil reueritus etiam si ab vxore Michol derideba-

1.Par.15. tur: quam imitantur & isti Neochristiani nasutuli, lusui habentes quicquid pium est & ad cultum dei pertinet. Cui non turpe videbitur nos Christianos non plus honoris & reuerentiæ exhibere sacramento corporis Christi, quàm Iudęi impendebant arcæ? vide tu in Tomo nostro tertio de festo corporis Christi. ¶ Nec hic quoque in immensum no

Impietas Lutheranorum. stra crescat oratio, impium est, inhumanum & à Christiano homine alienissimum, scripturis omnibus, & ipsi etiam rationi cōtrarium, credere dominum Iesum esse in hoc sacramento, neque tamen velle honorem illi debitum impendere, nolle adorare, quod isti faciunt Neochristiani, qui superiores se reputant quàm vt in honorem sacramenti caput aperiāt, sese inclinent, genua flectāt. Turpe est dicere quod ferunt, eos etiam sacramentū in marsupio circunferre: quæ quis nō auersetur, exhorrescat, abominetur? Quum interim omnis scriptura clamet nōsq; clamando iubeat adorare dominū, quur non eum etiam isti sub sacramento velatū adorant? idem em̄ ille Christus qui sedet in cœlis ad dexteram Dei patris, hic in sacramento latet, quapropter diuinus honor & cultus latriæ ei impēdendus est, nō minus q̄ Deo pa-

Matt.21. tri. Quod si Iudæi Christū necdum per resurrectionē glorificatum tanto tamen honore dignati sunt, vt ei vestimenta quoq; sua substernerent: quur non etiā nunc Christo do-

Matt.28. *Phil.2.* mino glorificato, omnēmq; potestatem adepto in cœlo & in terra, atq; ad cuius nomen omnia genua flectūtur cœlestiū, terrestriū & infernorū, cōdigna reuerentia pro nostræ imbecillitatis modulo sit exhibēda? Atq; sine dubio corpus illius nomine multò pretiosius est, ideo & genua magis in eius honorē sunt flectenda, certum est enim quod quisquis non

non honorificat filium, nō honorificat patrem. Mitto quòd *Ioan.5.* omnes angeli in cœlis adorant & venerantur Christum do- *Heb.1.* minum, quur id facere gens perfida Neochristianorum recusat? sic Ioānes vidit vigintiquatuor seniores cecidisse co- *Apoca.5.* ram agno, & cantasse canticum nouum: dignus es domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo. Verum hoc Lutherani facere pertinaciter recusant. At nos Christiani, qui ecclesiā agnoscimus matrem omnium nostrum, diuinæ quoque credimus veritati, quæ dixit: Hoc est corpus meum, ideoq; dominum nostrū Iesum Christum in hoc gloriosissimo sacramento supplices veneramur: simulq; dolemus nos nō posse illi tanquam saluatori nostro condignum honorem impendere, diuinam tamen spiritus sancti iussioné implemus, lau- *Psalm.33.* dantes & magnificantes dominum Deum nostrum, etiā ado- *71.98.* ramus scabellum pedum suorū, hoc est humanitatē, cui laus, honor & gratiarum actio in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXII. VBI INCIPIT materia de susceptione huius sacramenti sub vtraque specie, & primum de concomitantia.

¶ Christus resurgēs ex mortuis, amplius nō moritur. Ro.6

ANimus est, dilectissimi in domino, differere vósq; docere, quomodo laicis satis sit pro cōmuni, tum cōsuetudine, tum prȩcepto ecclesiæ sacramentum hoc sub vna tantum specie suscipere. Rem hanc priusquam vobis aperiam, est quòd diluam nubeculam præ oculis obuolitātem, quam nobis malus, sordidus & impius iste homo Lutherus perfidus ex monacho apostata concitauit, ad obscurandā diuini luminis claritatem. scribit enim ille aduersus quoddam episcopi Misnensis mandatum: & affirmat sub alterutra specie sacramenti, alteram tantum esse partē Christi, puta sub specie panis solum corpus, & sub specie vini solum Christi esse sanguinē. Insignis hæc profecto blasphemia est, ita imminuere sacramentū, vt illi & diuinitatem adimas & animā Christi. Hæresim igitur hāc nouā, fauēte Christi gratia, mihi suscepi refellendā, siquidem si sic cōsentit, cui nimirū videri queat, Lutherū nihil honoris velle huic sacramēto deferre, neq; illud adorare, si nimirum absit diuinitas humanę

naturæ in Christo personaliter vnitæ? O bominem temerarium, qui sacratissimum Christi corpus diuinitate priuare præsumit, exangue & exanime facere non veretur: quum tamẽ in omnibus supplicijs, ipsa adeo morte diuinitas corpus & animam Christi nunquam deseruerit, iuxta regulam Damasceni, quòd semel assumpsit, Deus nunquam dimisit. Vsqueadeò vt propterea quidam doctores putarint Christum in triduo suę mortis adhuc hominẽ fuisse, quanuis id cõmuniter non recipitur. Attamen illud perpetuò in ecclesia creditum est, diuinitatẽ nunquam corpus & animã Christi destituisse. Et hæc firmiter credit ecclesia post Christi resurrectionẽ corpus eius semper manere viuũ: nõ potest autẽ sine sanguine viuere: puersa igitur & Hęretica Lutheri doctrina nobis faciet Christũ in sacramẽto demortuũ, exangue & omnino sine nomine corpus, quod etiã anima careat, cõtra id quod Paulus ait, Christus resurgẽs ex mortuis iã non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur &c. Aue Maria.

Damasce. *Magister.* *Rom. 6.*

¶ Antequàm Lutheri errorẽ eiiciam & explodã, ita vt meretur, nostramq; fidẽ confirmẽ. operepretium facturus videor, si prius rẽ ipsam explicẽ, vt sic melius intelligatis quæ deinceps tum probanda & confirmanda, tum etiam diluẽda erunt atque confutanda. 1 Dominus Iesus in huius sacramenti institutione, verbis suis ad hoc ordinatis, vim cõtulit omnipotentẽ, hoc est attitit eis sua omnipotentia, vt iam nõ significent tantũ, sed & operentur iuxta beneplacitum Dei: neque verò operentur tantum à Christo prolata, sed & ab Apostolis & eorum successoribus pronunciata: sacerdotes enim idem quoq; faciunt in sacrificio missæ, ex commissione domini quando dixit ad eos, hoc facite in meam commemorationem, hoc est quod ego iam feci, panem accipiendo, benedicendóque iis verbis, hoc est corpus meum, idẽ & vos facite. Prouenit hoc ex omnipotentia verbi diuini, dicente Psal. Omnia quæcunque voluit fecit. Et hoc nimirum illud est quod suprà cõmemorauimus, quomodo verba hæc trãsclementent, vt loquitur Theoph. & transsubstantiẽt panis viníque substãtiam, iuxta illud Augusti. nos in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem & sanguinem honoramus, neque sic cõprehendimus has duas species, quemadmodũ ante cõsecrationem cõprehendebamus, quum fideliter fateamur ante consecrationem, panem esse & vinum

Lucæ. 22. *Psal. 148* *De sent. Prosper.*

& vinum quod natura formauit: post consecrationem verò carnẽ Christi & sanguinẽ, quòd benedictio consecrauit.

¶ Penes hanc autem transmutationem attendendum est in quonam fiat. Potest ergo id nobis dupliciter consyderari, primum, quod verba hæc in sua operatione se extendant eo vsque quo pertingit eorum significatio, atque hoc dicitur ibi propriè esse per se & ex virtute verborum. Id in hũc modum accipe: quum sacerdos in missa, debita intẽtione super hostiam loco Christi pronuntiat hæc verba, hoc est corpus meum, tunc sanè verba quoad suam significationem tãtum pertingunt ad corpus Christi, non autem ad animã vel sanguinẽ: quapropter operatio Christi ex virtute verborũ, & quoad seipsam eo tantum extenderetur, quòd hîc panis corpus Christi conuerteretur: similiter quum sacerdos verba à Christo instituta dicit super calicem, vbique ex vi verborũ in se nihil aliud nisi sanguis Christi conficitur. *Transsubstantiatio per se.*

2 Sed non hic tantum insistendum est, quanuis enim sub specie panis tantũ est corpus Christi, & sub specie vini sanguis, ex vi verborum, in seipsis & sua significatione. Adhuc tamen cogitandum est, quòd ex essentiali & naturali concomitãtia, & ex inseparabili quadam vnione sub qualibet specie aliquanto plus esse oportet. Id ita intellige, etsi ex vi verborum & ipsorum significatione sub specie hostiæ tantum est corpus Christi: attamen quia Christus iam viuit & regnat, neque moritur amplius, ita vt corpus illud nõ sit mortuum, sequitur ibi etiam esse animam, quoniam naturalis ita habet concomitantia, vt vbicunque est corpus viuum, ibi sit anima. Deinde & hoc sequitur, quod si hic sit anima, sit etiam ibi sanguis oportet, quum animæ domicilium & sedes non est in sicco, sed in sanguine. ¶ Insuper quum ibi sit sanguis, sit etiam in viuo corpore anima Christi, erit ibi & diuinitas: quia quod semel assumpsit Deus nunquam dimisit, vt ait Damasce. Ex inseparabili igitur vnione sequitur, vt vbi est anima, ibi sit & diuinitas. Et sic quatuor sunt in hoc sacramento sub specie panis, primum corpus Christi ex vi & significatione verborũ, deinde anima Christi mox & sanguis, postremo diuinitas: tria autẽ hæc vltima nõ sunt ibi ex virtute & significatione verborũ, sed tantum per concomitãtiam. ¶ Hoc vt pateat magis, esto celebrarit sanctus Petrus missam in vigilia Paschæ, tunc in hostia tãtũ fuisset *Per concomitantiã.* *Rom. 8.* *Damasce.*

corpus Christi & diuinitas eius, non autem anima propter hanc ipsam concomitantiam, quia tunc anima non erat corpori vnita, sed neque sanguis ibi fuisset, quoniã solum corpus sicuti tũ iacebat in sepulchro, ita fuisset in hostia quãdo celebrasset Petrus, sine sanguine & anima: diuinitas autem quia totum triduum mansit vnita corpori & animæ, fuisset etiam hîc in missa, nõ id quidem ex verborũ significatione, sed per concomitantiam. Nunc verò quando magnificè & admirabiliter à morte resurrexit, neque moritur amplius, iam in sacramento non tantum habemus corpus, sed & animam & sanguinem Christi & diuinitatẽ, sicut & Lutherus non semel confessus est. vt autem est homo Proteus, & Vertumno inconstantior, ita nunc rursus negat, quod tamẽ Lutherani ipsi Augustę in comitiis negare nolebant. Porrò ne iam clamet Lutherus nostrum hoc esse, domique nostræ natum, & ab hominibus excogitatum, confirmabimus illud sacræ scripturæ & sanctorum patrum testimoniis.

Animarũ corpus in sacramẽto Ose. 13.

3 Etsi ipsa statim ratio docet non solum corpus esse in sacramento hostiæ: aliàs enim neque prodesset hoc sacramentum, neque factum esset, neque gratiam Dei cõferret, quæ omnia imminuerent dignitatem eius. Christus etiã nõ perfectè vicisset mortem, si corpus eius in sacramento rursus exanimaretur, contra manifestum scripturę testimoniũ, ero mors tua ô mors. sed præter Pauli locum ad Romanos, etiã alios adducam, ex quibus conclusio ecclesiastica liquidò cõstet: & primum sic alibi etiam ait Paulus, omnes nos vnum corpus sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus. constat autem ex multis membris non posse corpus vnum confici & persistere sine spiritu & anima: ideoque ecclesia in huius sacramenti susceptione, nõ tantum particeps fit mortis Christi, sed & vitæ & beatitudinis & diuinitatis, aut quomodo aliàs ecclesia esset corpus Christi mysticum?

1. Cor. 10.

Ioan. 5.

¶ Præterea Christus ipse se panem vocat, & quidem viuũ qui de cœlo descenderit: quis ergo iam Luthero credat cõtra Christum, panem hunc tantum esse mortuum, sine sanguine & anima.

Ioan. 6.

Ad hæc aperta sunt & illa Christi verba, Panis quem ego dabo caro mea est pro mũdi vita Christus autem pro mundi vita nõ dedit corpus mortuum, sed viuũ, quod tradidit ille vsque in mortem: ideóque non corporis tantum meminit, sed & animæ, quam ille pro redemptione nostra

nostra impẽdit. Nemo, inquit, maiorem charitatem habet, nisi vt animam suã quis ponat pro amicis suis: ecce quomodo animam suã pro nobis posuit dominus, non corpus exanime, vt somniat Luther. idem alibi dixit, Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Et vos itaque firmiter credite, Christum se totum pro nobis impendisse, in ara crucis, quapropter totum se quoque nobis dat vescendũ in hoc sacramento, neque in partes se diuidit ipse: quod Luther cõmentus est, multis modis diminuens authoritatem sacramenti. Omnia hæc probant ipsa Christi verba in huius institutione sacramenti, quum dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur, id vtique corpus viuum extitit sanguine viuo irriguũ, cuiusmodi dedit & apostolis in cœna sub specie panis. Possem in hoc adducere argumenta ex figura agni paschalis & mannæ, item ex rationibus quòd vnio illa inter diuinã & humanã naturã sit inseparabilis. deinde quòd in sacramento non plena esset communio, si non diuinitatem, animã quoq; & sanguinẽ viuúmq; corpus susciperemus. præterea aduersaretur hoc etymologiæ nominis, communio enim dicitur, & Dionys. vocat synaxim, in qua Christus seipsum nobis communicat: communicatio autẽ illa nimis foret angusta, si tãtũ corpus nobis daretur, nõ etiã sanguis & diuinitas: sed missa facio hęc oĩa.

Luc. 21.

Cõmunio.

4 Verũ porro esse illum quem modo commemorauimus scripturæ intellectum, facilè confirmabimus vnanimi sanctorum patrũ consensu, Primus igitur in hoc nobis prodeat sanctus martyr & põtifex Cyprianus: is ita ait, Panis iste cõmunis in carnem & sanguinem mutatus procurat vitam, & incrementum corporibus, ideoq; ex cõsueto verũ effectum fidei nostræ adiuta infirmitas sẽsibili argumẽto, edocta est visibilibꝰ sacramẽtis ineſſe vitæ æternę effectũ, & nõ tã corporali q̃ spirituali trãsitiõe Christo nos vniri: ipse enim & panis & caro, & sanguis, idẽ cibus & subst̃atia & vita factus est Ecclesiæ suę: & deinde dicit panẽ, quẽ Christus porrexit discipulis suis mutatũ esse nõ ĩ sua specie, sed natura & substãtia, p oĩpotẽtiã verbi factũ esse carnẽ. Et sicut in persona Christi apparebat humanitas, latebat diuinitas: ita ĩ visibili sacramẽto, ĩgerit & infundit se ineffabili quodã mõ diuina essentia. Quis nõ videat q̃d hîc Cyprianus ante mille & ducẽtos annos de hoc sacramẽto senserit cũ ecclesia cui meritò

De cœna domini.

fides danda est, qm̃ multas habuit reuelationes, & si in hoc asserẽdo aberrasset, vtiq; illud ei per reuelationẽ fuisset manifestatum. libere enim fatetur substantiam panis immutari. At Lutherus negat, Cyprianus insuper ait panem conuerti in carnem & sanguinẽ? Lutherus vult sub hostia tantũ esse carnem, non etiam sanguinem. Cyprianus ait diuinitatem quoq; esse in hoc sacramento, Luther diuersum sentit, contendens tãtum ibi esse corpus. Turpiter ergo errat Lutherus, & alios vnà secum miserrimè seducit. Augu. super Ioan. tractans hæc verba, caro non prodest quicquam, sic exponit, vbicũq; caro sola est, sine diuinitate & anima: quũ autem corpus Christi in sacramento multis modis prosit, oportet ex sententia Augustini diuinitatem quoque adesse & animam. Non multo diuersum sentit ibidem Cyrillus, ait enim, Caro non prodest quicquam, si sola intelligatur: namq; nihil prorsus viuificare potest, quippe quę viuificãte indigeat: sed si habitantem in hac carne cognoueritis, viuificam esse credetis: nam quoniam cum viuificante verbo caro coniuncta est, tota est effecta viuifica: quare quũ semel mortuus Christus, amplius nõ moriatur, firmiter credimus cum vniuersa ecclesia catholica, quod quia substantia panis in corpus Christi trãsit, & corpus hoc viuum est, animã habens & sanguinem etiã sub specie panis totus est Christus: diuersum enim sentire cum Luthero quid aliud fuit quam Christum denuo crucifigere? absit aũt id à mẽtibus fidelib̃: siquidẽ dominus Iesus prępotenter superauit mortem, nec iam amplius moritur, qui est benedictus cum Deo patre & spiritu sancto, cum quibus viuit & regnat in secula, Amen.

Cyrillus

HOMILIA XXXIII. AN NECESSARIUM SIT VTRANQUE SACRAMENTI HUIUS SPECIEM SUMERE?

¶ Panem cœli dedit eis manducare, Psal. 77. & Sapien. 16. repetitum à Christo. Ioan. 6.

1. Cor. 10. PRæclarã nobis de veteris testamenti factis dedit regulam Paulus dicens, quia omnia in figura cõtingebant illis. Ea nimirum clauis est, cuius artificio & ope in multis locis sacræ literæ magis patescunt, meliúsq; intelliguntur. quum ergo habeamus ex ineffabili gratia Christi in ecclesia sanctum illud & glorioſum eucharistię sacramẽtũ, in quo petractando iam ab ipso principio hac Paulina clare vsi, multas

multas huius sacramenti proposuimus figuras: nunc velut ab ouo repetentes, quæ nobis necessaria erunt, consyderemus eas rursus quæ nos docere poterunt modum suscipiẽdi hoc sacramentũ. Extat enim antiquissima figura in Abraham, cui etsi laico dedit tum, Melchisedech panẽ & vinum, quę ipse sacerdos nimirũ altissimi obtulerat ante, vnde quis forte colligat sacramentũ hoc etiam laicis sub vtraq; specie esse tribuẽdum, sicut ibi in figura contigit. Atqui si penitus rẽ introspiciamus de figuris huius sacraméti, videbimus profectò, vbicunq; illæ vniuersæ alicui multitudini sunt datæ, semper id esse factũ sub vna specie tantũ, vt in agno paschali, qui sub specie carnis solũmodo dabatur: similiter in mãna, quòd etsi typum gesserit nostri sacramenti, in altera tamen specie tantum conferebatur: vnde euidens satis sumitur argumentum laicis in vna specie tantũ cõferendum esse hoc sacramentum, sicuti sanctio habet ecclesiastica. Quãuis in scholis possit defendi Abrahã aliquale habuisse sacerdotium, quare & Christus in Euangelio tantum meminit: panis hic, inquiẽs, est panis vitæ, qui de cœlo descẽdit, vt omnis qui mãducat ex eo, nõ moriatur. Rursus, panis verus est qui de cœlo descendit, & dat vitã mundo. Et iterũ, ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet. Et inde ad Iudæos, ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdit, qui manducat ex hoc pane viuet in æternũ. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ecce quomodo vbiq; hic sola fit mẽtio panis, nusquam enim se vinum vocat, nisi figuraliter reducatur ad sanguinem eius. Ita & in ijs verbis à quibus præsari cœpimus solam proponit panis figuram. Quæ nimirum consolationem addant pijs omnibus, vt constanter maneãt cum vsu totius ecclesiæ, qui multis iam seculis obtinuit, la icis sacramentum hoc sub vna tantum specie esse porrigendum, sicut & in figuras dominus panem solum commemorat: super ijs vt liceat plura cum fructu disserere, dominúsque Iesus nobis aperiat ostium verbi ad prædicanda mysteria Christi, salutemus vna voce virginem matrem, dicentes. Aue Maria. ¶ Inter alia multa etiam hanc nobis tragœdiam concitarunt Neochristiani in ecclesia de vtriusque speciei sumptione, quanuis ea ante quoque commota est ab antiquis hæreticis, qui tamen sopiti, & pro se quisque, ab ecclesia sunt reiecti, sempérque Christiana & ecclesiastica

Obiectio.

Cene. 14.

Exod. 12. 19.

Ioan. 6.

Coloſ. 4.

veritas triumphauit inuicta, sicut in Pelagio, Nestorio, Iacobello, & alijs multis docere possumus. Vt aũt pij & constantes Christiani in vera antiquæ & indubitatæ fidei semita perseuerẽt, ipsis sacræ scripturæ testimonijs docebimus, quàm periculose, imo quã damnate errent Neochristiani, vno hoc ante præmisso, quòd isti ad sui erroris cõfirmationem subinde nobis possent ingerere, id autem hactenus in omnibus eorum rhapsodijs & consutis vndecunque commentariolis non animaduerti, estq; hoc ipsum de Abraham & Melchisedech, qui quia dedit illi panem simul & vinum, exemplum hoc possent ad sui erroris torquere defensionẽ. Verũ ad hoc respondetur primo, quando quidẽ figurę non omnes æqualiter indicant cõditiones eorũ quæ figurantur, aliàs enim vna figura sufficeret, nec opus esset reliquis. Ideo videamus quidnã ptæcipue in hac figura Abrahæ & Melchisedech significetur: præcipue aũt sacramẽtum hoc significatur in consecrante, qui & primarius est Christus ipse. is enim ideo à Psalmista sacerdos dicitur secundum ordinem Melchisedech: deinde figura illa in hoc quoq; fortiter pertinet ad illud sacramentum, quod vtraq; species noui sacrificij in pane & vino demonstratur, vt sic legale sacrificium in vitulis, ouibus & bobus significaretur esse finiendũ: atq; id satis est ad sustinendã significationẽ figuræ, neq; interim necessarium est respicere personam Abrahæ qui susceperit, aliàs enim nemo sacramentum hoc susceperus esset nisi miles, qui quatuor reges expugnasset & captiuos liberasset.

¶ Quod si etiã personam Abrahæ respiciendã diceremus, attamen Neochristiani propositũ suũ inde probare nõ possent: nã si fundamentũ videamus, Abraham vtiq; non merus fuit laicus, sed primogenitus filius Tharæ: in lege autem naturæ, officium sacerdotale fuit penes primogenitos, tantisper dũ eos permutauit dominus cum tribu Leui, sicut ad longũ disseruimus in die purificationis Mariæ, nihil igitur prævalere poterunt aduersarij ecclesiæ ex hac figura Melchisedech & Abrahæ. 2 Nunc materiam ipsam aggrediamur, cuius vt habeatis fundamentũ verũ, neq; obiter tãtum rem attingatis velut in ramis hærentes, quòd Lutherani faciunt, ab ipsis iã inde radicibus audite & attendite causam. Principio nõ sane negamus, imo liberè profitemur in quibusdã particularibus ecclesijs in principio atq; deinde aliquanto

Cene. 14.

Heb. 7.

Psal. 109.

Cene. 11.

Num. 3.

Tom. 3.

quanto post sacramentũ hoc etiã laicis in vtraq; specie esse porrectũ, docet nos idipsum præter scripturã vsus quarundam ecclesiarũ, quę ex gratia Dei melius exactiúsq; tenemus quàm aduersarij nostri. Primũ enim testatur id Paulus ad Corinth. vbi nõ semel vtriusq; meminit speciei, siquidem ait, Vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamꝰ. Quotiescunq; mãducabitis panem hũc & calicem bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec veniat. Certũ est aũt Paulum nõ presbyteris tantum, sed toti Ecclesię Corinthiorum scripsisse.

1. Car. 10.

1. Cor. 11.

¶ Fuisse eundẽ & in Aphrica morẽ manifestè declarat Cyprianus in quodã sermone de lapsis. is enim loquẽs de quadam puella, quæ mãducauerat de ijs quæ idolis erãt immolata, ea deinceps in reliqua plebe delata est in ecclesiã: quũque sinita iam missa diaconus calicẽ circũ circa porrigeret præsentibus, veniissetq; iã ad puellam, recusauit ea suscipere calicẽ, diaconus aũt adhuc vrgens illi etiã recusanti calicẽ infudit. Ecce quomodo sacramentũ calicis nõ laicis tãtum, sed & paruulis sit datus. quòd quanuis nonnulli conantur ad vinum consecratum in calice detorquere, sicuti tummos fuit quoq; in pane sacrando, & meminit Augu. insuper in ecclesia Gallica adhuc ea est cõsuetudo: attamẽ Cyprianus nõ hic tm̃, sed & in pluribus locis testatur fuisse sacramentũ: & Hierony. inquit, sacerdotes qui Eucharistiæ seruiũt, & sanguinẽ domini populis diuidũt. Præclarũ est atq; vt ex magno pietatis affectu profectũ, ita quoq; notatu dignissimum, quod in vita sancti Laurentij legitur, eum dixisse ad pontificem Sixtum, quum is iam duceretur ad supplicium, exclamauit enim, quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sine leuita properas? experire certò, vtrũ idoneũ ministrũ elegeris, cui cõmisisti dominici sanguinis dispensationem. ¶ Nõ mediocre nobis argumentũ præbet eundẽ fuisse vsum & morẽ aliqñ in ecclesijs Hispaniæ, siquidẽ in vndecimo cõcilio Toletano sancitum est, eũ pro infideli non habendũ, quisquis morbo grauatus, ibi calicẽ domini biberit, si venerabile illud sacramentũ nequeat deglutire. extant huius rei argumẽta multo plura, quæ testantur olim ita obseruatum esse in compluribus locis, sicut obsequi alia & directoria docent, magnitudo quoq; calicum & argentei canales qui hodie in ecclesijs asseruantur. 3 Porrò quod iam

Cypria-nus. Cõmunio vtriusq; speciei alĩ quando in vsu fuit.

Super Sopho. 3.

S. Laurentij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmemorauimus de vsu vtriusq; speciei, crediderim equidem vsurpatum tm̃ fuisse in tribus sublimioribus festis, quibus communiter omnes Christiani cõmunicabant, paschæ, pentecostes, & natalis domini: non video autem quomodo idipsum quoq; sit obseruatũ, vel priuata communione, vel apud infirmos & sic in sancto cõcilio Nicæno tantũ fit mẽtio corporis Christi, similiter & in Remẽsi & Vuormaciẽsi: sed mos hic non fuit cõmunis per vniuersam ecclesiã, quẽ admodũ & in multis alijs reperias, in quibus nõ sint omnia seruata æqualiter, vt circa diẽ paschæ, & de coniugatis consecrandis in presbyteros &c. possunt hæc ad lõgum tractari. Christus profecto ipse sacramentũ hoc dedit duobus discipulis euntibus in Emaus sub vna tantum specie, accepit enim panem, benedixit, fregit, & dedit illis. Augusti. ait id fuisse sacramentũ, atq; oculos eorum esse apertos, ita vt cognouerint illum qñ panem benedictũ porrexit eis. Et inde, non incongruenter accipimus hoc impedimentũ in oculis eorũ à Sathana fuisse factum, ne agnosceretur Iesus, si tamẽ à Christo est facta permissio, vsq; ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimẽtum inimici, vt Christus posit agnosci. eiusdẽ sententiæ sunt & Chrysost. & Beda, Theoph. quoq; sic ait, Insinuatur hîc & aliud quiddã, nempe quod oculi eorũ, qui panem benedictũ assumunt, aperiuntur, vt agnoscant illum. Magnã enim & indicibilẽ vim habet caro domini. Quum igitur & Christus sub vna tantũ specie sacramentũ hoc dederit, imitati sunt eũ in illo etiã prælati ecclesiæ. Præterea non parum roboris huic consuetudini ecclesiasticæ accedit inde, quod etiam apostoli in primitiua ecclesia Hierosolymis sacramentũ hoc sub vna tantum specie dederunt fidelibus. ita enim ait Lucas, erãt perseuerantes in doctrina apostolorum, in cõmunione & fractione panis & orationibus: intelligi hoc nõ potest de pane naturali: nã quid hoc magnũ fuisset eos perseuerasse in cõmunione panis naturalis, in cõuictu diurno, maximè quũ hæc ipsa fractio panis apud Lucam ponatur inter duo spiritualia, doctrinam apostolorum & orationem. Inde colligunt doctores tam ardentem fuisse populi in primitiua ecclesia deuotionem, vt quotidie communicarint, quoniam sic ait papa Sixtus, peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere

Discipuli in Emaũ. Luc. 24.
Lib. 3. de consec. eũ ge. ca. 25.
Chryso. Beda super Luc.
Act. 1.
De consec. adist. 2. c. peracta.

rere liminibus. sic enim etiam statuerunt apostoli, & sancta Romana tenet ecclesia. 4 Quid quod & veteres quum mentionem faciunt huius sacramenti, panis tantũ siue speciei panis meminerunt? Ambrosius in libro de sacramentis vbi de cõmunione laïcorum agit, panem tantum cõmemorat. Ignatius quoque ad Ephes. sic scribit, Obedientes episcopo & presbytero in prȩuaricabili sensu frangentes panẽ, qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, sed viuendi. ecce quomodo nulla fit hic mentio vini. Greg. quoque scribit, quomodo Papæ Agapito in Grȩciam proficiscenti oblatus sit mutus & claudus: ille vero celebrata missa, peractóq; sacrificio, coram omni populo dederit ei corpus dominicum & imposuerit ori, qui deinceps cœpit loqui. ¶ Et hic rursus calicis nõ meminit etiã Greg. Similiter in concilio Remen. vetitum est ne laïci deferant sacramentum corporis Christi ad infirmos, neque ibi de calice aut vino verbũ vllum. In cõcilio Vuormacien. præcipitur omnibus parochis, vt semper in promptu habeant sacramentum corporis Christi pro infirmis, de calice ne iota quidem. Sed quid multis hîc immoramur? si tantũ Christi verba apud Ioannem videamus, nullam vspiam inueniemus mentionem calicis aut vini, vt omnino mirum sit, qua tandem ratione Neochristiani conentur ex eo loco colligere necessitatem cõmunionis sub vtraq; specie in laïcis, quũ tamen altera species calicis (quam vnicè affectãt isti) nusquã ibi cõmemoretur. Nõ equidem inficias eo verum esse illud quòd dominus ait, nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis: deinde, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vera sunt hæc vtique, sed interim hîc non exprimitur sub qua specie fiat, imo nulla planè hîc species commemoratur nisi panis. nam nos Christiani ingenuè profitemur cum matre nostra ecclesia catholica, laïcũ sub sola specie panis, manducare corpus domini & bibere eius sanguinem: sicut infrà pluribus edocebimus. Vt autem aduersarij ecclesiæ & fidei interim pudefiant, & erubescãt, an obstruemus eis os impudens verbis Christi, qui dicit, Quoniã qui mãducat hũc panem, viuet in ȩternũ: laïcus vtiq; sub altera tantũ specie mãducat corpus Christi, viuet igitur in ætternũ. Quur inflatur & intumescit Neochristianus contra Christũ & ecclesiam,

Ambros.
Ignatius.
Li. 3. dial. ca. 3.
De consec. distin. 2. c. peruenit.
C. pres. byt.
Ioan. 6.
Ioan. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

volens æternam Dei sapientiam redarguere de mendacio, quasi nõ sit satis ad vitam æternam mãducare de hoc pane, nisi insuper de calice bibat: quin potius quilibet Christianus concredat verbis Christi, & intellectum suum captiuet in obsequium fidei. ¶ His omnibus fidẽ facit Lucas: is enim refert, quum venissent in Troadem, & sabbato cõuenissent frangere panem: vbi doctores venerabile hoc intelligũt sacramentũ, & ibi quoq; tantum fit mentio panis. Et vos igitur Christianæ pietatis & fidei sectatores cauete, ne decipiamini ab istis Neochristianis circa vtranque speciẽ sacramẽti, relinquite & fugite istos, potius creditote ecclesię sanctæ, quæ vobis præcepit alteram tantũ suscipere speciem. Imò & plus fidei tribuite Christo dicenti, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. quod nobis omnibus concedat ipse, qui solus est benedictus in æuum, Amen.

Ioan. 6.
2. Cor. 10.
Actu. 10.

HOMILIA TRIGESIMAQVARTA,

de susceptione huius sacramenti sub vna specie.

¶ Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Ioan. 6.

SAtis iam, satis inquam monstratum est dilectissimi in domino, quomodo in quibusdam ecclesijs à principio venerabile hoc sacramẽtum sub vtraque specie fidelibus sit porrectũ. ¶ Quærat autem hic aliquis (antequã vlterius progrediamur) qui fiat, quòd nunc ecclesia in vniuersum laïcis prohibuit calicis sãmentũ, quum tamẽ ecclesia apostolorũ & martyrũ, vt ante confessi sumus, bibere permiserit? respõdeo, & non hic volo inniti exẽplo Christi, quod tamẽ in principio circa hanc rem valuit non parum: nunc quoque Neochristiani statim vellent inde sibi quærere fulsimentum & quasi diuerticulum. quòd tametsi facerent facile adhuc possem infringere, eo quòd mutatio illa ex vrgentibus causis & validis rationibus sit facta. Sicut & exemplum Christi permitteret, hoc sacramentum suscipi post cœnam, quemadmodum & à principio multis ecclesijs atque adeo in Corinthio factitatum esse constat, id tamen ex rationabili causa est immutatũ: ita possem hic quoq; dicere, sed animus est eis ex meliori fundamento respõdere in hunc modũ. Quod in Ecclesia martyrũ hoc sacramentũ etiam à laïcis est sub specie vini in calice sumptũ, id sanè factum est propter quotidianã per

1. Cor. 11.
Cur olim laici calicem sumebant.

persequutionem & cõtinuam Christiani sanguinis effusionem, quare mirũ non est, si qui semper parati esse debebãt ad fundendũ pro fidei professione sanguinẽ, etiam Christi sanguinem sub vera specie susceperint. per hoc enim prouocabantur illi & cõfortabantur, vt cõstantius sustinerent supplicia, & ipsam quoq; mortem nõ formidarent pro fide subire. Nunc tandem ad institutum nostrum veniamus.

1 Et si quibusdam Ecclesijs principio mos fuerit communicare sub vtraque specie, vt suprà diximus, tamen æque vetusta est communio sub vna specie, sicut & idipsum probauimus: imò si singula conferamus iam inde ab initio magis in vsu fuit vnius quàm vt vtriusque specie communio, quò ad laïcos. Id inde constare potest, quòd si aliquando ita casus tulit, vt sacerdos puniendus esset, etiam ante multa secula, tunc pro pœna infligebatur ei, quatenus esset contentus in communione laïca. ita statuit Osius in concilio Sardicensi, vt quibusdam temerariis nõ detur etiam cõmunio laïca, nisi forte ad extremũ pœnitentiam agant. Et in cõcilio Agathensi decretum est. Quòd si presbyter vel diaconus capitale crimen commiserit, aut cartham falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officij honore depositus in monasterium retrudatur: & ibi tantum modò quandiu vixerit, laïcam communionem accipiat. Ecce quomodo vnius speciei susceptio qua vsi sunt laïci, vsque adeo fuit communis iam olim ante mille annos & plus eo, vt etiã velut propria appellatione laïca diceretur communio, eáque sacerdotibus pro pœnitentia imponeretur, quanuis illi etiam citra pœnam ea vtebãtur, nimirum extra missam, sicut de sancto Martino, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & Benedicto legimus, quomodo ante mortem susceperint sacramentum corporis Christi, vbi nulla fit mentio sanguinis.

Cõmunio laica.
Cap. 1.
Cap. 50.

2 Neque vero sine ratione communio hæc laïca subaltera tantum specie præualuit in Ecclesia, sed ex multis causis, quarum hic aliquot recensebimus, Primáque adeo est periculosa sanguinis administratio, facile enim effundi potest, maxime in magna hominum multitudine, vbi senes & paruuli, sani & ęgri accedũt, id autẽ cederet in magnã ignominiã sacramenti. ¶ Sed & in custodiendo periculũ esset, eo quòd species vini facile acescit, corrũpitur & perit, vnde fastidiũ oriretur hominibus & nausea, quo minus susci-

Cur laicis calix ablat.

1

pere possent. ¶ Ad hæc si vltro citróque mittendum portandum siue vehendũ sit, ne effundatur, cautio semper erit, facile enim huiusmodi liquida profundũtur. ¶ Mitto quòd non pauci sunt qui natura abhorrent à vino, alij etiam ex morbo, alij ex aliis accidentibus causis, vt prægnantes mulieres & febricitantes, &c. ¶ In ipso quoq; suscipiendi modo videtur aliquid subesse periculi, quoniã facile quispiam labiis aut lingua profunderet sacramentũ, vel etiam remaneret nonnihil adhærens barbæ aut mento, quę omnia vergerent in offensam Christi & huius sacramenti. ¶ Alexander de Ales satis idoneus testis est, hoc etiam diuinitus per miracula esse comprobatum: nam quum in quodam cœnobio fratres quos cõuersos dicunt, cuperent sibi quoque dari sacramentum sub vtraque specie, constituto interim sacerdote in canone, repente patina sanguine repleta est. videntes hoc fratres ab instituto resilierunt. Præcipua tamen ex omnibus causa est errorum qui circa illud sacramentum exorti sunt, sicuti iamiam copiosius disseremus. Dicas autem, rationes omnes illæ aliud non probant, nisi quomodo communio vtriusque speciei sit immutata, & quibus de causis, non sufficiunt autem eam omnino rescindere & prohibere, sicut in cõcilio Constantien. & Basilien. factum est, nósq; paulo post edocebimus. Respõdetur, Orti sunt quidem errores circa hoc sacramentum, per quos nõ intermissa tantum est susceptio vtriusque speciei, sed & omnino prohibita, ex iis tres video præcipuos: primus extitit Nestorij, qui inter alios etiam hunc tenuit, sub specie panis tantum esse corpus Christi, & sub specie vini solum sanguinem, inde necessarium esse duxit sacramentũ hoc etiam à laicis sub vtraque specie sumi debere. Antiquus ille quidé, sed tamẽ multum horrendus est error, facere corpus Christi in hoc sacramento exangue & exanime, sicut paulò antè mõstrauimus: ideóq; quoniã Christiani maximè verò simplices, credebant firmiter sub qualibet specie totum esse Christũ, alteram speciem intermiserũt. vixit autẽ Nestorius tempore Theodosij imperatoris, & hunc quidé errorem iamdudũ sopitum, nũc denuo velut ex Orco reuocauit & sequitur Lutherus. Altera hæresis fuit Pelagij temporibus B. Augustini quoque ratus est vtrãque speciem laicis esse necessariã, non tamẽ ex fundamẽto Nestoriano, quasi nõ esset etiam totus Christus

Ales.

Obiectio.

Nestorij.

Tres errores de communione. Serm. 31.

Pelagius.

Christus sub vtralibet specie, sed propter hæc verba Christi quũ ait, nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. & hic nõ exiguus est error, vt suprà docuimus: neque enim hîc aliquam speciẽ præcepit dominus, sed manducationẽ: speciẽ autẽ iis verbis nõ expressit, quãuis huiusmodi erroré ex illis verbis fuxerit quidã Paulus Diesdẽ. & eundem deinde Iacobellus inuexit in Bohemiã, siquidem nõ memini errorem hunc ab Husio in Bohemiam esse delatũ, sicuti nec propositus est ei in cõcilio Cõstantien. Quia tamẽ huic hæresi adhærent fundamentũ nullum habẽt: quia quotquot super hũc locũ scripserunt doctores, omnes exponũt de spirituali mãducatione, & incorporatione ipsi Christo per fidẽ: aliàs & paruuli nõ saluarentur, qui sacramentum hoc non suscipiunt: & quot demum hominũ milia destituerentur salute per vniuersum Christianismũ, qui sub vtraque specie nõ recipiũt, sicuti isti, & sic calicorum ecclesia maior foret ꝙ ecclesia Christi, quod absit. Sed quid est obsecro si nõ hæc temeritas maxima est istorũ, qui nõ tantùm alios Christianos omnes, sed parentes & maiores suos omnes, qui non item de calice participarũt damnare cõnantur? Quid ꝙ etiamsi verba Christi citatà de sacramentali mãducatione intelligãtur, tamen minimè euincũt vtriusque speciei participationem, eo ꝙ sub altera tantũ specie tantundẽ sumit laicus, quantũ sub vtraque: quia totum Christum, corpus eius, animã quoque, sanguinem & diuinitatem, sicut sacerdos sub vtraque. quũ itaque mihi ei decedat, quid est quod separare se cõnatur ab ecclesiastica vnitate, & inobedientẽ se exhibere Ecclesiæ sanctæ, vnde propriam ipse sibi damnationem ante tempus asciscat? quisquis enim Ecclesiam non audierit, sit tibi tãquam ethnicus & publicanus. Interim autem iste magnus calicis affectator, dum per fas nefasq; calicem sibi abrogat, totum adimit Christum, qui inueniri nusquam potest nisi apud dilectã suam sponsam Ecclesiam: nó penes Arrhium, Nestorium, Heluidiũ, Huss. Luther, Butzer, & similia hæreticorũ portenta. Experti prohdolor nimium sumus hoc nostro seculo, quomodo totum isti amiserint Christum. Quid enim Zuing. effecit Turegi? Quid OEcolampad. Basilææ? quid Butzer & Capito in Argentorato? quid Vlmæ Rotenacher? quid Blarer Cõstantiæ? quid Simpertus Mem-

Ioan. 6.

Matt. 18.

mingę? &c. nihil aliud, nisi quòd vna opera omnes in hoc calice cudendo elaborarunt, velut A Ethnæi fratres, dū docuerūt necessarium esse vt etiam laici sanguinem Christi sumerent in calice. Quid inde factum est? corpus pariter & sanguinem Christi amiserunt, negantes iam Christum naturaliter & essentialiter esse in sacramento, sed tantum per figuram: sicq; panem illum suum pistorium tantummodo referuarunt pro immenso illo thesauro preciosissimo sacramento, dum Christū totum, imò & fidem in illum & gratiā ipsius & misericordiam, atq; adeò regnum cœlorum perdiderunt, facti ipsi blasphemi, sacramētorum & missæ oppugnatores. det Deus vt aliquando agnito suo errore resipiscant. Ad huiusmodi blasphemos errores præcauendos salubriter & cōsulto visum est ecclesiæ, quæ gubernatorem habet spiritum sanctum, docentem illum omnem veritatem, vt Laicis hoc sacramentum sub altera tantū specie porrigatur, propter pericula inde emergentia, & quia poterat sacramento deferri contumelia, quare quilibet Christianus hanc audire tenetur & ei parere. 3 Alium adhuc errorem commentus est Lutherus, qui primum non innixus est hæresi Nestorianæ, deinde tamen vt instabilis & incōstans, planeq; talis qui super arenam ędificarat: incidit in eundem, in libello quem scripsit aduersus episcopū Misnensem, sicuti suprà de concomitantia dictum est: neq; fretus est textu Ioannis, vbi nō tantum contra Bohemos & Pelagiū, sed etiā contra catholicos ecclesiæ doctores contendit, totum illud caput nihil habere de sacramento altaris: aliam itaq; rationē cōfinxit multum insidens & inhærens huic verbo Christi, quum dixit, bibite ex hoc omnes. Quod ille vult eum ad omnes dixisse Christianos, eisque pręcepisse, vt ex illo calice biberēt. Atque hoc ipso blandiūtur sibi laici in sacris literis nunquam versati, clamātes velle se stare huic cōmissioni Christi, sicq; à Luthero seducti conantur istud verbum domini sibi abrogare citra scripturam, imò præter rationem & contra vsum ecclesiæ, sanctorumq; patrum expositionem. Quum enim hoc textus ipse præ se ferat dominum hæc ad apostolos tantum dixisse, omnes hîc apostoli, nō omnes Christiani vel laici sunt intelligendi, vt isti exponūt: nam pertinere verbum illud omnes, ad apostolos, non autem idiotas, satis liquet ex Marco, qui ait, biberunt ex illo omnes. quod neque isti temerarij,

Ioan. 6.

Matth. 7.

Luther de 6. c. Io.

Matt. 26. Bibite omnes.

Mar. 14.

merarij, nec quisquam alius rationis suæ compos poterit ad omnes christianos & laicos detorquere, quorum & tot milia obierunt & adhuc viuunt, nec vnquàm sacramentum ex calice susceperunt, sed neque susci pere voluerunt. ¶ Consyderēt igitur omnes christiani bonitatem & misericordiā spiritus sancti, qui impostura istas & deceptiones manifestè adeo ad vtilitatem nostram præmonstrauit: si quidē quū per Matthæum dixerat quomodo Christus commisisset, dicens: bibite ex eo omnes, omniscius ille cognouit vtique fore aliquando hæreticos, qui commisionem hanc solis apostolis factam, ad omnes christianos essent traducturi, proinde per Marcum ostendit hoc ad apostolos pertinere, quādo dixit, biberunt ex illo omnes. Eat nūc Lutherus si volēt, & iactet cum crabonibus suis, calicis sui fundamētum se habere in euāgelio atque adeò ex commisione Christi, cum interim nihil aliud faciant, quàm quòd scripturam dilaniāt, ipsi excæcati à Deo propter malignitatem & duritiem cordis, ita vt apertissimam scripurarum expositionem præ oculis positam non videant. Sed nunc tandem respōdeamus ad ea quę articulo tertio proposuimus quęsita. Cōstantiēse enim & Basilien se cōcilia vtriusque speciei communionem prohibuerunt, quæ tamen à principio nascentis ecclesiæ vetita non erat, sed à sanctis & apostolicis viris vsurpata: facta autem illa prohibitio est, ideo quòd aduersarij ecclesiæ Christum conabantur facere diuiduum, sic quod non æqualiter totus esset sub alterutra specie: qui error sanè vt horrendus est, ita à christianis mentibus alienissimus. Deinde & quidē præcipuè ob id facta mutatio est, quòd hæretici volebāt cōmunionem, hanc sub vtraque specie esse præceptā & necessariam, vetuit eam ecclesia, nō quòd per se mala esset: sed vt sic christiani fierent ab hoc errore quàm remotissimi. Non secus, atque certum est hostias in sacramento altaris nō debere esse fermentatas, vt sic Paulum sequamur manducātes ex azymis synceritatis & veritatis: attamen quum orta esset hæresis Hebionitarum, contendentium nos oportere sequi Iudæos, tunc papa Leo instituit, vt ad tempus vterentur pane etiam fermentato in hoc sacramento: & quamuis Græci morem hunc etiam obseruant, ecclesia tamē Latina vbi sopitus est hic error, veterem cōsuetudinem iterum susce pit. ita vt iam amplius panem fermentatum in vsu huius sacra-

Hebion.

Epis. 41. ad epis. Syriæ.

Nestorius

menti non admittat. ¶ Audi quiddam non paulo manifestius, quum Neochristiani vellent Christi personam distrahere in duas, quarum altera Deum, altera hominem conficeret: vnde sequeretur, sicut & ipsi contendebant, Mariá tantum esse matrẽ hominis Christi non Dei, ibi orta est dissensio de duobus nominibus contendentibus aliis Theotocon hoc est deiparam, aliis affirmantibus Christotocon esse dicig, Mariá, tanquàm Christi matrem. Et quamuis vtrũque hoc nomen præcipuè cõpetat Mariæ, vt tamen hæresis Nestorianorũ supprimeretur, quæ conabatur euincere Mariá tantummodo Christi, nõ etiá Dei esse matrẽ, ecclesia ad tẽpus prohibuit Mariam vocare matrẽ Christi, quũ tamen ea vérissimè erat. Vide epist. Leonis, etiá quá Hormisda papa scribit ad Iustinũ Imperatorẽ. Quum itaq; ad certũ tempus vetuit Ecclesia Mariá dici Matrẽ Christi propter hæresim Nestorij & Eutycetis, quãto magis meritò prohibuit ad tẽpus, vtriusque speciei cõmunionem in sacramento, ad tãtos errores euellendos. in rebus enim fidei sicut & in bonis moribus, instar & hortulani oportet procurare omnia, vt quá primum ramus nimiũ in alterutram partem flectitur, rursus incuruet eum in alteram partẽ, quatenus hoc modo crescat rectior. Ita simili modo fecit ecclesia in honorem sacramẽti, & vtilitatem fideliũ, atque errantium emendationem: vt ipsi quoque redigantur in ordinem vnitatis ecclesiasticæ. ecclesia siquidé illa est arca Noë, extra quam nemo seruatur: ipsa vero instar sponsi sui Christi cupit omnes homines saluos fieri. Dominus Deus dignetur illuminare errantes, & fidelibus largiri constantiam, qua freti fortiter perseuerét in vnitate fidei Christianæ: in qua nos tandem omnes gaudiũ consequamur fœlicitatis æternę, Amen.

Theotocos

Hormisda

Gene. 7.

HOMILIA XXXV. DE SVMPTIONE ALTERIVS TANTVM SPECIEI IN SACRAMENTO ALTARIS.

¶ Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ioannis sexto.

ETsi non erat animus, dilectissimi in domino Iesu, materiam huius sacramenti tam copiosè pertractare, attamen quum sim expertus esse multos etiam pro doctis & sapientibus habitos, quibus iste fucus imò fumus Lutheri nihil

hil aliud nisi fumum vendentis, imposuit, ita ab vnitate fidei & ecclesiæ resiliant: ipse me zelus Dei compellit & charitas proximorum, rem hanc penitus adhuc introspicere, quam à principio fecimus: vbi quomodo materiam pro exigentia causæ tractauimus, ita nunc articulos quosdam ponemus, quos vir vndecunque doctissimus episcopus Rossensis aduersus Lutherum pro confortatione & consolatione catholicorum præscripsit: non quidem hic ad verbum adducemus omnia, sed ipsum succum atque adeò medullam totius rei declarabimus. ¶ Principio consyderandum est consuetudinem hanc laicę communionis in ecclesia introductã citra alicuius doli vel fraudis suspicionem: quid enim excogitari etiam potest, quod habeant sacerdotes veluti prærogatiuum, si laicis alteram sacramenti speciem subtraxerint, scilicet calicis, quid obsecro hoc eis proderit? ¶ Vsqueadeò nemo potest ostendere, quomodo sacerdotes hîc priuatum suũ cõmodũ quæsiuissent. Quid quod cõtrarium ipsorum causam multo fortius confirmasset? sicut Zuingl. iactitabat se pleraſquevetulas ad fletum prouocasse, dum eis nonnihil dixerit de sumptione calicis, quanuis deinceps calice, hostia: & toto hoc sacramento penitus exciderit? Quò tandem nõ Lutherus ecclesiasticos homines, in suspicionem trahere conatur tyrannidis, eo quòd laicis species calicis subtrahatur? Tyrannis vtique fit vbi quispiam se propria authoritate citra expectationem iuris, violenter intrudere nititur in aliquod bonũ, in potestatem &c. quæ ad eum non pertinent: nihil autem istorũ hoc loco de sacerdotibus euinci potest: Lutherus igitur temerè & non sine mendacij nota pontifices, cõcilia & vniuersum illum ordiné sacrum insimulat tyrannidis. 2 Hęc communionis huius introducta cõsuetudo sub altera tantum specie neque alicui scripturę, nec vlli commissioni Christi aduersatur, sicut & ipse fatetur Lutherus neutram esse necessariam. Imò alicubi affirmat nullũ esse in euangelio & vniuerso nouo testamento præceptum. Vbi etsi grauiter errat ille, nostrum tamen institutum verũ est, scilicet morem hũc communionis laicæ nusquam esse in sacris literis prohibitum, quod testatur vel illud vnicũ, quoniam in ecclesia Latina tanto omnium consensũ citra vllam controuersiam mos hic ab omnibus est receptus: vnde quisquis rationis est capax, colligere facillime potest, factum id

Nihil accedit sacerdotibus ex vna specie

Consuetudo sub vna specie.

esse à spiritu sancto qui operatus est in cordibus fidelium. Quanuis enim Bohemi in hac re peculiarem sibi hæresim concitarunt seducti à Petro Dresden. & aliis, antea tamen in Bohemia quoque, vt in aliis christianorum regnis omnibus mos hic communionis laicę ab omnibus receptus: quem & adhuc magna Bohemorum pars sequitur cum ecclesia catholica. Quantum obsecro laboris & molestiæ dedit christianis festum paschę sub pontificibus Pio, Victore & Aniceto? Quantum malorum ortũ est ex eo quòd sacerdotibus atq; diaconis negatum est ducere vxores? Quãtum rixarum & contentionum emersit propter primatũ ecclesiæ Romanæ? Immensum, quantum discordiarum sit motum ob imagines Christi & sanctorum, atque id genus alia plura. Nihil simile constat esse concitatum, quando vsus huius comunionis est introductus. Quòd autẽ deinceps superuenerũt, qui dissensiones mouerunt, & adhuc mouẽt, quibus hác cõmunicandi consuetudinem reiiciant, quæ tanto omniũ consensu ab vniuersa ecclesia Latina fuit recepta: non prouenit
1. Cor. 14. id ex spiritu sancto, qui vtique non est deus dissensionis, sed ex autore omnis discordiæ & patre mẽdaciorũ diabolo, huiusmodi iurgia inuehit in ecclesiam, vt sic Christiani veram vnitatem & charitatẽ amittant: contra illud quod eos iam olim docuit Paulus obsecro vos fratres per nomen domini
2. Cor. 1. nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis, omnes, & nõ sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & eadẽ scientia. Hęc illa catholica & apostolica est regula, secundũ cuius præscriptum non viuunt isti qui tantos in ecclesia tumultus citra causam concitant, præter vtilitatem, imò cum magna animarũ pernicie. det Deus eis mentem meliorẽ, vt errores suos agnoscant & ad ouile Christi reuertantur.

2 Dixi hæreticos istos errorem hunc cõmouisse sine causa & aliqua vtilitate. siquidem vsus alterius tantum speciei in nullius cedit detrimẽtum, eo quòd ibi totus est Christus, vsqueadeo vt nihilo plus iste sumat sub panis, & vini speciebus, quàm simplex catholicus sub altera tantum, quod quidem ad Christum pertinet, nisi quòd iste eundem Christum etiam sub specie vini suscipit: species autem nihil virtutis aut efficaciæ addit sacramento, quia tãtum est signum: nec quicquam operatur in animam hominis, sed ipse Christus, qui æquè sub vna tantum est specie, ac sub vtraque.

¶ Bene

¶ Bene igitur catholici & veteres illi Christiani fecerunt, qui antequam ecclesia præciperet istam cõmunionem sub altera tantum specie, ipsi proprio motu in honorem sacramenti, quod passim videbant in tanta communicantium multitudine indignis modis tractari, vltro nemine cogente maluerunt altera specie abstinere quàm vtranque ad ignominiam sacramenti suscipere. ¶ Quãto amplius pij fuerunt illi deoq; propinquiores quàm isti sectarum nouatores Lutherani & Zuiugliani, qui nihil ipsi faciunt boni, sed neq; aliud ex eis audis, nisi quod homines bonos, corpore & anima, quantũ in eis est perdunt. ¶ Omnes itaque Christiani multomagis permanere debent cum vniuersali totius ecclesiæ consuetudine, quàm vt istiusmodi sibi querant diuerticula, vel eo maximè quòd id duobus concilijs decretum est, & Christus ecclesiam errare vtique non permittit in ijs quæ sunt fidei, quũ ei dederit spiritũ sanctum omnis veritatis magistrũ. ¶ Quæro ex huiusmodi hæretico qui *Ioan. 16.* ita mordicus calicis communionem tuetur, quisnam dissensionem istam dignoscet & dijudicabit, aut alium dare poterit iudicem, nisi generale concilium? Atqui hoc iam olim statuit super hac re, & impios Lutheri errores damnauit: qui quum euadere per hanc rimam cupit affirmans scripturam iudicare debere, iniquum sane est subterfugium, eo quòd scriptura vtrique parti est communis, vt quàm ambæ suscipiant, non enim de scriptura contenditur sed de eius intellectu: & quum Lutherus sensum suum extollere nititur supra omnia concilia & totum Christianismũ, quæ diabolica est pręsumptio, & luciferiana superbia: pręcepit em dominus, atq; adeò serio mandauit audire ecclesiam, non vel Lutherum vel Iacobellum. Paulus quoque parere nos *Heb. 13.* vult prælatis & in eminentia constitutis, non perfidis ex monastico ordine apostatis. Christus docuit omnes audire *Mat. 18.* vocem sui pastoris & rectoris, nõ vlulatum sæuientium & rapacium luporum, hoc est, hæreticorum qui semetipsos ingerunt sine consensu spiritualis ecclesiasticæ potestatis.

3 Cæterum quia sæpe hactenus constitutiones commemorauimus conciliorum Constantiensis & Basiliensis, vt *Decretum* id quoque liquido constet nostris Christianis, en in hac *Constan.* etiã parte eorum iuuabimus intellectum, & sanctionẽ hoc loco adducemus quæ cõfecta est sessione 13. in hunc modũ,

¶ Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant, populum Christianum debere sacramẽtum eucharistiæ sub vtraque specie panis & vini suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post cœnam vel aliàs non ieiuni, & communicandum esse pertinaciter asseruerunt, cõtra laudabilem ecclesiæ consuetudinem rationabiliter approbatã, quam tanquã sacrilegam dãnabiliter reprobare conantur: hinc est quòd hoc præsens concilium sacrum generale Cõstantiense in spiritu sancto legitimè congregatũ, aduersus hunc errorẽ saluti fidelium prouidere ẽtagens, matura plurium doctorũ tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit, & definit: quòd, licet Christus post cœnã instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraq; specie panis & vini hoc venerabile sacramentum, tamẽ non obstante sacrorũ canonum authoritas laudabilis, & approbata consuetudo ecclesiæ seruauit & seruat, quod huiusmodi sacramentũ non debet cõfici post cœnã, neq; à fidelibus recipi nõ ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis à iure vel ecclesia concesso vel admisso. Et sicut hæc cõsuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, postea à cõficientibus sub vtraq; specie, & à laicis tantũ sub specie panis suscipiatur, cum firmissimè credendũ sit & nullatenus dubitandum, integrũ corpus & sanguinẽ tam sub specie panis quã sub specie vini veraciter cõtineri: vnde cum huiusmodi consuetudo ab ecclesia & S. patrib⁹ rationabiliter introducta & diutissime obseruata sit, habenda est pro lege, quã non licet reprobare aut sine ecclesiæ autoritate pro libito mutare: quapropter dicere quòd hanc consuetudinem aut legem obseruare sit sacrilegũ aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per dicæcesanos seu locorũ officiales eorũ, aut inquisitores hæreticæ prauitatis, in regnis seu prouinciis, in quibus contra hoc decretũ aliquid fuerit forsan attentatũ aut præsumptũ iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem Catholicæ fidei cõtra hæreticos & eorũ fautores salubriter adinuentas.

4 Audita

4 Audita nunc vniuersalis ecclesiæ sanctione, siquidẽ in hoc cõcilio sancto interfuerũt. s. nationes illæ, Italica, Germanica, Gallica, Hispanica, & Anglica, reliqua autẽ regna ijs quinque nationibus fuerunt inclusa. Atqui Christus nos ferió iubet audire ecclesiã, neq; cõtra prælatos illius murmurare, aliàs enim rebelles sumus aduersus Deũ, vt testatur Moyses, & leprã contrahimus animæ, sicut Maria leprosa facta est in corpore. Omnes eiusmodi murmuratores merentur consimile subire suppliciũ, sicut Chore, Dathan & Abyron, vt deuoret eos terra morsu amarissimo: si enim tãtum potestatis iam olim contulit Deus summo sacerdoti in lege, vt quisquis non parebat ei, reus esset mortis, non minus & nos obedire decet summo põtifici in ecclesia, qui nobis datus est in pastorẽ animarum sicut Christus commisit Petro & posteris eius, pasce oues meas. Præcepit autem & ipse Christus vt audiamus præpositos nostros, dicens, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & eum qui misit me patrem. Omnes igitur synceros Christianos sandide obtemperare decet sanctionis huius concilij Constantien, quando dominus prælatis ligandi soluendique contulit potestatẽ. Et vt maximè nõ statuisset hoc cõcilium illud sanctũ, adhuc tamẽ Christianos obseruare cõuenit laudatã illam ecclesiæ consuetudinem, neq; ipsam vllo modo cõtemnere: iuxta istud Pauli, si quis videtur cõtentiosus esse, nos talẽ consuetudinem non habemus neq; ecclesia Dei. Magna re vera magna est authoritas ecclesiæ cui & scriptura ipsa cõcedit. Nã quis abrogauit sabbatũ & in eius locũ substituit diẽ dominicũ? non scriptura vtiq;, sed ecclesia. ¶ Quis aboleuit circuncisionẽ in veteri testamẽto prẽceptam & inde vna cũ Euangelio vsitatã? ecclesia in primo apostolorũ cõcilio Hierosolymis partim, & deindè in vniuersum. Quis promouit diẽ paschæ à 15. die mensis primi vsq; in diẽ dñicum semper? nõ scriptura, sed ecclesia. Quis permisit vt apostoli cõtra cõmissionẽ dñi baptizarẽtin nomine Iesu? ecclesia apostolica. ¶ Quis prohibuit esum sanguinis & suffocati, eundemq; contra scripturã rursus sustulit? Ecclesia. ¶ Moyses serpentẽ æneum fusixit & erexit ad præceptũ domini. Ezechias rursus demolitus est. ¶ An non ecclesia superior est Ezechia? Omnia hæc inde robur accipiunt, quod ecclesia doctore & magistro gaudet spiritu

1. Cor. 11.
Authoritas ecclesiæ.
Exod. 10 12.
Cene. 17.
Iosue. 5.
Act. 15.
Exod. 12.
Mat. vlt.
Matt. 18.
Exod. 16
Num. 16.
Deut. 17.
Ioan. vlt.
Luc. 10.

Act.2. *Ioan.16.* sancto, dicēte domino ad apostolos. Rogabo patem & aliū paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, & ille docebit vos omnia. Et inde: quum venerit paracletus ille spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem. ¶ Quisquis ergo cōsuetudines & sanctiones ecclesiæ spernit, simul quoq; magistrum eius contemnit spiritum sanctum, ipsumq; blasphemat, quoniam certò illa habet spiritum Dei: & quisquis in mandatis & præceptis ecclesię dubitat, is simul de spiritu sancto ambigit, in quem & peccat, inflatus inanis superbię fastu. Nō faciunt hoc candidi filij ecclesiæ, sed contenti sunt iuxta præceptum ecclesiæ vna tantum specie sacramenti, in qua & sperant se gratiam & gloriam consequuturos à domino Deo, Amen.

HOMILIA XXXV. QVA DECLINANTUR & REFELLUNTUR OBIECTIONES QUAS PRO VTRAQUE SPECIE SACRAMENTI OBIICIUNT HÆRETICI.

¶ Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioan. 6.

Luc.24. *Ioan.6.* *Exo.16.* *&.12.* *Act.2.* *Ad rusticum monachum.* SAtisfaciat nobis vnanimis ecclesiæ consensus in hoc sacramēto, satis faciāt decreta cōciliorū saits faciat item quod dns ipse sacramentū illud discipulis in Emaus sub altera tm̄ specie porrexit, satis persuadeat hoc nobis quòd Christus Ioan. 6. vbi plurimum facit huius sacramenti mētionem, nusquam meminit vtriusque speciei necessario sumendæ, satis faciat & hoc quod in veteri testamento figuræ typicæ, illus sacramenti sub vna tantum specie proponuntur, sicut manna, panes propositionis, & agnu paschalis. his accedit primitiuæ Ecclesiæ consuetudo Hierosolymis obseruata, & quòd sacramentum hoc à sanctis patribus est sub vna tantum specie conseruatum. ita enim Ambrosius scribit de exitu fratris sui Satyri, quomodo sacramentum gestarit inuolutum in libello precum suarum, atq; hoc seruarit eū in naufragio. Hieronymus quoque in quadam epistola testatur Exuperium episcopum Tolosanum, cōseruasse sacramentum corporis Christi, in cophino seu corbe iunceo: sicq; Epiphanium episcopum Cypri gestasse ex collo suspensum. Ex quibus rationibus, euidenter colligendum est nobis & persuadendum firmiter, vt constantissimè perseueremus

seueremus cum ecclesiastica consuetudine, neque moueamur ab iis quæ noui & veteres hæretici commenti sunt de communione calicis, eorum tamen calumnias diluendas atque refutandas suscipiemus. 1 Quando quidem sacerdos in officio missæ tenetur sacramentum hoc sub vtraq; specie cōsecrare & sumere, quur nō faciat hoc ipsum laicus quòque, nihilo vtiq; minus Christianus existens atq; sacerdos, & ipse etiam Christi sanguine redemptus? Breuiter hīc respondent doctores sacerdotibus commissum id esse in persona apostolorum, quando dixit ad eos Christus, hoc facite in meam commemorationem quæ verba ad apostolos tantum & eorum successores pertinēt, quoniam ipse dominus eos à cæteris fidelibus separat dicens apud Lucā de calice, *Luc. 22.* qui pro vobis effundetur, & apud Math. qui pro nobis ef- *Mat. 26.* fundetur, non tantum pro apostolis, qui tunc sacramentum suscipiebant, sicut hæc pulchrè coniungit ecclesia in consecratione, quum ait. Hic est calix sanguinis mei noui & æter *Mat. 26.* ni testamēti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis *Canon.* effundetur in remissionem peccatorum. inde quicunque cō secrant sub vtraq; debent specie sumere sacramentum tanquàm publici ecclesiæ ministri. Atq; in hoc conquiescunt doctores, è quibus doctor quidam (Vide ad longum) proponit rationem huiusmodi velut pro fundamento. Duo sunt in sacramento significatio & operatio. illa quidem nos ducit ad cognitionē inuisibilis virtutis diuinæ, gratiæ quoque & donorum. vnde in nobis accēditur charitas, spes erigitur, nutritur & alitur fides, nósq; ad gratiarū actionē incitamur. ¶ Quo autē pacto sit hoc sacramentū etiam signū, inuenimus enim signū triplex, aliud significans, aliud memoriale, aliud signum pignoris, & tria hæc in sacramento quoq; facile est videre: quia primo significat rē præsentem, puta vnitatē & cōmunionem fidelium, dicēte Paulo, Vnus *1.Cor.10.* panis & vnū corpus multi sumus omnes qui de vno pane & *Psal. 118.* de vno calice participamus. Porrò quid cōmodi afferat fidelibus hæc ipsa cōmunio, alibi satis declarauimus, atq; idipsum non latuit eum qui dixit, particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mādata tua. hæc enim communio extendit se ad oēs sanctos angelos, & electos. Prætera designat hoc sacramētum saturitatē internę & spiritualis famis: iuxta id quod ait dominus, Beati qui esuriūt & si- *Luc. 14.*

tiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, quanuis ea saturitas incipit quidē hīc in hoc venerabili sacramento, implebitur tamen perfectē in gloria futuræ beatitudinis, sicut testatur parabola cœnæ, & Christus promisit discipulis suis se paraturum eis mensam: Dauid quoq; cum fiducia magna exclamauit in spiritu: satiabor quum apparuerit gloria tua. ¶ Insuper esse hoc sacramentum etiā signū memoriale, testantur ipsa Christi verba, quibus monemur vt ne dilectionis tantæ, quam declarauit ille moriēs, obliuiscamur facilē: monstrauit quoq; ad maiorē nobis attentionē faciendā sub duabus speciebus sanctissimi corporis sui oblationem. s. sub specie panis: & sanguinis sui effusionē sub specie vini, quibus nimirū ardentissimā illam Dei in nos charitatē subindē renouemus, sicut & Paulus admonet nos in sumptione huius sacramenti, mortē domini annunciare. ¶ Ab initio iam suprà diximus sacramentum hoc signum esse pignoris, idq; ex duobus prædictis emanat, quū enim hoc sacramentū suscipiamus propter vnitatē & cōmunionē fideliū mutuā, atq; vt magnæ etiā meminerimus dilectionis, quā erga nos habuit Christ⁹, redēptor & saluator noster, profectō nō possumus non inde concipere nobis spem cum magna quadā consolatione fore aliquandō, vt ille communionem huiusmodi sanctorum & dilectionē nobis conferat in æterna patria, eiúsq; rei nobis interim veluti symbolum certissimum sit hoc sacramentum: iuxta illud quod canit ecclesia. & futuræ gloriæ nobis pignus datur. ¶ Satis iam hactenus dictū est, quātum huius rei necessitas exigit, quomodo hoc sacramentum, præterquam quod immediate significat verū corpus Christi & sanctissimum eius sanguinem, veraciter hīc existentem, contra Capharnaitas & Berengarianos, triplicē adhuc habeat significationē. reliquum iam est vt nonnihil etiam de operatione huius sacramēti differamus: quę non aliter explicanda erit nisi vt de aliorū sacramentorum effectu dictum est, siquidem in omnibus ijs occulta quædam & naturam superans operatio est, diuinæ virtutis, omnia enim quę figurant, efficiunt. Vide supra ab initio de efficacia sacramentorum. Sequitur inde effectum huius sacramēti esse Christianam vnitatem, quandoquidem hic corpori Christi mystico incorporamur. 2 Satiamur hic specialiter, dum quicquid naturaliter in corpore operatur cibus ille exterior,

rior, id omne esca hæc spiritalis suo modo operatur in anima, ita memoria quoque passionis Christi & mortis exhibet omnibus Christianis spem & fiduciam summam consequendæ felicitatis. Peculiare est in hoc sacramento quod manifestissimè hīc patet discrimen inter significationem & effectum: illa enim in signis consistit sine speciebus panis & vini, hīc autem à virtute proficiscitur, corporis puta & sanguinis Christi, quæ essentialiter sunt in hoc sacramento.

¶ Atque nunc euidenter inde cōsequitur, quare sacramentum hoc nunquam, nisi sub vtraque specie, debeat cōsecrari, vt scilicet satisfaciat institutioni Christi, idque propter significationem: siquidem sub vtraque specie distinctius & manifestius designatur, atque adeo repræsentatur effusio sanguinis & immolatio corporis Christi, quæ vtraque sanè facta est in redemptionem nostram: duo etiam hæc in passione & morte sunt ab inuicem separata, quamobrē Christus in cœna, duo instituit distincta signa, quæ corpus occisum, & effusum significarent sanguinem. *In missa vtroque specie.*

¶ Atque quum perfecta saturitas esum requirit & potum, ideo illa quoque abunde satis significatur per signa illa distincta panis & vini. Sacerdos igitur quia tanquam publicus ecclesiæ minister cōsecrat ad honorem Dei & profectum ecclesiæ, vtraque oportet vtatur specie ex ipsa commissione Christi, vt sic fideles magis admoneantur discretæ illius significationis meminisse, immolationis inquam corporis factæ in redemptionem nostram, & effusi sanguinis ad abluenda peccata. Quilibet etiā Christianus dum publicè & palam sacramentum hoc tractari videt sub vtraque specie, satis cōmone fit huius significationis, vnde contempletur & passionē, mortémque Christi, & effusionem sanguinis eius. Quando autem priuatim ipse vult sacramentum hoc sumere, non perinde iam necessarium est, vt tantopere significationem intendat & pro ea luctetur, quam satis suscipit audiens missam, sed tunc omnis sua consideratio debet esse intenta ad effectum sacramenti, vbi quilibet omnem eius fructum & virtutem suscipit sub altera tantum & sub vtraque specie. *Extra missa vnica.*

¶ Hæc quisquis in hunc modum cum iudicio & semoto omni priuato affectu contemplatur, facile videt quàm ineptè Lutherani sacerdotes, nescio quam nouitatem commenti sunt ad ignominiam passionis Christi, quæ mihi videtur nō

exigua esse pars eius erroris, quæ tribuitur Antichristo, sic enim & isti conantur homines abducere à commemoranda Christi passione, atque in hunc modum habet, Per omnia persuadere nituntur magistratus suos, quòd si desint communicantes, non opus sit eos missam celebrare. ¶ Atqui nonne fraudulentum est hoc inuentum diaboli, quòd si nó homines priuati qui suscipiant hoc sacramentum, pro sua propria vtilitate ad cósequendos illius sacramenti fructus, oporteat tunc vniuersam alicuius ecclesiæ communitatem signo hoc memoriali passionis & mortis Christi destitui? non semper quilibet idoneus esse potest ad suscipiendũ hoc sacramentum: ideo enim probatione præuia opus est iuxta sententiam Pauli: sed vt quis meminerit passionis Christi, quam omnium maxime ad animam & memoriam reducere potest, si adstet missæ, videns ibi sacramentum hoc tractari: penes hostiam, nanque meminit corporis Christi immolati in cruce, penes autem calicem, sánguinis ibi effusi. Aut quis tandem tam nullius est mentis, aut tam ferrei pectoris, qui non tunc huiusmodi quid secum recogitet? O domine Iesu Christe, præter & cótra omne meritum tuum, ecce preciosissimum sánginem tuum effudisti, & sacratissimum corpus ita mortuum, exanime & exangue immolasti in ara crucis pro peccatis meis, quanuis nunc per glorioßissimam resurrectionem viuis & regnas cum Deo patre in immensa gloria, pro quo tibi laudes & gratias ago, &c. atque id genus alia quædam. ¶ Hoc sanè fuerat Christiano homine dignum. Non vt isti faciunt Neochristiani ea tantũ quæ carnis sunt sectátes, interímque ministros se profitentur & ecclesiastes vniuersalis ecclesiæ: nec tamen suo satisfaciunt officio, missas non celebrant in vsum totius ecclesiæ, sed priuatorum tantum hominũ expectare volunt cómunionem, quur tantũ huiusmodi homines ecclesia suos sibi constituit ministros, si nõ toti ecclesiæ, sed priuatis solũmodo cómunicantibus intersunt? Quid aliud est nisi cómentum diabolicum, vt per illum abusum tacitè quasi missa in vniuersum abrogaretur, ipsúmque passionis & mortis Christi memoriale periret, decrescente in dies cómunicantium numero, ita vt aliquãdo toto mense vix vnum inuenias qui ad cómunionem veniat, vel eo maximè quum eorum antesignani & supremi ductores, sacerdotes dico rarissimè etiam ipsi communicent.

Nouus error.

1. Cor. 11.

In sacerdotes Lutheranos.

municent. qua de re vide cõfutationem nouę ordinationis, editæ in Burggrauiatu & ciuitate Nurẽbergensi. ¶ Omnes itaque Christiani solerter sibi caueant ab ipsis animicidiis Lutheranis, furibus sacramentorũ, neque sinant suffurari sibi sacramentũm hoc propter communicantes, quin potius quum omnes fideles debeant vti preciosissimo huius sancti sacramenti thesauro, vt sic admoneãtur sæpius charitati illius quã eis Christus in sua morte exhibuit, atque inde gratias agant: non autem operæprecium est, vt ideo quilibet Christianus consecrandi sibi abroget officium, solis presbyteris commissum, contentus merito esse debet quisquis missam audit, quum publicus ecclesiæ minister sacramentũ hoc sub vtraque specie in missa conficit & tractat: ipse autẽ volens etiam fructũ & efficaciam illius sacramenti consequi, sub altera tantum suscipiat specie, vbi omnem eius virtutem & effectum plenissimè sumit. Atque hæc ad primam quæstionem responsio est. 4 Altera hæc est, quum inficiari nemo queat Paulum præcepisse Corinthiis vtriusque speciei vsum in hoc sacramento, idque Cyprianus & Hieronymus testantur apertè, vt suprà ipsi meminimus, non in alium tamen finem, nisi quòd aliquando fuerit quidem hæc consuetudo in nõnullis ecclesiis particularibus, nõ autem in vniuersali, nec vnquam fuit hoc præceptum. Vbi iam quærat aliquis, quando ea cõsuetudo sub vtraque specie cõmunicandi ex certis & grauibus causis est immutata, quid est quod papa Gelasius eam rursus præcepit esse obseruandam, ita enim eius habet sanctio. Aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceant. quia diuisio vnius eiusdémque mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire? ¶ Ad hoc sanè respondetur quòd ibi de presbyteris agitur: aliàs enim mysteriũ significationis diuideretur, sicuti suprà clarè docuimus de sacerdotibus in missa. Id ita esse, ecce quàm omnino manifestissimè testatur caput præsens ex concilio Toletano desumptum: quando aliqui sacerdotes sæpius quàm semel vna die tentabant missàm legere, & in vltima tandem solũmodo susçipere sacramentũ, ait enim, Quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscatur? quòd nũc quoque Lutherani sacerdotes ignauiæ suæ consulentes intendunt facere. Ita & sequens caput ab aduersariis nostris inductũ loquitur tantum de sacerdo-

De consec. distinct. 2. Comperimus.

C. relatũ ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus in officio missæ cõsecrantibus. Reliquæ obiectiones, quia ex dictis facilè euincuntur, ideo iis refellendis supersedeo, nisi quòd lubet aliquas adhuc in manus sumere & confutare, ex iis quæ scripsit Cochlæus fidelis ecclesiæ minister & doctor, ad decanum & capitulum Friburgense.

Cochlæus.

1 Obiiciunt aduersarij. Christus sacramentum hoc sub vtraque specie sumendũ instituit, ipseque adeo dedit Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. & 1. Corin. 11. Respõdemus, bene quidem sic cõtulit Christus, non laicis tamen sed apostolis: atque ita etiam hodie in missa suscipiũt sacerdotes, neq; enim ei cœnæ interfuerũt laici: quare verba hæc, bibite ex eo omnes, solis dicta sunt apostolis, sicut & ista sequentia, Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Merito igitur exhiberi hoc loco debet ecclesiæ obedientia, cui non temerè Christus adhibuit rectorem spiritum sanctum.

Ioan. 13.

2 Obtrudũt deinde nobis & hæc Christi verba, quãdo dixit in cœna. Exemplũ dedi vobis, vt sicut ego feci & vos faciatis. Vbi dicimus & Christi verba dicta esse apostolis: nõ autem de huius cõmunione sacramenti, sed de pedũ lotione & exẽplo humilitatis: neq; verò necessariũ est nos omnem illam obseruare formã, qua vsus est Christus: nam ipse post cœnam eis contulit hoc sacramentũ, nos autem ex cõsuetudine & præcepto ecclesiæ cõsecramus & damus mane ante quẽcunque alium cibum. sicut & nõ iam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ieiunare possumus, q̃ tamen fecit Christus: sed iuxta ordinem ecclesiæ nos iam ad meridiem vsque ieiunamus, quũ olim ieiunaretur ad vesperam. Omnia hæc pro cõmoditate mutare potest ecclesia, sicut & in hoc fecit sacramento, cuius varius variis temporibus vsus etiam fuit: semper tamen audienda nobis est Ecclesia.

Matt. 4.

Mat. 18.

3 Adhuc dicunt ius diuinũ inuariabile est, quicquid ergo fecit & docuit Christus, nunquã errat, aut est immutandũ. Atqui nusquã præcepit Christus vtrãque speciem laicis, sicuti nec prohibuit: sed huiusmodi ordinationis cõstitutionem apostolis & ecclesiæ cõmisit dicẽs, Multa adhuc habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Quid q̃ nõ omne in sacris literis cõprehensum sit inuariabile? quum maxima pars sanctionum & præceptorũ veteris testamẽti, modò non seruatur ad literã: insuper & noui testamenti cõsuetudines quasdam amplius seruare nõ tenemur, puta cõmunitatem

Ioan. 6.

nitatem bonorũ temperalium, abstinentiã ab esu sanguinis, rationem capillorũ in viris, & ne mulieres incedant aperto capite, &c. à quibus nos ecclesia per spiritum Dei liberauit.

Act. 2. 4. Actu. 15. 1. Cor. 11.

4 Etsi ius canonicum veteresque illos canones obiiciant, dicimus eos loqui de sacerdotibus in missa: aut si quid habent de laicis intelligendi sunt de carne & sanguine Christi, id enim vtrunque laici etiam sub altera tantum accipiunt specie. ¶ Et vt maxime sint nonnulli qui de vtraque specie loquuntur, referendi sunt ad eorum temporum mores, quibus idipsum adhuc fuit in vsu.

5 Extremum est quod clamat, si non vtraque eis species sacramenti admittatur, se planè nullam accepturos. Imò sanè ecclesia serio & grauiter præcepit, vt hoc sacramentum tempore paschali à fidelibus suscipiatur, quod quisquis nõ facit, inobediens est, neque ecclesiam audit, sed instar idololatræ grauissimè peccat, dubitátq; insuper de spiritu sancto, qui datus est ecclesiæ in rectorem, & inde offendit proximum, contra præceptum Pauli, satius itaque ei fuerat vt suspensa ex capite ipsius mola asinaria demergeretur in profundum maris: est enim coram Deo membrum putridum & abscisum. quod si ganniant se id facere vrgente conscientia, profecto ea quoque iniqua erit & ideo abiicienda, neque sic extollendus intellectus supra & contra ecclesiam.

c. omnis vtriusque de pœn.

Rom. 14. 1. Cor. 8. Mat. 18. Matth. 5.

¶ Vos itaque in Christo dilectissimi, optimũ & maximum hunc thesaurum, quem nobis Christus reliquit in sui memoriam suscipite iuxta ordinationem ecclesiæ catholicæ. Et ô dulcis Iesu, te precor, vt mihi ante horam mortis meæ concedas gratiam & misericordiam tuam, ad suscipiendum hoc sanctissimum corporis & sanguinis tui sacramentum, quo fretus tibi in æterna patria seruire, te colere & laudare possim in æuum, Amen.

¶ In vulgari Germanico vsu erant vocula mihi incognita Thurmen pro consecrare, quia ita reperi illud esse in vsu apud Saxones. Mihi tamen videtur deductum ab Hebræo Theruma, licet illud significet potius eleuationem sacrificij quàm consecrationem, quod hîc repetere placuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA TRIGESIMASEPTIMA,

Et ea quidem prima de sacramento pœnitentiæ.

¶ Pœnitentibus dedit viam iustitiæ. Conuertere ad dominum & relinque peccata tua: precare ante faciem domini, & minue offendicula. Eccleſiaſt. 17.

QVANTVM gratiæ dominus Ieſus, chariſsimi, contulerit Eccleſiæ ſuæ, nec dici poteſt neque cogitari ſatis, paruulis enim peccato originali oppreſſis, adultis quoque qui in infidelitate adolauerunt, baptiſmum reliquit, quo anima purgatur, eccleſiæ & Chriſto incorporatur, & illi ianuæ
Iob.7. cœli aperiuntur. Quumque in hac vita quilibet Chriſtianus velut in continua militia viuat aduerſus diabolum, carnem & mundum, ſacramentum inſtituit cõfirmationis, vbi virtus confertur & robur ad reſiſtendum tentationibus, q̃ apprimè neceſſariũ erat in primitiua eccleſia, tempore martyrum, vt ſic fideles cõfortarentur & animarentur ad liberius cõfitendũ nomen Ieſu inter gentes. Inſuper ad augmentum gratiæ, inq̃ue ſui memoriam reliquit nobis immenſum illum theſaurum, ſacramentum ſcilicet, corporis & ſanguinis ſui, in quo omnes diuitias gratiæ licet inuenire, dũmodo ipſi cõtemplemur ſignificationem paſsionis ſuæ & mortis, ſicut ea pro nobis geritur in officio miſſæ, vel quum ipſi effectus eius participes efficimur in ipſius ſuſceptione. Prę-
Hierony. terea mitiſsimus Deus cõſpicatus naturę noſtræ fragilitatẽ, quodq̃ue facile relabamur in peccata, peccantes cõtra Deũ mortaliter, vt huic quoque malo mederetur, dedit ſacramentum pœnitentiæ, velut alteram à naufragio tabulam, vt teſtatur Hieronymus, & nos ab initio ex Sapientiæ indu ximus. Pœnitentibus dedit viam iuſtitiæ, &c. Aue Maria.

¶ Euãgelio de filio prodigo, aut de oue perdita. Luc. 15.

Quàm neceſſarium ſit hoc ipſum quoque pœnitentiæ ſacramentum, vel hinc colligere facile quis poteſt, q̃ quum poſt partam innocentiã in baptiſmo homo recidit per naufragium peccati alicuius actualis in mare mundi huius, rur-
Sap.14. ſus relabitur in iram & inimicitiam Dei, ſummi vtique boni, cui æque odio eſt impius & impietas eius. Vnde &
Iud.5. Iudith dicebat eum odiſſe malitiam, & Sapiens admonuit ne
Eccl.15. quis ea quæ Deus odio habet, faciat. Per peccatũ enim homo

mo ſe auertit ab æterno & ſummo bono, felicitatem amit- *Luc. 15.*
tit & damnationẽ acquirit, vſque adeò vt amplius indignus *Tom.2.*
ſit pane quo veſcitur, vide homiliam dominicæ 19. poſt feſtum Pentecoſtes. Quũ itaque peccator in tantum ceciderit barathrum à ſummi Dei gratia, nõ poteſt à ſeipſo reſurgere, quia nemo venit ad dominum niſi pater traxerit eum: *Ioan. 6.*
liberum autem arbitrium vſque adeò extollere, vt etiã poſſit per ſe reſurgere à peccatis Pelagianum fuerit, ſacris literis & conſiliis aduerſum: non ſumus enim ſufficientes cogi- *2. Cor. 3.*
tare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Homo iſte qui inciderat in latrones vul- *Luc. 10.*
neratus ab eis, iacens propè viam, neque ipſe ſe iuuare potuit, neque iuuari à leuita ſimul & ſacerdote, ſenſit autem auxilium Samaritani, hoc eſt Chriſti domini, trãſeuntis per viam aſſumptæ humanitatis. Neceſſarium itaque eſt vt homo peccator habeat peculiarem quandam motionẽ à Deo, vt ſeipſum inſpiciens & excutiens totum, ſua cõſyderet peccata, ſuper iis pœnitentiam agat, aſsiſtente Dei gratia. Ipſe *Apoca. 3.*
enim dominus aſtat ad cordis oſtiũ, pulſans per inſtinctum gratiæ ſuæ. Et quamuis peccator ægrè peccata deſerit, ſubindè ſe hinc inde circunuoluens inſtar aſpidis, quoniam mo leſtum eſt illi à peccatis deſiſtere: miſericors dominus eũ impellit per timorem & humilitatẽ ad agendum pœnitẽtiam.

¶ Quúmque incertꝰ adhuc eſſet peccator de peccati remiſſione, mitiſsimus dominus inſtituit ſacramentum pœnitentiæ, abſolutionem, ſcilicet ſacerdotalem, qua certior efficiatur peccator penes hoc ſignum externum de diuina gratia ſibi collata, & de peccatis remiſsis, non quidem ex meritò ſuo, ſed virtute paſsionis & mortis Chriſti: ſicut omnia ſacramenta inde habent efficaciam ſuam. ¶ Atque hoc ipſum *Initiũ præ dicationis à pœnitẽt.*
eſt pœnitentiæ ſacramentum, Eccleſiæ à Chriſto traditum ſupra veteris teſtamenti pœnitentiam: non operatur autem pœnitentia ſacramentalis niſi in corde contrito iámque parato abſolutionem ſacerdotis, & gratiam Dei, recipere. Eáque ratio eſt, quur Ioánes, imò & Chriſtus ipſe, & princeps apoſtolorum Petrus, prædicationem ſuam exorſi ſint à pœnitentia. ſiquidem Ioannem perhibet Matthæus veniſſe in *Matt. 3.*
diebus illis & prædicaſſe in deſerto Iudææ regionis, & dixiſſe: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœ- *Marc. 1.*
lorũ: ſed & Marcus ait, Erat Ioannes in deſerto baptizãs &

prædicans baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum: de Christo etiam sic dicit Matthæus, quum audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiã agite, appropinquat enim regnum cœlorum. quasi diceret. Ecce ego Messias sum redemptor & saluator mundi, gratię autem & saluationis meæ non poteritis esse participes, nisi pœnitentiam egeritis, vt sic vobis etiam appropinquet regnum cœlorum. Magistrum hunc optimum imitatus est nõ malus discipulus Petrus, nam & is in prima concione post ascensionem Christi & spiritus sancti missionem, sic dixit, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti, vt Lucas explicat. Quem locũ Lutherus ad opprimendum pœnitentiæ sacramentum deprauauit, pro eo quod ibi habetur, pœnitentiam agite, legens, Emendemini, Teutonice, betertv.

Mat.4.

Act.1.

2 Iam porrò animus est homilias aliquot, adiuuante Dei gratia, ponere de sacramento pœnitẽtiæ, nõ quod omniave lim hîc referre quę de pœnitẽtia & cõfessione dici possent. nimis enim id & longum foret & molestum, sed summa tãtum capita quæ à Neochristianis peruertuntur temerè, vt sic erroneas eorum doctrinas quilibet Christianus possit euitare, & per pœnitẽtiam Dei gratiam atque remissionem consequi peccatorum. Vnum tamen quid prætermittendũ non est, quod vocabulo pœnitentiæ duplici modo vtimur: pœnitentia enim sacramentalis tantum est absolutio sacerdotis, quæ fit potestate clauium sibi à Deo tradita. Deinde pœnitentia internam quoque significat contritionem in animo peccatoris super peccatis commissis, & opera pœnalia externa ad declinanda peccata. & de hac nũc dicturi sumus, tãtisper dum deueniamus ad homiliam de potestate clauiũ, vbi disseremus de pœnitentia, quomodo sit sacramentum. ¶ Vt autẽ de vtraque pœnitẽtia sermo nobis sit acceptior, vósque intelligatis melius, principio immensam vtilitatem homini ex pœnitentia emergentem ostendam: quam tamen maiore cum fructu explicare nõ possum, nisi rationes proposuero quæ nos ad pœnitentiam debeant mouere: quoniã omnium maximè illa necessaria est, eo quòd simul atque ad vsum

vsum rationis deuenerimus, gratiam amittimus baptismi & confirmationis. per opera carnis quæ Paulus ad Galat. enumerat dicens. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & iis similia: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequẽtur. Quando autem ex humana imbecillitate sine peccatis non viuimus, iuxta illud Ioannis, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sic quia incessabiliter delinquimus, continuè delictorum quęrere remedium debemus pœnitentiam, ad eam moueant nos rationes sequentes.

Galat.5.

Pœnitẽtia necessaria

3 Prima est, æternæ damnationis timor, paratus est enim ignis gehennæ diabolo & omnibus qui in peccatis moriuntur, non agentes super iis pœnitentiam: sicut ad Iudæos dixit dominus, in peccatis vestris moriemini. Et alibi rursus, nisi pœnitentiam egeritis, omnes in vnum peribitis. Iterum quoque quid prodest, inquit, homini, si vniuersum mũdum lucretur, animæ autem suæ detrimẽtum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? filius hominis erit in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Ecce secundum opera, vbi quã malè habebunt Neochristiani cum sua nuda fide, omnibus operibus destituta: qui autem pœnitentiam egerunt, retributionem bonam inuenient. ¶ Ad euitãdam damnationem æternam, pœnam istam ineffabilem, quilibet homo studeat peccata sua delere & redimere per opera pœnitentiæ, ne videat amplius ista Deus ad puniendum ea: nam quum anima damnata execrabilis adeò sit & miserabilis, vt vniuersus merito mundus condolere debeat, quoties aliqua damnatur, quid faciendum de tot milibus animarum quæ faciem Dei nunquam videbunt, in perpetuum æterni carceris squallorem detrusæ? O ter quaterque imò in immẽsum beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum. Altera causa est spes æternæ beatitudinis cõsequendę, ad quã creatus est homo, ad imaginem & similitudinem Dei, ideoque in nulla creatura super terram, saturari refici potest nobilissima anima hominis nisi in Deo, dicente Propheta, satia-

Causæ nos mouentes ad pœnit.

Matt.25.

Ioan.5.

Psal.31.

Genes.1.

Psal.16. bor quum apparuerit gloria tua. de magna gloria beatorum de immẽso gaudio & lętitia, nemo satis eloqui potest: quoniam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui diligũt illũ. Rationẽ hanc Christus & Ioannes expresserunt, dicentes, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum (licet regnum cœlorum hîc etiam præsentem possit significare ecclesiam, sicut Theophy. & alij exponunt, tamẽ etiam propriè potest exponi de regno beatitudinis: id qđ facit Chrysostomus) quisquis ergo gloriam vitæ vult consequi æternæ, prius oportet opera peragat pœnitẽtię, quia iuxta Paulum per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnũ cœlorum: quamuis omne id quod patimur propter Deum, exiguum est teste Paulo, non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis.

1. Cor. 2.

Act. 14.

Rom. 8.

4 Tertia causa agendæ pœnitentiæ est, vt sic homo animam baptismi & confirmationis gratiam rursus acquirat: in iis enim duobus sacramẽtis, atque præcipuè in baptismo quisque cõsepeliuit hominem veterem, & resurrexit in nouitatem vitæ, induit quoque dominũ Iesum & vestem innocentiæ, factus ita filius lucis & fœlicitatis. Hanc autem gratiam & iunocentiam persequentia perdidit peccata, factus iam filius damnationis. Inde rursus per pœnitentiam reconciliatus Deo, fit filius Dei & cohæres Christi. ¶ Quarta ratio hæc est, quia per pœnitentiã omnia prius transacta opera bona in gratia & charitate Dei reuocantur, & homo pœnitentiam agens, iterum particeps efficitur omnium operũ bonorũ quæ fiunt in mundo. Prius illud sic intellige: si quis multum gratiæ & meriti acquisierit, per orationẽ, ieiuniũ, eleemosynam & similia, id omne per vnum peccatum mortale amittitur, quia peccatum nõ tantum perimit animam, sed etiam bona opera: iuxta illud domini, dicentis per Prophetam, Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur: sic autẽ peccatum mortale tollit omnia opera bona, vt ea amplius nõ respiciat Deus ad remunerationem æternam: ita vicissim ex misericordia pœnitẽtia reuiuiscere facit opera à peccatis (vt loquuntur) mortificata, quę tamen antea in gratia Dei facta fuerant, sicut

Rom. 6.

Galat. 3.

Rom. 8.

Ezc. 18.

Opera redeunt.

ibidẽ dicit dominus. quũ auerterit se impius ab impietate sua quã operatus est, & egerit pœnitentiã, custodierit quoq; omnia prȩcepta mea, vita viuet & nõ morietur, omnium iniquitatũ eius quas operatus est, nõ recordabor, iniustitia sua quã operatus est, viuet. Atq; hæc sane magna est pœnitentiæ vtilitas, quòd per eã quis recuperat omnia bona quę ante plurimos annos fecerat. Alter quoq; non mediocris est pœnitentię fructus, quod hominẽ pœnitentem omnium operum bonorũ quęcunque fiunt in mundo: facit participem, nã hoc bene ponderãdũ est omnibus quod vbi primũ Dei gratiã sunt consequuti, participes fiunt omniũ missarum, orationum, eleemosynarũ & similium quę fiunt in mundo, teste Psalmista, Particeps ego sum omniũ timentium te, & custodientium mãdata tua. Ea nimirum sanctorum est in hoc mundo communio, in qua corpus spirituale huic carnali cõparatur, sicut enim mãducãte aliquo, omnia eius membra salubria fouentur, ita hîc quum quis reficitur proficit hoc omnibus mẽbris, hoc est fidelibus cunctis, sicuti Paulus præclarè confirmat. ¶ Et quòd oportet pœnitentiam fieri tempore quadragesimali ante susceptionem sacramenti, habemus ex matre nostra Ecclesia, quę nobis est audienda, nisi sicut ethnici velimus esse & publicani, quoniam ecclesia nos regenerauit in baptismo ad vitam æternam: sic & Paulus iubet nos obedire præpositis ecclesiæ, eo quòd ipsi rationem debent reddere pro animabus nostris. & præclare inquit Sapiens, Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ita ne derelinquas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Bene etiam de Ecclesia dici potest, quoniã ipsa nobis confessionis modum & tempus præscripsit, illud à quo primũ exorsi sumus: Pœnitentibus dedit viam iustitiæ, conuertere ad dominum. &c.

Ezc. 18.

Vtilitas pœnitentiæ participatio.

Psal. 118.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Mat. 18.

Calat. 4.

Heb. 13.

Eccle. 17.

HOMILIA XXXVIII. DE POENITENTIA & partibus eius.

¶ Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. 4.

AVdistis charissimi homilia superiore, qũo hic dupliciter vtamur vocabulo pœnitentiæ, est enim ea sacerdotalis absolutio, super hominem pœnitẽtem, qui vt eam dignè suscipiat, oportet habeat prius pœninentiam, hoc est

Universidad de Deusto
Biblioteca

contritionem internam in corde, eam deinde exhibebit ore & opere. Hæc vt plenius intelligatis omnia, scitote quòd vbi primum peccator venerit ad peccati cognitionem, tunc ille sanè debebit peccatum suũ arguere & accusare, siquidem iniquè egit, Deumq́ue in se commouit: ideo est quod
1. Cor. 11. ipse illud puniat & iudicet: iuxta illud Pauli, Si nos iudicaremus, non iudicaremur à domino. ¶ Estq́ue hoc ipsum iam opus iustitiæ, velle malum in seipso vlcisci & punire: atque ideo sacramentum hoc quod iudiciale est, imò (remuneratione dempta) est hæc longè nobilissima operatio iustitiæ, excellentior quàm quod magistratus vindictam sumant de aliis. Quomodo autem debeat quis peccatum in seipso vlcisci, ostendunt hoc doctores quatuor modis fieri. Primò

Vindicare peccatũ in seipso.

vt voluntatem habeat peccatum vindicandi, & iudicandi, fit hoc quum voluntas sibi & aliis imperans, vt ait Augustinus, imperat etiam intellectui, vt recogitet quantum offenderit peccatum istud diuinam maiestatem & bonitatẽ, quę super omnia erat diligenda, inde iam concipitur odium peccati. 2 Atque hinc rursus emergit tanta (vt sic dicam) displicentia peccati, vt cupiat se nunquàm peccasse, tantumq́; possint sibi in vniuersum displicere peccata omnia, vt velit nũquàm se irritasse & commouisse aduersus se Deũ, eiúsq; præcepta nunquàm esse transgressum (nota Bonauent.

3 Ex illis tertium hoc prouenit, vt volens pœnã susc ipiat peccati, operatus in hoc iustitiam, siue oret, siue ieiunet, siue templa visitet, siue eleemosynam largiatur, siue abstineat à vino, cibo, somno, & quicquid huiusmodi afflictionum siue pœnarum sustineat ad emendationem peccatorum, omnia autem hæc vltro patiatur & quasi cum gaudio: nam iuxta Augustinum, quilibet peccator de peccato do-

Lib. de pœniten.

leat, & de dolore gaudeat. 4 Postremò operatur quis pœnitentiam, si voluntariè sustinet aduersitatem sibi obuenientem, neque remurmuret, & quamuis tertia illa operatio magis Deo placet, qua quis vltro sibi pro peccatis suis pœnam assumit, quàm vt pœnam ineuitabilis patiatur necessitas: attamen & hoc non displicet Deo, si voluntati diuinæ suam etiam quis conformet, dicens in omni tribulatione & angustia, corde, & ore, fiat domine voluntas tua. Sequitur hinc doctrina salubris, & plebeis hominibus sæpius inculcanda, vt quilibet Christianus studiosè assuefaciat animum

suum, ad quascunq; tribulatiões & aduersitates, quas patitur, suscipiẽdas pro pœnis peccatorum: sicut præclarè ait Chrysost. si de copia rerũ in penuriã cadis Deo permittente, si ignis ingruẽs tuam substantiã absumpsit, & totam domũ tuam populatus est, & agis gratias Deo qui prohibere potuit & nõ prohibuit, tantã accipies mercedẽ, quantã si omnia illa in pauperũ manus erogasses. doctrina pulchra sanè, & desolatorum mentes multũ confirmans, ideoq́; bene obseruanda. Præterea discès hinc nõ quotidianas tantũ tribulationes, sed & ipsam quantumuis ineuitabilẽ mortẽ susc ipere patiẽter, eamq́; Deo pro peccatis tuis offerre: illa enim sic volũtarie accepta est pœna sufficiens pro pœna cuiuscũq; peccati venialis, & forte pro magna parte pœnæ debitæ pro mortalibus dimissis, nec obstat quòd est pœna necessaria, quia aliquis potest necessarium volũtarie acceptare. Hæc Scotus distinct. 21. quarti, Vide & Gersonem.

Chryso.

Tribulationes & mortem voluntariè pati.

2 Quanuis ergo Lutherus lanienã suã in hoc quoq; pœnitentiæ sacramẽto nimium exercuerit, nos tamen rẽ integre tractantes singulas eius partes declarabimus, iuxta sententiam Eccl̃e siasticam & patrũ receptorũ dicta, scriptaq́ue sacris literis conformia, disseremus de virtute pœnitentiæ, quæ iustitiæ pars est, habẽtque ipsa rursus alias partes tres, Cõtritionem in corde, confessionem in ore, & satisfactionem in opere: neq; hoc abhorret à ratione, quũ enim pœnitentia iudiciario foro similima sit, principiò denunciationem fieri conuenit ad iudicium, ea conficitur contritione, in qua peccator admonetur sui commissi, quo conditorem suum Deum grauiter offendit: deinde coram iudice culpa quoq; confitenda est, id fit in confessione: postremo & satisfaciendum est peccatum declinando iuxta decretum iudicis, quod etiam perficitur quando quis satisfactionem sibi à confessore iniunctam opere complet. Quid quod ipsum etiam ratio peccati probat, quoniam tripliciter offendimus Deum, in corde per malas cogitationes: ore per turpia, falsa & peruersa verba: in opere quoq;, quando cogitationes prauas ipso facto implemus. ¶ Eandẽ rationẽ habere debet pharmacum pœnitẽtiæ, vt ait Chrysosto. Perfecta pœnitẽtia cogit peccatorẽ omnia libẽter sufferre, superiori supplex est, inferiori subiacet, in corde eius contritio est, *Homil. 28* in ore eiº cõfessio, in opere tota humilitas. hæc est fructife-

ra & perfecta pœnitudo. Testatur idé Ecclesia quoq; sic orans ad Dñm, Omnipotés sempiterne Deꝰ te humiliter imploramus, ne nos peccatores perire permittas, ꝓpter nimia peccata nostra, quia tua creatura sumus, licet peccatores simus, vt ante diē exitus nostri per verā cōtritionem, puram confessionem, & dignā satisfactionē tibi domino Deo omnipotēti placere mereamur. 3 Hic priusquā progrediar, oportet nonnihil attingere Neochristianorū errores, vt eos catholici facilius euitēt. Principio em̄ nimis impudeter asserūt doctores Ecclesiæ negare fidē esse in pœnitētia necessariā. Reliquiæ sunt veterū hæresum, sicut Augu. Cyprianus, & alij sæpe conquesti sunt, quomodo hæretici suorum temporū conati sint per mēdacia audientiū animos auertere à veritate. Vnde & Hieronymus super Oseam dicit. In mēdacio circundant hæretici dominum, quicquid enim loquuntur, negatio, imo mēdaciū est. Plurimū hoc in vsu habet Lutherus, quòd vel hinc satis patet, qñ Ecclesiæ & patribus impingere nō veretur, quòd ab eis cogitatū est nunquā: neq; vero poterit ille ostēdere hoc in aliquo doctore, ex vniuerso illo numero omniū quotquot fuerunt iā inde à tēporibus Apostolorum. nanq; edocti isti à spiritu sancto non ignorant vtique, quod sine fide impossibile sit placere Deo. oportet enim accedendē ad Deum credere quia est, & quòd remunerator bonorum est, quærentium se: sciunt illi & sciuerunt iā olim quòd docuit Iacobus, quoniam postulare volens aliquid à Deo, postulet id in fidei nihil hæsitās: quia qui hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & huc illuc impellitur. Nō latuit eos quia omne quòd ex Deo natum est, vincit mundum, & quòd hęc est victoria quę vincit mundū, fides nostra. Ita sciunt quoq; quid in veteri testamento dominus dixerit ad filios Israēl, Vsquequo detrahet mihi populus iste? quousq; non credent mihi, in omnibus signis quæ feci corā eis? feriam igitur eos pestilentia atq; consumam. Et quod Esaias ait, nisi crediderit is, non intelligetis. Nemo igitur credat Luthero perperam docēti, & miserē homines seducenti, quasi vnquā aliquis fidē crediderit non esse necessariam, quū tamen omnes cōfiteamur vna cum Paulo, fidē esse substantiam, id est fundamentū totiꝰ ædificij Christiani. Profectos homines væsani sint oportet & nimis stupidi, quicunque talia audiunt docentem, nec audiunt

Collecta

Deca. Bap.

Cap. 11. Hæretici mendaces.

Heb. 11.

Iacob. 1.

1. Ioan. 5.

Fides.

Heb. 11.

audiunt tantū, sed laudant, fouent, amplectuntur: quisquis enim vel micā habet rationis, colligere facilè potest neminem verā acturū pœnitentiā, nisi qui credat, quis enim magnifaciat offensam, & iram Dei, qui nihil habet fidei? Alius quidā error est noui Cresconi, Philip. Melanchr. qui duas ponit pœnitentiæ partes, cōtritionē & fidem, illa enim terret conscientiā, hæc rursus cōsolatur. Errorē hunc suū multis exornat phaleris, sed istiusmodi quæ ad populum magis quā eruditos pertineāt, quia nihil artis, nihilq; fundamenti ac soliditatis, habēt, & tātundē habēt veri intellectus in solida Theologia, & tñ quo magis fucū faciat, inducit verba Ghristi dicētis, pœnitentiā agite & credite Euangelio, non cōmunis, inquit, est hæc fides, sed vt credat quis dimissa sibi esse peccata propter Christū. Verum hęc errore plena sunt omnia, eo modo quo ipse cōfessionē & satisfactionē excludere, nudamq; fidē conatur astruere, quum tamē fides nihil minus sit quā pœnitētię pars: quia fidem habēt etiam mali nullam agentes pœnitentiā: est aūt quoddam prœuium omnem præcedens pœnitentiā, Verū igitur est quòd vniuersa scriptura prædicat fidē, nam ipsa substantia est & fundamētum omniū rerū sperandarū. 4 Cæterū quod Melāchthō cū magistro suo Luthero tātopere extollit fidē, nō facit hoc in eius laudē & honorē: sed vt sic oppugnet ecclesiā & eius sacramēta: quo in præsumptionē & temeritatē redigantur homines, sic ex istis erroribus persuasi. Aliquē puta esse absolutū, modo credat, etiā si contritionē de peccatis nullam habeat. Aliter nos docuit Christi præcursor Ioānes, dicens, Agite pœnitentiā, & facite fructus dignos pœnitentię. Sic ille nimirū homines ad opera bona vrgebat, iste aūt Antichristi præcursor nos ab operibus bonis dehortatur, & ad nudam fidē deducere nititur. Audiat iste mihi verbū illud Augusti. Iacabus tā v ehementer infensus est eis qui sapiunt fidē sine operibus valere ad salutē, vt etiā illos dæmonibus cōparet, dicēs, Tu credis qm̄ vnus est Deus, benefacis, & dæmones credūt & contremiscunt. nō multo diuersum ait Ambrosi. de pœnitētibus, Audiāt, inquit, qui agunt pœnitentiā, qūo agere debeāt, quod studio, quo affectu, qua mētis intentione, qua intimorū cōcussione viscerū, qua cordis conuersione. Ecce qūo hic sanctus pater & doctor ob oculos ponit, quanto labore, quāq; serio sit agenda pœniten-

Error Melanch.

Marc. 1.

Matth. 3.

Deq. dulcitij. q. 1.

Ambros.

tia, vsque adeò nõ contentus est fide ista operibus & charitate destituta. Quodq; possit homo non parũ se solari operibus suis bonis erga Deũ, pulchrè demonstrat Gregor. dicens, Sciẽdũ est quia ex pœna pœnitẽtię, quã sibi mẽs irrogat, aliquatenus securitatem percipit, atq; ad interrogationẽ superni iudicis fidẽtior exurgit. Et alibi, causſæ, inquit, pensandæ sunt, & tunc ligandi atq; soluendi potestas exercenda. En quã omnino non nuda fides sufficit, sed causſę insuper sunt pensandæ, vt sic fieri possit absolutio, vnde constat falsum esse istud Lutheranũ dogma, quia fides sola ad remissionem peccatorũ nõ sufficit, quum nec pars eius existat, sed fundamentũ est & vniuersam ecclesiasticam structurã antecedit. ideò rursus ait Gregor. sunt quidam credentes verbis, sed vita non agnoscunt fidem. Nemo igitur fidem sine operibus sufficere solam credat, quum scriptum sit fidem sine operibus otiosam & mortuam esse: nemo reputet se diaboli fauces euasisse perfectè ex nuda solius fidei professione lõge plus credet quilibet Christianus vere pius & integer ecclesiæ catholicæ, illiq; se in sua pœnitentia ita conformabit, vt contritionem habeat in ore, confessionem in corde, & opere satisfactionem, quatenus hic gratiam, suorumq; peccatorum remissionem, & post hanc vitam illam consequatur æternam. Amen.

Lib. 9. moral. In homi. cum seruo ess. sat.

Lib. 33. moral.

HOMILIA XXXIX. DE PRIMO *contritionis initio.*

¶ Scindite corda vestra. Iohel. 2.

Iohel. 2.

Augusti.

Eccle. 1.
Psal. 110.
Psal. 5.
Eccle. 1.

DIximus contritionem primam esse pœnitentiæ partem, vnde & pœnitentia interior siue cordis appellatur, quam à nobis dominus exigit per prophetam Iohelem quum ait, scindite corda vestra: fit hoc autem per contritionẽ, quæ quomodo fieri debeat & hauriri, nunc dicemus auxiliante Deo, atq; ibi mihi assumo dictũ Augu. qui dicit, pœnitentia timore cõcipitur. Verbũ hoc multis modis in sacris literis est fundatũ & vsurpatum, ita enim sapiẽs profitetur quod initiũ sapientiæ sit timor domini, quod ante eum dixit etiam psalmistes, & in alio psalmorum loco inquit, introibo in templum sanctum tuum in timore tuo. Vsque adeò autem necessarius est timor, vt perhibeat sapiens eum qui est sine timore, non posse iustificari, & is sanè timor paritur

paritur duplici via, vt mox dicturi sumus. Quo itaque modò concipiatur timor ille, pulchrè declarant doctores: quũ is qui in peccatis positus est, sui meminit ipse, suorúmq; cõmemorat multitudinem peccatorum, quibus grauiter offendit Deum: recogitat ille omnes annos suos in amaritudine animæ suæ cum Ezechia rege: ad memoriã reuocat peccatis suis se gratiã Dei amisisse, iram Dei recolit immensam, cõsyderat & pœnã gehennæ quam sit intolerabilis, vbi cogitur priuatꝰ esse gaudio felicitatis æternæ, nisi à peccatis suis desistat. Et quũ ita huic est cogitationi intentus, secum ipse cõmemorans, quantũ incõmodi ex peccato sit cõsequutus, volens ea porro vitare, iamiam ipsum pœnitet cõmissi, & quærit remediũ pœnitentiæ, vbi primũ illi occurrit passio Christi & immensa charitas in redimẽdo genere humano, tũc & Deus elargitur gratiã, qua adiutus cõcipiat odiũ peccati, nõ tantum ex timore domini, quod incutit peccatũ, sed ex amore Christi atq; iustitiæ. Hanc pœnitentię formulam nobis proponit Augustinus quum ait: Ascendit homo aduersus se tribunal mentis suæ, si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt recipiat illic vnusquisque quæ per corpus gessit siue bonũ siue malum: atque ita constituto iudicio in corde adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Atque hoc iam pœnitẽtiæ initium est, quãdo lictor ille homini peccatori præcepit vt iudicio semet sistat, ipseq́ue sibi fiat iudex peccatorũ suorum.

Esa. 31.

De medicina pœnit. ca. 2.

2 Modus hic incipiendæ pœnitentiæ cõcordi consensu à sanctis patribus est approbatus, planéque sacris literis cõformis (vt oblatrat Lutherus, sicuti dicetur infrà.) In eius rei probationem euidentem, assumo euangeliũ de filio prodigo, siquidé ea parabola tota, vt & reliqua eius capitis, ad pœnitentiã pertinent, quemadmodũ Augusti. Chrysosto. Hiero, Beda & Ambro. interpretantur: ait autẽ inquit dominꝰ ibi, filius iste cupiebat implere ventrẽ suũ de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat: quo nimirũ significare voluit immẽsam peccatoris egestatẽ: ibi enim statim cœpit iste cogitare apud se, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? (Ecce meminit hic remunerationis & diuitiarũ in domo patris cœlestis) & ego hic fame pereo (ecce metũ pœnæ) surgam & ibo ad patrem meum verba sunt, ait Augustinus, meditantis iam pœnitentiã.

Aug. q. euang. 2. c. 33.
Chrysost. hom. 24.

¶ Et quũ adhuc longe esset, vidit illum pater, & accurrens cecidit super collũ eius: vbi significatur, quia quũ homo incipit agere pœnitentiã, tunc illi occurrit deus gratiam, imò & præuenit, vt ei pœnitentia inde dulcescat & fructũ pariat. Basilius facit hic tres gradus, quibus ad patrem venit filius, spem remunerationis, timorem pœnæ, & paternæ bonitatis amorem. ¶ De hoc initio pœnitentiæ dicit dominus Deus ad peccatores, conuertimini ad me in toto corde vestro, & ego cõuertar ad vos. & rursus per Hieremiam, si cõuerteris, conuertam te, ideo tantum quia se homo auertit à peccatis ad diuinam misericordiam, non deserit eum, sed & manũ illi porrigit, dicente Iob, operi manuum tuarũ porriges dextram. Nõ hoc ita intelliges tamen, quasi prima hominis peccatoris conuersio fieri possit ex propria illius virtute, quoniam verum est quòd dicit dominus, nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum, ideóque oportet & hanc primam conuersionem præcedere motionem diuinam, qua Deus peccatorem trahit ad conuersionẽ, nostrum enim & cogitare, & perficere est à Deo, ipseq; adeo Deus ad ostium cordis nostri adstat, hac ipsa monitione sua pulsans, quapropter inquit propheta, cõuerte me, & cõuertar. ¶ Ne autem hic quis impingat ad eum scopulum ad quem impegit Lutherus, sed sciat potius quidnã operatur homo in pœnitentia, audi pulchrum & præclarũ dictum B. Augustini, initium salutis nostræ Deo miserante habemus (puta per primã Dei motionẽ) vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostrę potestatis est (ecce vim liberi arbitrij & meritum cõgrui) vt adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris, (Hæc ipsa autẽ est gratia per quam peccator iustificatur) vt nõ labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est & cœlestis pariter adiutorij. Quatuor hic ostendit Augu. in pœnitentia, motionem diuinã, quæ fit cũ timore, deinde cõsensum peccatoris in huiusmodi commotionem, mox gratiã Dei, & postremo perseuerãtiã, in gratia, quæ omnia cernere licet in filio isto prodigo: primo motionem Dei, quando dicebat, quanti mercenarij sunt, &c. deinde consensum humanum in hoc quod ait, surgam & ibo: mox gratiam Dei in occursu patris, quum etiam à longe adhuc esset filius: postremo perseuerantiam boni designat illud quod eum vestiuit stola, & conuiuium

Basil.

Zach.1.
Hier.15.

Ioan.14.

Ioan.6.

Phil.2.
Apo.3.

Hier.21.

De eccl. dog. c.21.

conuiuium apparauit in domo sua. 3 Quum ergo constet ex sacris literis, sicut & deinceps latius probabitur pœnitentiam incipere à motione diuina cum timore, sciendũ est hunc quoque esse geminum (quanuis alij ponunt. 4. sed ista sufficiant pro plebe) alius enim est seruilis, quum quis facere omittit tantum metu pœnæ, vel aliquid facit, quod non faceret, nisi metueret pœnam. Alter est ille quẽ filialem vocant, quãdo aliquis quippiam facit aut omittit, non timore pœnæ, sed quia timet ne illũ offendat. ¶ Vterque hic timor ex nomine notitiam trahit, quoniã & seruus bene facit timens aut verbera aut missionem: filius autem reueretur patrem, obseruat & amat, cauens sedulo ne quid agat quo offendat illum. hoc enim parentum obseruantia requirit, vt ne offendant eos liberi, vsqueadeo vt pœnitendum quid sit parentes offendisse etiã demortuos. Non diuersum est si de homine respectu Dei loquaris, quoniã si quis à peccatis abstinet formidine pœnæ, timor hic seruilis est: alius autẽ peccare negligit, metuens ne Deum quẽ diligit offendat, & gratiã eius amittat. ¶ Augustẽ exempli loco duas proponit vxores, quæ adulterium metuunt, altera quidem timens verbera & indignationẽ mariti, alias futura prõptissima: altera vero amore castitatis & pudicitiæ erga maritum abstinet, volens ea tantum facere quæ illi placeant: prior illa nollet maritum diu esse prẽsentẽ, absentem quoq; metuit ne veniat ex improuiso: hæc autẽ quæ maritum castè diligit & cum amore reueretur, cuperet cũ semper adesse, metuẽs ne quo abeat. Vtraq; hæc vxor timorẽ habet sed inæqualiter, quia prior timet ne veniens maritus ipsam verberet: posterior metuit ne abiens maritus ipsam deserat, ita res habet in timentibus Deum. ¶ Non celauit etiã scriptura discrimen istud, ideo enim Ioannes profitetur timorem nõ esse in charitate, eo q̃ charitas perfecta expellit timorẽ, loquẽs ibi de timore seruili, quẽ amisit filius iste prodigus, cõquestus ipse secum quid ageret pene iam fame emortuus. Timor hic pœnæ est quem habet peccator priusquam iustificetur, metuens ne dãneretur, ideo eum pungit & angit iste timor. ¶ Alius autem timor est, de quo inquit propheta. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi, dictum nimirũ id est de timore filiali, quẽ etiã charitas comitatur, sicuti cum honore filius metuit patrem quem obseruat manens

Super canon Ioan.

Ioan.4.

Luc.15.

Psal.18.

tamen in domo vt hæres. ¶ Hęc itaque est vtriusq; timoris differentia, & quisquis pœnitentiã agit, vtrũque habet, primo seruilem, sicuti filius prodiguus quum adhuc esset in regione lõginqua, deinde per gratiã Dei, & occursum patris acquirit alterum illum, quẽ habent filij erga parentes suos.

4 At quum supra dictum sit & ostensum ex verbis Ioannis, quia perfecta charitas expellit timorem, intelligendo seruilem, non intelligendum hoc est, sicut Neochristiani volũt, quasi metus pœnæ non possit stare cum charitate, vix enim paucos ex multis milibus reperias qui nõ metuant pœnam, adeo vt eos hæc retrahant à peccatis, vbi quis forsitan cogitet, q̃ quandiu in se sentiat huiusmodi timorem,
Augusti. nõ habere gratiam & charitatem Dei. Respõdit ad hæc Augustinus affirmans, quia timor locum præparat charitati. quum autẽ incipit charitas, expellitur timor, ita quod vbicunque est minus charitatis, ibi plus sit timoris: quãtò enim amplius charitas crescit, tantò plus timor decrescit. vbi autem timor nullus est, ibi nihil quoq; loci inueniet charitas. ¶ Vnde sãtis patet charitatem non semel omnem statim expellere timorem, sed per successum temporis, inquantum & crescit, sicut & aqua quæ calefit non statim calor omne
Mala. 1. expellit frigus, sed in quantum crescit calor, tantum frigiditas decrescit. Dicat aliquis, fieri nõ posse vt quis simul habeat & charitatẽ & timorem, eo quòd tũc idem simul esset seruus & non seruus. ¶ Imò sanè fieri potest, ita enim dominus per prophetã dicit, si ego pater vester sum, vbi est amor meus? si dominus vester sum, vbi est timor meus? nemo est autẽ qui nõ Deum agnoscat patrem & dominum, proinde eũ timere debet & amare. id pulchrè expressit B. Bernar. quum ait donec quis premitur à spiritu seruitutis, parúmq; habet de spe, de timore plurimũ, nõ est ei pax neque requies, fluctuante nimirũ conscientia inter spem & timorem, maximè quòd à superabundante timore abundantius crucietur, nam timor habet pœnam. Cæterùm si paulatim per incrementum gratiæ cœperit deficere timor, & proficere spes, quum demum ad hoc ventum fuerit, vt totis viribus exurgens charitas in adiutorium spei foras mittat timorem, & eiusmodi anima singulariter in spe cõstituitur. Re-
1. Ioan. 4. ctè igitur rem expẽdit Ioãnes, quãdo nõ absolute charitatẽ nominat, sed ait, quia charitas perfecta foras mittit timorẽ.

¶ Obiiciet

¶ Obiiciet adhuc quispiam, quod si timor seruilis pœcatorem facit, & charitas iustum, iam simul aliquis esset & peccator & iustus. ¶ Verum est quod timor iste seruilis facit peccatorem, vel magis propriè loquendo est in peccatore, sin autem accedat propius ad patrem & charitatẽ (tũc enim dicitur timor initialis) iam amplius non est peccator. Quomodo hoc possibile sit, pulchrè docẽt doctores, & sic explicant: quoniam metum pœnæ considerare quis potest oculo dextro, tãquam præcipuum illud quod eum mouet, & qui aliquid facit ex huiusmodi timore, peccator est, vsqueadeò vt quamdiu manet in illo, gratiam Dei non acquirat, sicut Caino & Iudę factũ est. ¶ Quòd si vero oculo dextro præcipuè suspicit ad diuinam maiestatem ac bonitatem, sinistro tamen deorsum videat ad tẽporalia, ad curã & euitationem pœnæ, id sanè tanquã accidentaliter tantũ facit & nõ præcipuè, neq; hoc aduersatur charitati. Quãuis hic nolim quẽlibet timorem pœnæ esse timorẽ seruilem, quoniã & Christus dominus omnium nonnihil horroris habuit de supplicio, pater, inquiens, si possibile est trãseat à me calix iste, ne- *Matt. 26.*
mo tamen est qui perhibeat dominum gloriæ timorem habuisse seruilẽ, sicut ergo ab initio diximus hic timor est seruilis, quũ quis facere aliquid negligit metu pœnæ, alioquin facturus, hic ipse charitatem non habet. Quisquis autẽ pœnitentiam agere vult de peccato suo, conterat prius cor animumq́ue suum gladio timoris huius conscindens, qui eum compellet ad veram contritionem & charitatem, vt sic gratiam Dei & vitam consequatur æternam, Amen.

HOMILIA XL. DE TIMORE SERVILI, QUOMODO SIT INITIUM PŒNITENTIÆ, CHARITATIS, & SAPIENTIÆ.

¶ Initium sapientiæ timor Domini. Prouerb. 1.

Satis iam multa diximus charissimi, de timore quomodo sit initium pœnitentiæ, nunc porrò priusquam ad errores progrediamur Neochristianorum, dicendũ nonnihil est, quisnam timor sit pœnitentiæ principium. ¶ Et profe- *Psal. 110.*
ctò seruilis quoque timor initium pœnitentiæ est, quanuis *Prouer. 1.*
enim timor non ipsa quidem pœnitentia est, bonum tamen magnumq́ue exordium est eius: quisquis autem hîc fixo pede nollet vlterius progredi ad charitatem, is sanè mansurus

Mat.27. Act.1. esset in pœnitẽtia Iudæ qui seipsum laqueo suspendit, quicunque autẽ ad charitatem vsque peruenit, huic timor initium suæ efficitur pœnitentiæ, sicut pulchra similitudine beatus Augustinus timorem hunc cõparat setæ suillæ, qua

Timor seruilis bonus. sutores consuunt. nisi enim ea prius transmittatur filo, nullus patebit ingressus, ita hic nisi prius timor peruenerit in animum hominis, charitas non sequetur. ¶ Quòd autem timor etiam seruilis donum sit spiritus sancti & pœnitentiæ initium, testatur glossa interlinearis, quæ ad hoc quod

Glossa. timor sit initium sapientiæ, addit etiam seruilis, & Cassio-

Cassiod. do. super psalmum ait, Timor iudicij ianua est conuersionis, si addatur discretio dilectionis. Hoc scilicet docuit &

1.Tim.1. Paulus, quãdo iussit peccatores increpandos esse coram omnibus, vt cæteri timorem habeant, volens ad ædificationem ecclesiæ peccatores palam esse redarguendos, vt sic reliqui timore contumeliæ & pœnæ minus peccent, idem manifestius affirmat glossa super epistolam ad Romanos, ibi post-

Glossa. Rom.8. quam discernitur inter vtrunque timorem, subiungitur, &

August. seruilis timor bonus est, & à Deo, sed non sufficiens similiter Augustinus inquit, bonus est iste timor & vtilis, licet insufficiens, per quẽ paulatim fit consuetudo iustitiæ: ideóque in veteri testamento multũ & grauiter scriptura conatur homines deterrere à peccatis per hunc timorem: sicut in

Gen.2. paradiso statim imposita lege datóque præcepto primis parentibus nostris, subditur, In quacunque die comederitis ex eo, morte morieminí. deinceps quũ daretur lex Moysi, immensum quantũ ibi exhibitũ sit terroris, quando audiebantur tonitrua, videbantur fulgura, & nubes nigra ac densa cõ

Exo.19. tegebat mõtem Synai, ibi clangor tubarum audiebatur tantus, vt exhorresceret populus, quia & fumus exibat è mõte, tanquã de fornace: & mons totus erat aspectu horribilis ex flãmis ardentibus, ex clangore cornuũ atque tubarum, nunc

Exod.20 sanè populo dixit ad Moysen, loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur, & ait Moyses ad populũ, nolite timere, vt eũ probaret vos dñs venit, & vt terror illius esset in vobis, ecce impetũ atq; vim timoris.

2 Neque hoc solum nobis suffragatur testimoniũ veteris testamẽti, plenissima ibi sunt omnia per quinq; libros Moysi, & in prophetis, quomodo vndique Deus minatur pœnas & supplicia transgressoribus legis, quoniã lex ea durissima erat

erat & planè lex timoris, vide secundo Paralipomenon septimo, Leuitici vigesimo sexto, Deuteronomij quinto Psal. septuagesimo octauo. 1. Paral. 28. &c. ¶ Venio iam ad nouum testamentum, quod tamen est testamentum gratiæ & charitatis, atque sine timore tamen prædicatum non est, sicut euangelij præcursor & vtriusque testamenti limes prædicauit. ita enim ait Matth. Videns multos pharisæo- *Matt.3.* rum & Saducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Ecce quomodo interminatur eis de timore, & statim ad pœnitentiam relegat: blasphemum est quod Lutherus in disputatione Lypsi dixit, etiam si Ioannes Iudæis prædicando timorem incusserit, vt sic ad pœnitentiam peruenirent, nõ tamen ideo timorem initium esse pœnitentiæ: atque hinc omnes quotquot nunc ita prædicant, vt Ioannes fecit, male facere. Quid est obsecro, si hæc contumelia non est? quum enim Ioannes is sit, quo non surrexit sanctior inter natos mulierum, qui ab vtero matris suæ sanctificatus & plenus spiritu sancto, atque adeo propheta altissimi, quique parauit viam ante faciem domini, vtique non male docuit, eo quòd iuxta Bernardum illum non prædicatio doctum reddidit, sed diuina inspiratio. Quilibet igitur Christianus, cane peius & angue, exosa habeat ista Lutheri verba, quibus vult, etiamsi Ioannes docuisset timorem esse initiũ pœnitentiæ, non tamẽ inde sequi, pœnitentiã incipere à timore. Ad hæc dominus ipse nos idem docuit, admonẽs vt eum metueremus qui postquã occiderit corpus, animã quoque *Mat.10.* potest mittere in gehẽnam ignis: & alibi in parabola dixit, Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & sepes, atque cõpelle *Luc.14.* intrare: sic nimirum Paulus admirando quodam & stupendo modo compulsus est ad fidem, ipseq; deinceps minatus est se vẽturum in virga, aliãs quosdam tradidit sathanæ, sicut eius rei tota vndique plenissima est scriptura: Vt rectè dixerit, interim Ambrosius, Timor Dei est via virtutum. *Act. 9. 1.Co.4.5. De vita beata.*

3 Dicat aliquis, Antea dictum est timorem hunc seruilem esse in peccatore, neque iustificare quenquã, nisi quum cœperit amare Deum, quomodo ergo potest hic timor donum esse spiritus sancti? Aut quomodo non faciet peccatorem adhuc grauiorẽ, sicut Lutherus affirmat? Respondetur

quidem quod spiritus sanctus per charitatem expellit timo
1. Ioan. 4. rem, & tamen adhuc timor donum est spiritus sancti, quan
diu nō permaneat. Vt in simili aurora vtique est à sole, quā
quum videmus dicimus aduētare diem: orto autem ipso iam
sole: tunc desiit aurora, & clara cernuntur singula hæc. Ita
& hīc timor est à spiritu sancto, vbi autem illuxerit dies &
Super Ps. sol iustitiæ, euanescit timor: vnde rectè dixit Augustinus ti
morem hunc bonum esse & vtilem, sed insufficiētem. Errat
verò & cæcutit in media Luce Lutherus, quod duo tantum
sibi proponit, diem & noctem amicum & inimicum, quod
Tres gradus. non dictum est satis, quia oportet proponere tria: primum
Psal. 50. quòd aliquis inimicus est Dei, nimirum peccator: alter gra-
De lapsis. dus est, quia quis seruus Dei efficitur qui iā aliquanto pro-
pior est Deo, neque tamen charitatem eius adhuc habet, me
tuens sempiternam pœnam & vindictam. is iam quasi in au
rora est, à nocte properās ad lucem: tertium gradum occu
Esa. 38. pat amicus & iustus iam per charitatem peccata vitans, in cu
ius corde exortꝰ est sol iustitiæ, viuitq; in die gratiæ diuinę,
¶ Quæras, ad quid tandem conducat iste timor, quem bo-
num & vtilem esse perhibet Augustinus? Profectò ille ho-
minem peccatorem adducit & permouet ad cognitionem
peccatorum suorum, vt sic suam ipse scrutetur conscientiā,
quomodo tantopere aduersum se concitauerit Deū, dicatq;
cum Dauide, iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū
meum contra me est semper. Hoc est quod in quodam ser-
mone docet beatus Cypria. Vos fratres, inquiens, quorum
timor in Deum pronus est, pœnitentes ac dolentes peccata
vestra perspicite, grauissimum conscientiæ crimen agnosci
te, ad intelligentiam delicti vestri oculos cordis aperite, nec
desperantes misericordiam domini, nec tamen iam veniam
vendicantes: fecit hoc Ezechias, dicens, recogitabo tibi om-
nes annos meos in amaritudine animæ meæ. ¶ Neque verò
oscitanter & obiter tantum, sed summa cum diligentia fieri
debet ista peccatorū recogitatio, vt sic peccator metuat pœ
nam sibi à Deo infligendam, & meminerit quidnam cō mi-
serit tantū quo iram Dei in se concitarit, atq; cogitet se per-
1. Cor. 11. petuum iam fore damnatum, nisi gratiam Dei impetrarit.
Ho. 42. Subinde animo suo voluat illud Pauli, si nos diiudicarem⁹,
super Mat non iudicaremur: Vnde & Chrysost. præclarè dixit, nō est
profecto, non est sufficiens ad emendandum via, si quum
omnia

omnia secundum speciem in vnum peccata collegeris, assi-
duè animo, ipsas deinde versas ac de ipsis continue mediteris & cogites. Et in alio loco, Qualem, inquit, merebimur *Ho. 10.*
veniam, qui neque in cogitationem venimus nostrorum *super Heb.*
peccatorum, si enim quis dicat, quia hoc & hoc peccaui,
nunquam cessabit, semper quidem confiteris, correctionis
curā nunquàm faciens. Cōfiteamur ergo peccata nostra, nō
lingua tantū, sed & interiori conscientia, neq; sic quod pec-
catores solum nos accusemus, verū etiam vt peccata sigilla-
tim percēseamus. At hæc latius explicabimus infra de con-
fessione. 3 Patet hinc falsam & erroneā esse Lutheri do- *Luther re-*
ctrinam, atq; ideo ab omnibus sedulò vitandā, quando reii- *iecit con-*
cit contritionem in Ecclesiā vsurpatam, docuit enim eam *tritionem.*
cōtritionem quæ paratur per recogitationem suiipsius, per
collectionem & horrorem peccatorum, eorum grauitatem
recolendo, amissionem vitæ æternæ, & incursum damna-
tionis consyderando: hanc inquam contritionem ait ille fa-
cere hominem hypocritam & peccatorē maiorem. ineptū
hoc est, imo & impiū dogma, Euāgelio & vniuersę scriptu- *Luc. 15.*
ræ contrariū, qm̄ citra controuersiā filius iste prodigus per *Cassian.*
huiusmodi contritionem suiipsius, gratiā quam perdiderat, *col. 3.*
recuperauit. Quare & Cassianus dicit, tria sunt quæ faciūt
homines à vitijs tēperare, aut mœt⁹ gehēnæ siue præsentiū
legum, aut spes atque desyderiū regni cœlorū, aut affectus
boni ipsius amórque virtutū. Et inde lib. 4. ca. 39. docet per
timorem Dei nos, & initiū conuersionis & vitiorum acci-
pere purgationē. Quilibet itaq; Christianus hæc consyde-
ret diligēter, atq; in seipso fastidiū sibi hauriat & nauseam
de peccatis, volens se ea nunquā perpetrasse, Deū nullate-
nus offendisse: quū autē hoc sit factum, vltro suspiciat votū
iuxta ordinationē ecclesia & Christi, peccata se velle delere *De cōpu-*
& gratiā atq; charitatē Dei iterum recuperare. Pulchrè do- *cti. cor.*
cuit hoc idē Chrysostom⁹ quū ait, semper recordemur ma-
la nostra, & cōscientiā gestorū nostrorum habemus ante o-
culos, vt pro his supplicemus Deo, vt gehennā ponamus in
cōspectibus nostri, & angelos qui in die iudicij vbiquē dis-
currunt & congregant de omni orbe terrarū eos qui tradē-
di sunt in gehennam ignis. Contēplemus quantus sit dolor
excludi à regno cœlorū, quod equidē puto lōgè grauius es-
se ipsa gehenna. quisquis ergo in pœnitentia finē cupit bo-

num consequi, & peccatorum suorũ remissionem impetrare, is prius initium bonum facit cũ timore, is enim pro exordio habetur sapientiæ diuinæ, vt sic per timorem perueniat ad charitatem. Ob hanc siquidem causam toties in Euangelio dominus ingeminat gehennę incendium, ignem ęternũ, tenebras exteriores, fletũ & stridorẽ dentiũ, & similia multa quæ horrorem faciunt hominibus, & solicitudinem iniiciunt declinandi à malo ac faciendi bonum, atq; hoc modo per pœnitentiã impetrãdi gratiam & gloriã sempiternam, quam nobis clementer largiatur dominus Iesus, Amen.

HOMILIA XLI. DE ALTERA *pœnitentiæ parte, quæ est confessio.*

¶ Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã consequetur, & inueniet gratiã. Prou. 28.

QVandoquidem per peccatũ mortale Dei gratiam amittimus & charitatẽ, misericors & miserator dominus remediũ nobis instituit, quo mederi possemus huic malo, sacramentũ pœnitentiæ: vbi vt qui particeps fiat sacramentalis gratiæ & absolutionis, operæprecium est eum congruo vti ordine per singulas pœnitẽtiæ partes: de contritione satis iam multa diximus, quomodo necessarium sit, vt quis cõteratur animo, dolens de offensa Dei, proponátque se deinceps illa cum auxilio gratię diuinę pro viribus euitaturum. Alterum est vt confiteatur peccata sua, id enim semper exigit deus ab homine, quãdo etiam si more mundano de hac re loquamur, nullus princeps cuiquam remittit noxam, vel gratiam donat, nisi confitenti delictum, iuxta illud sapientis quod proposuimus ab initio, qui abscondit scelera sua.

EVANGELIVM IOANNIS VIGESIMO. IN ILLO TEMPORE,

insufflauit Iesus in discipulos & dixit.

Confessio semp fuit.

VT materiam confessionis ex ipsa radice excutiamus, consultum est à prima primi peccati origine perpetuum confessionis concursum, quanuis non eodem semper modo ostenderetur. Principio itaque constat quòd omni tempore peccator, eo quòd delictis suis Deum conditorem offenderit, huiusmodi commissum coactus fuit confiteri, seq́ue

seq́; reum accusare, maximè per internam cordis confessionem: quum quæ à primæua origine mundus vniuersus vsq; ad finem triplici lege regatur, vbiq; hoc confessionem suo quoque modo in vsu fuisse ostendemus. Primum omnium *Roma. 2.* in lege naturę, ipsa dictat ratio, & vrget cõscientia, vt quisque se coram Deo profiteatur peccatorẽ: sic Paulus ait, Gẽtes quæ legem non habent, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationũ accusantium, aut etiam defendẽtium, in die quum iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum. Confessionẽ huiusmodi peccatorũ in conscientia satis perspicimus etiam à gentilibus descriptam, sed speculum scripturæ diuinæ nobis iam multò clarius monstrat, statim enim post peccatum Adæ, quum ille se occultasset vnà cum Eua, dixit ei dominus, Adam vbi es? testatur ibi glossa verba esse ea increpantis & ad confessionem vrgentis, non quòd dominus nesciret vbinam esset Adam (sunt qui credunt etiam vocalẽ cõfessionem hîc fore exactam.) In primo igitur illo peccatore, peccatoribus omnibus formulam dare voluit, confitendi seipsos peccatores, neque imitandi istum veterem Adã qui nulla volebat ratione confiteri delictum, sed meditabatur excusationem & translationem criminis in mulierem, quare eum dominus cum tota posteritate grauiter afflixit. Itidẽ fecit Deus in altero peccatore Cain, qui quum iratus esset *Cene. 4.* vehementer, dixit ad eum dominus. Quare iratus es, & cõcidit facies tua? nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim in foribus peccatũ tuum aderit, sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quid est in foribꝰ adesse peccatũ aliud, quàm quòd vnũ quemq; sua mordet conscientia, & vrget delinquentẽ? sicut & ad huiusmodi confessionem Deus ipse aliciebat post perpetratũ iam homicidiũ, quando dixit, Vbi est Abel frater tuus? verũ ille noluit fateri delictum negans etiã, atque ibi iniquius fecit patre suo, ideo increpauit eũ dominus acriter quod cõfiteri renueret.

¶ Semper itaq; necessaria fuit hæc interna confessio, eaq́ue sæpe vti debet quilibet homo, præcipuè verò dũicis festisq; diebus, recolendo quibus in rebus offenderit Deũ, habeátq; tunc propositum etiam sacramentalem cõfessionem faciendi tempore ab ecclesia constituto, extende vt placet.

Confessio legalis.

2 Atqui in lege Mosaica nõ parũ accessionis factum est in confessione, quoniam prẽter illam internã confessionem cordis, quæ fuit in lege naturæ, triplicé adhuc inuenias cõfessionẽ in lege scripta: prima erat generalis, quam sacerdos faciebat pro omnibus peccatis totius populi Israël, eã præcepit dominus in Leuit. postquã emũdauerit sanctuarium, & tabernaculũ, & altare, tũc offerat hircũ viuentẽ, & posita

Leuit. 16.

vtraq; manu super caput eius, cõfiteatur omnes iniquitates filiorũ Israël, & vniuersa delicta atq; peccata eorũ, quæ imprecans capiti eius, emittet illũ per hominẽ paratũ in desertum: fecit hanc confessionem Neemias in ciuitate Zusis dicens, Quæso domine Deus cœli fortis magne atq; terribilis,

Neem. 3.

qui custodis pactum & misericordiã cum ijs qui te diligũt, & custodiũt mãdata tua. fiant aures tuæ auscultãtes & oculi tui aperti, vt audias orationẽ serui tui, quã ego oro coram te hodie, die ac nocte pro filijs Israël seruis tuis, & cõfiteor pro peccatis filiorum Israël, quibus peccauerunt tibi. Et ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, & nõ custodiuimus mãdatum tuũ, & cæremonias & iudicia

Dan. 9.

quæ præcepisti: sic Daniël quoque ter orauit in die apertis

1. Par. 23.

fenestris versus Hierusalem, flexísque genibus cõfessus est peccata sua, similiter & leuitæ. ¶ Altera porro confessio Mosaica nõ verbis fiebat, sed ipso facto exhibebatur, instituerat enim dominus sacrificia distincta pro diuersis generibus peccatorum, vt si quis peccasset ex ignorantia, si quis

Leuit. 4. 5. 6.

periurium, furtum, rapinã aut simile quid designasset: iam quum aliquis sacrificium faceret & offerret, statim deprehẽdebat sacerdos cui generi peccatorũ esset obnoxius: vnde

Nume. 5. Leuit. 13. 14.

Augustinus ait, quia oblatio sacrificiorum ipsa fuerit cõfessio peccatorum. Tertia confessio typica erat & fiebat in leprosis, qui quatuor habebant signa lepræ, in capillis, in cute, vestitu & in domo, quæ figuræ erant huius leprę, quam ex peccatis contrahit anima: fit autem & peccatum quatuor modis, cogitatione, ore, facto, & consuetudine, sed de iis mox plura. 3 In tertia porro lege Euangelica quæ lex

Confessio Euangelica.

gratiæ est, instituit nobis dominus Iesus cõfessionem sacramentalem oris, quæ fieri debet sacerdoti cum enumeratione omnium peccatorum, sicuti deinceps probabimus: fuit autem vt nunc quidem apparet, confessio in lege naturæ, in corde: sub lege Moïaica in corde & opere: nunc verò in lege Euan-

Deut. 8.

ge Euangelica in corde, ore & opere. Ita nimirum verissimum est quòd Dei perfecta sint opera in ordine, si quidẽ & diuina sapientia in opere ordinatè procedit à minoribus ad maius, ab imperfectionibus ad perfectiora. In sacrificiorũ genere satis patet: ecce enim in lege naturæ admodum leue erat sacrificiũ, quoniã quod cuiq; inspirabat Deus, idipsum offerebat, vt Abel ex agnis, Cain de fructibus terræ: sed in lege Mosaica exactius multo, ritus quoq; sacrificiorum sunt expressi, vnde fierẽt, quibúsq; tẽporibus & qua forma. Nũc vero in lege gratiæ, superuenit oblatio longe perfectissima sacratissimi corporis Christi, vsqueadeo creuit sacrificium à fructibus Cain & agnis Abel vsq; ad filiũ Dei. Nõ diuersum est & de baptismo, multis enim baptismatibus vtebantur Iudæi in veteri lege, sicut Paulus testatur, sed ijs omnibus accessit baptismus Ioannis non paulo perfectior, tandẽ perfectissimus omnium datus est baptismus Christi, in quo renascimur spiritualiter ex aqua & spiritu, efficimurq; filij Dei. Ita & prophetia iam inde à priscis temporibus creuit vsq; ad Ioãnem, qui prophetarum maximus, agnum quoq; Dei digito demonstrauit. Nemini igitur mirum fieri debet eodem etiam modo creuisse confessionem, ita vt in perfectissima lege sit & confessio perfectissima: decebat enim vt in regno veritatis peccatum perfectè manifestaretur, siquidem in nulla alia lege lux veritatis fuit splendidior, quam in hac Euangelica, dicente Ioanne, lex per Moysẽ data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est concordat illud Pauli, omnia quæ arguuntur à lumine, manifestãtur. Rationem huius videre facilimum est, prius enim quã veniret Messias Christus mediator Dei & hominum, nulla ad huc perfecta erat recõciliatio peccatoris cũ Deo, vnde neq; mirum est, nõ fuisse tũc aliquam perfectam confessionem, sed de ijs plura disseremus infrà. Ideoq; sicut Ioannes baptista vnam domino præparauit in baptismo & doctrina, ita etiam in pœnitẽtia: quoniam hoc est quod Ioannes perhibet homines baptizatos esse in Iordane à Ioanne, & confessos peccata sua: ea enim confessio non tantum fuit in corde, quia sic, quid profuisset exire in desertum ad Ioannem? S. quoque Antonius refert quosdam ex Iudæis doctores asserere, qui inuenerint aliquando sacerdotem de tribu Leui, tunc etiam oris confessionem faciunt ante mortem

Gene. 4.

Heb. 9.

Leuit. 13. 15.

Heb. 9.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Ephe. 1.

Matth. 3.

Et quod Iudæi huiusmodi confessionē oris vsurparint etiā in veteri testaméto, testatur Paulus Ricius super illud Numeri, confitebuntur peccatum suum, allegat ad hoc librum Iudaicum. 4 Cæterum propter scripta doctorū, vt ea quoq; melius intelligantur, admonendi estis in primitiua ecclesia triplicem pœnitentiam fuisse in vsu solennem, publicam & priuatā. Solēnis pœnitētia imponebatur in grauissimis & manifestis delictis: eā cogebatur quis facere sōgo admodū tēpore in summa abstinentia, & durabat interdū ad tres annos, atq; à solo poterat absolui episcopo: sicuti Nicolaus papa scribit euenisse Rodolpho episcopo Argentoracen. eo quod propriā occiderat matrē: in cōcilio quoq; Agathensi ad longū declaratur quomodo in hac pœnitentia debeant omnia seruari: ea cum refrigescente hominum charitate simul elanguit. Pœnitentia hæc non erat reiterabilis, sicuti docet Origenes & August. ad Macedoniū. deinde nulli imponebatur presbytero, imò si quis hanc aliquādo fecerat iam idoneus nō erat ad sacerdotiū, vt Syrius papa, Leo quoq; & nōnulla cōcilia statuerunt. Multa dici possent de rigore & seueritate Christianæ disciplinæ, quæ in veteri quondam seruabatur ecclesia, & qūo potuerit ea etiā inter laicos seruari, vt merito debeamus exhorrescere tēporem, imò & frigus istud immēsum super nostris peccatis, pro quib⁹ nihil sustinere possumus, hinc fit quòd quū ipsi nullā in nos suscipiamus pœnitētiam, tot nobis vndiq; plagas & infirmitates immittit Deus, vt sit verū quod sæpe induximus ex Paulo, si nos dijudicaremus, nō iudicaremur. Secundum pœnitentiæ genus publicum dicebatur, fiebatq; in conspectu totius ecclesiæ, propter aliquod enorme peccatum, sicut etiamnum homines in grauibus casibus detenti, vt homicidæ, incendiorum authores, meretrices & cætera. ad pœnitentionarios remittuntur, & in ecclesijs cathedralibus coguntur agere pœnitentiam die cœnæ domini, vbi prouidere decet confessorem, ne pro peccatis occultis alicui pœnitentiam iniungat publicam, sed publicis tantum delictis & grauitati illorum.

¶ Pœnitentia tertia priuata ea est quæ priuatim sit sacerdoti, à quo & confitens absoluitur. Atque hic præterire non possum Lutheri errorem, qui alicubi ratus est olim in ecclesiastico vsu non fuisse confessionem hanc priuatam, & occulta

Ricius de præceptis. Num. 6. *Pœnitentia triplex.*

12. q. 2. de viro.

C. in ea. dist. 1.

33 q. 2. Latorem.

Hom. 15. Leuit. Solennis pœniten.

1. Cor. 11. Publica pœniten.

Priuata pœnit.

occulta absolutionem, sed omnem tum confessionem, tum absolutionem factam esse publicè & manifestè. Verum hoc errore non vacat, qui quidem ex ignorantia prouenit consuetudinum & cæremoniarum primitiuæ Ecclesiæ. siquidem à pœnitentia priuata demum veniebat aliquis confitens ad illam publicam, sicut adhuc est in vsu, & manifestè testatur Origenes, qui temporibus Martyrum vixit, is enim super hæc verba Psalmi, iniquitatem meam ipse pronuncio, pronunciationum, inquit, iniquitatis, id est, confessionem peccati frequenter diximus, Vide ergo quid nos edocet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus, fortasis enim sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestam aut abundantiam humoris, vel phlegmatis stomacho grauiter infestam, si vomuerint, reuelantur: Ita etiam ij qui peccauerunt siquidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus vrgentur & propemodum suffocantur à phlegmate vel humore peccati, si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat seipsum & confitetur, simul euomit delictum, atque omnem morbi digerit causam: tantummodo circunspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas languoris causam exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi ac compatiendi mouerit disciplinam, vt ita demum si quid ille dixerit qui se prius eruditum medicū ostenderit & misericordem, si quid consilij dederit, facias & exequaris. Si intellexerit & præuiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortasis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facilè sanari, multa hoc deliberatione & satis periti illius medici consilio procurandum est. Verba hæc diligenter considerare charissimi, & agnoscite vsum Ecclesiæ antiquissimum, temporibus Apostolorum proximum, siquidem hic ille Origenes ante mille & trecentos annos vixit, atque is docet non Deo tantum esse confitendū, sed homini prudēti & perito, neq; id in cōmuni tantū, sed oportet sigillatim morbi causam detegere.

Homi. 2. super Psa. 27.

¶ Atq; ea iā confessio est priuata, vbi demū pro confessoris cōsilio institui debet cōfessio publica, prēmissa tamē delibe ratione. At Lutherus illotis simul manib⁹ & pedibus irruit volēs abigere omnes ad confessionē publicā, quū ipse inte-

rim nec priuatim nec publicè confiteatur. ¶ Pij autem homines & obedientes filij sanctæ matris ecclesiæ peccata sua humiliter & integrè confitentur, vnde misericordiam consequantur & gratiam inueniant in hac vita, in futura autem gloriam sempiternam, vtranque nobis largiri dignetur qui est in secula benedictus. Amen.

HOMILIA XLII. DE CONFESSIONE *sacramentali, quomodo ea ipsa sit in sacris literis fundata.*

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Iacob. 5.

Simul atque ab initio diximus, fratres charissimi, tres esse pœnitentiæ partes, contritionẽ, cõfessionem, & satisfactionem: de cõtritione iam interna diximus quomodo confitens concipere debeat odium peccati commissi, quo offendit Deum, neq; propositum habeat peccandi, siquidem omne impedimentum gratiæ diuinæ oportet hominem pœnitentem deponere simul & occasionem peccandi: de confessione quoque varios indicauimus vsus, quibus iam partim sẽ motis de priuata tantum confessione animus est disserere: & quãuis Neochristiani, atque qui eorum adhærent sectæ turpiter, & ridicule eam vocant auricularem ac pharisaicam, nos tamen in honorem sacramenti & spiritus sancti pro decoro: atque dignitate illam appellabimus catholicam & Christianã. Quia autem hæc ab hostibus ecclesiæ magis impugnatur, eo quod non latet omnis probitatis & virtutis inimicum diabolum, quantum damni sibi ab hac confessione accedat, instituti nunc nostri est ex scripturis biblicis eam confirmare.

Confessio probatur iure diuino.

1 Primum itaque omnium ex iure diuino institutam & vsurpatam esse in ecclesia confessionem, imò & ab ipso Christo præscriptam, ex eo constat quod ille pœnitentiæ sacramentum ordinauit in die sancto paschæ, quando apparuit discipulis, & exufflãdo dixit ad illos, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ecce quomodo Christus Apostolis suis, eorúmque successoribus potestatem dedit remittandi peccata atque retinendi, neutrum autem facere potest sacerdos, si nesciat ante rationem delicti. nisi enim confitens ipse singula ostendat peccata, quo pacto discernere poterit, sacerdos inter ea quæ remittenda sunt aut reseruanda? proinde pulcherrimè locum hunc excussit B. Augustinus dicens, Agite pœnitentiã qualis agitur in ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia, nemo dicat sibi in occulto ago, apud Deum ago, nouit Deus qui mihi ignoscit quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est, quæ solueris in terra erunt & soluta in cœlo? ergo sine causa claues datæ sunt Ecclesiæ Dei, frustramus Euangelium Dei, frustramus verbum Christi? promittimus vobis quòd ille negat, nõne vos decipimus? Confirma idem Gregor. quum ait dominum summi iudicij sacerdotibus esse commissum, qui loco Dei quibusdam peccata retinent, aliis remittunt. Ratio hæc multis inducitur Tom. 2. cum plerisque aliis ad pœnitentiam pertinentibus quæ hîc breuitatis studio reticemus. Vnius solum admonendi estis, vt recogitetis quàm præclarè à Christo promissæ sint claues, & quanta cum maiestate traditæ, primum enim eas promisit ille Petro, inquiens, Ego dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Tibi dabo claues regni cœlorum, quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Ecce q̃ magnificis verbis clauium illarum potestatem promisit Petro, dicens, Ego quem tu profiteris filium Dei, dico tibi, Ego inquam qui sum veritas ipsa, nec possum fallere, dico tibi, ne quid ergo dubites, tu es Petrus, super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam: eam ego defendam ab omni insultu etiam infernali atque in hanc structuram trado. en tibi munus præclarum & illustre, claues regni cœlorũ, quibus fretus claudere possis & reserare hîc in terris, quæ sic rata futura sunt in cœlis. Et quanuis tam exactè dominus claues promisit Petro, admirationem tamen inuehit, quod easdem denuo deinde omnibus est pollicitus Apostolis, Summum autẽ est quod hic mirari occurrit, dominum tanta cum maiestate claues illas tradidisse Apostolis in die Paschæ post suam gloriosissimã resurrectionem, quando exufflando, dixit ad illos, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata: vt præmonstraret quantum donum esset eis collaturus, prius exuflauit in eos, & inde tradidit spiritum sanctum, spiritu oris sui. Quapropter hæc ipsa clauium potestas, magnus vtique & preciosissimus est Ecclesiæ thesaurus. 2 Neque verò

c. de pœnit. dist. 1.

Gregor.

Matt. 18.

Claues promissæ & datæ.

Matt. 18.

Ioan. 20.

parum roboris & confirmationis accedit confessioni, ex eo quòd inquit in canonica sua Iacobus cõfitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Quibus ille verbis principio confessionem præcipit loco Dei, addit cui sit confitendum, nõ soli vtique Deo, vt isti volunt, non angelis, sed vult hominem homini confiteri: & quãuis exacte personam non exprimit apostolus, tamen ex euangelio satis constat, cuinam tradiderit dominus potestatẽ clauium. Subiungit piam sanctámque Christianorũ consuetudinem, vt confessor & confitens pro inuicem orent, sicut idipsum boni sacerdotes in continuo habent vsu, vt peracta confessione, alter alteri dicat, Oremus pro inuicem. Reperias etiã multos pios & deuotos confessores, qui iuxta hanc doctrinam Apostoli sedulo orant pro iis quorum aliquando confessionem audierunt. ¶ Et quanuis Lutherus & OEcolampadius hæc Iacobi verba referunt ad confessionem fraternam, quum alter alteri mutua fretus amicitia, peccatũ suum manifestat, consilium ab eo petens & consolationẽ, tam in laïcis quãm sacerdotibus, hoc tamen fingit vterque ex proprio animo, citra scripturarum testimonium, præter rationem, quare nihil fidei dandum est istiusmodi somniis. Magis admirandus est Ambro. qui à spiritu sancto edoctus & illuminatus dicit lib. 1. de pœnit. cap. 2. Dominus par ius & soluendi esse voluit & ligandi, quòd vtrunque pari conditione permisit. Et inde, ius hoc solis permissum est sacerdotibus, rectè igitur vendicat ecclesia, quæ vos sacerdotes habet. Planè itaque anile deliramentum est quod Vrbanus Rieger & quidam alij scioli disputatores cõfessorem suum iactant alterutrum, & ad laïcos quoque referunt, dummodo potestatem hanc etiam mulierculis tribuerent, nam &, illæ vt sunt procaces & petulantes, illam sibi authoritatem facile arrogarent, vt liceret eis audire confessionem. ¶ Lubens hic omitto quod quidam doctores aiunt Iacobum hic præscripsisse confessionem, non dico instituisse, quoniam solus Christus Euangelica instituit sacramenta, sed hoc volo, quod Iacobus tanquam vnus ex apostolis Christi confessionem in pœnitentia à Christo institutam promulgauit & annuntiauit vniuersæ Ecclesiæ. Ponderant ergo hîc doctores illud, quod ea quæ simul vno contextu denuntiantur, æqualiter ligant: iam verò Apostolus vno perpetuo textu extremam

Iacob. 5. *Cõfitemini alterut. Ioan. 20.* *Ambros.*

extremam vnctionem coniungit cum cõfessione: itaque sicut vnctionem præcepit, ita pariter intelligendum est eum præcepisse confessionem peccatori illi qui sperat iustificationem, iuxta illud Chrysostomi, non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit per cõfessionem ab omni peccato. 3 Præterea si latius euoluamus sacras literas, videbimus cõfessioni Ecclesiasticæ suffragari etiam illud quod Lucas habet in Act. Apostolorum, quoniam prædicante Paulo Ephesiis, multi venerũt confitentes & annunciantes facta sua. confessionem hanc Cyprianus & Gregorius, non aliam intelligunt, nisi hanc ipsam qua vtitur Ecclesia, id ita esse testatur idioma linguæ Græcæ in qua Lucam scripsisse certũ est. ibi enim legitur ἐξομολογούμενοι quòd nobis sonat cõfitentes, sicut & ἐξομολόγησις cõfessionem, vt affirmant etiam doctores Latini Cyprianus & Tertullianus. Atque idipsum præcedentia simul & sequentia verba confirmant, siquidem ibi Lucas ait timorem irruisse super omnes ipsos, laudasse nomen Iesu: nos autẽ iam ante in quadam homilia docuimus timorem initium pœnitentiæ, vnde collectu facile est, quòd & timor eos compulerit ad pœnitentiã. Accedit huic sensui testimoniũ & ex verbis sequentibus quum dicit Lucas, Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt eos coram omnibus, edocti vtique idipsum in cõfessione, vbi cõfessor peccatorem non absoluit, nisi istiusmodi velut instrumenta & vniuersam peccandi abiiciat proximã occasionem, quapropter bonum illud fuit verę pœnitentię signum quòd libros magicos exusserunt. ¶ In eius rei confirmationem & approbationem habuerunt illi exemplũ præuium, nam & Iudæi egressi sunt in desertũ ad Ioannem, & baptizabantur ab eo in Iordane flumine cõfitentes peccata sua, inquit Beda, exemplum confitendi peccata ac meliorem vitam promittendi datur ei, qui baptisma accipere desyderat, sicut & prædicante Paulo in Epheso multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos, quatenus abdicata vita veteri, renouari mererentur in Christo. ¶ Id omne cõfirmat & Chrysostomus inquiens, Tempus cõfessionis incumbit iis quoque, qui baptisma cõsequuti sunt. Aliis quidẽ, vt post patentia criminũ vulnera, pœnitentia interueniente, curentur, & ad sacra mysteria redire mereantur. Aliis verò

Chrysost. *Actu. 19.* *Cypria.* *Actu. 19.* *Marc. 1.* *Hom. 10. sup Matt.*

vt eam quam post lauacrum cœleste conceperant maculam diluentes, ad dominicam mensam munda iam cōscientia securaque conueniant. ¶ Hæc tamen confessio sic in ecclesia vsurpata sacramentalis non fuit in veteri testamento, quia Christus nondum dederat hominibus claues cœli. & insuper adhuc multa habemus, quæ nobis confessionem repræsentarunt, vt ea etiam prophetis non omnino fuerit incognita, quòd vt paucis absoluamus, constat vtique sacerdotium Mosaïcum typum fuisse huius nostri Euāgelici. Sicut ergo antiquus sacerdos iudiciū habebat discernendi lepram carnalem, ita sacerdos Euangelicus cognitionem habet lepræ spiritualis, quam contrahit anima: id ideo præcipit dominus illi quem iam mundauerat à lepra, vt abiens ostenderet se sacerdoti: idem quoque iniunxit aliis decem. nō tamen hoc eo dico quod affirmem Christum hîc instituisse confessionem vel etiam pręcepisse: sed quia antiquus sacerdos typum gessit huius noui, operæprecium est vt spiritualis hic sacerdos & Euangelicus, spiritualiter dignoscat & iudicet, quod ille antiquum iudicauit corporaliter: lepra autem spiritualis quid aliud nisi peccatum est? ¶ Confessio quoque ista vocalis in Iosue demonstratur, quando enim Achor in furto deprehensus fuit expugnata iam ciuitate Hiericho, vrgebatur ad faciendam huiusmodi vocalem cōfessionem, dicente ad eum Iosue, da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas: quilibet enim peccator dum peccati sui miseriam manifestat atque deplorat, vt Deus sua bonitate auferat illud, tunc sanè misericordiam eius confitetur & dat gloriam Deo. Longum nimis foret ostendere quomodo prophetæ veteris testamēti in spiritu cognouerint hanc cōfessionem, & tamē ex multis paucula proponemus. Ita enim ait Esa. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, reduc me in memoriam & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. facit nimirum hoc quilibet peccator dum confitetur, vnde & iustificatur, & dimittuntur ei peccata sua. Sapiens quoque nō diuersum sentit, quum ait, diligenter agnosce vultum pecoris tui, gregēsque tuos cōsidera: ibi sic habet glossa, pastori Ecclesię dicitur, diligenter adhibe curam eis, quibus te pręesse contigerit, agnosce animos actúsque singulorum, si quid

Confessio figuratur in veteri testa.
1. Cor. 10.
Leuit. 13.
Matt. 8.
Luc. 17.
Iosue. 7.
Esa. 43.
Prou. 27.
Prou. 28.

Universidad de Deusto Biblioteca

vitij in eis inueneris, citius castigare memento. Et inde, qui abscondit, inquit, scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur & inueniet gratiam. Et alius iterum Sapiens, dicit, non confundaris confiteri peccata tua, quanuis ibidem docetur etiam non cuiuis esse confitendum, quum dicitur, ne subbiicias te omni homini pro peccato. Dauid quoque pulchrè exclamat, Dixi, hoc est, in animo meo mihi proposui, confitebor aduersum iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: confitetur ille hoc de homicidio suo pariter & adulterio, dicens, iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū meum contra me est semper. Ad Nathan quoque prophetam cōfessus est, peccaui, inquiens, in dominū. Et Sapiens ait, Ante mortem confitere, à mortuo quasi nihil perit confessio: confiteberis viuens, quoniam magna misericordia domini, & propiciatio illius cōueniētibus ad se. De filiis quoque Israël graui peccatorum mole onustis, ait dominus Deus, si aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, donec confiteantur iniquitates suas, & malorum suorum recordentur, hoc est quod inquit Iob, Dimittā aduersum me eloquiū meum. & Salomon, iustus principio est accusator sui. Hæc non eo induxi quasi confessio Euangelica fuisset in veteri testamento præcepta, sed ideo & antea proposui, quia semper fuerit bona & salutaris. interdum quoque in veteri testamento vsurpata, & à prophetis in spiritu præuisa atque cognita iuxta illud Iob, sapientes confitentur & non abscondunt patres suos, scilicet spirituales sacerdotes. Extende quēcunque locum & accommoda pro conditione auditoris. Galatinus lib. 8. c. 8. & lib. 10. c. 3. multa ex Hebręis affert pro confessione etiam homini facienda. Nota autem quòd vltimo induxit ex lib. diei dixit Rabi Hunna. Omnis qui transgressione transgressus est, necesse est sigillatim exprimat peccatum. Coronidis loco audiamus quid Ioannes dilectus Christi discipulus dicat de confessione: si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quilibet ergo peccator festinet cōfiteri peccata sua, vt inde remissionem illorū consequatur & absolutionē, gratiam quoque impetret coram domino, & post hanc vitā æternæ gaudia vitæ, Amen.

Eccle. 4.
Psal. 31.
Psal. 50.
2. Reg. 12.
Eccl. 17.
Leuit. 26.
Iob. 10.
Prou. 13.
Iob. 15.
Hunna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA XLIII. DE TESTIMONIIS sanctorum patrum, quòd semper confessio fuerit in Ecclesia.

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Iac. 5.

OVando in superioribus docuimus ex scripturis biblicis Euangelicâ hanc confessionẽ necessariã esse omnibus qui vere cupiunt agere pœnitentiam, perspicuũ autem est quomodo aduersarij fidei & ecclesiæ falsis glossematis, & intelligentia peruersa corrũpere conantur, reliquum est, auxiliante Dei gratia, ostendere, quomodo ille quẽ docuimus scripturarũ sensus integer sit & veri solidus, spiritui sancto à quo omnis scriptura promanat, cõformis, ex eo fundamẽto quod & in iure vsurpari solet, quod consuetudo optima sit legum interpres: ita constans ecclesiæ consuetudo obtinuit, vt hîc scripturarum intellectus sit verus, atque ab omnibus sanctissimis doctissimísque patribus velut vno ore cõfirmatus, quę quomodo nõ satisfaciãt, obsecro cuiq; quẽ non Luciferiana obsedit superbia, vt sic eiusmodi cõfessione vocali se totũ Deo aperiat corã sacerdote? Et quãuis hæc omnia prolixe per nos sunt tractata libr. 2. de pœnit. tamen ne huic loco nõnihil deesse videatur, ex multis optima delegimus, & iis plura adiunximus, quæ iis erant obmissa.

Confessio probatur ex patrib⁹

Augusti.

1 Primúsq; hîc nobis testi adest B. Aug. dicens, confitere quæcunque fecisti, quæ in verbo, quæ in opere, quæ in nocte, quæ in die, confitere in tẽpore opportuno, & in die salutis recipies cœlestem thesaurum. Alibi quoq; sic ait, cognosce te infirmũ, cognosce te hominem, cognosce te peccatorem, apparet in confessione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregem Christi, quia confessio peccatorũ inuitat medicum ad sanandũ. Idem in lib. de pœnitentia in hæc verba loquitur, qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare & soluere, ne quũ negligens circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum misericorditer manet & petit. Leo etiam hoc docet inquiens, sufficit confessio quæ primum Deo offertur, deinde sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit, tũc enim plures poterunt ad pœnitentiam prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. quia sicut publica noxa publico eget remedio: ita occulta, secreta cõfessione & occulta

De ver. domini.

De pœnitentia.

Grego.

culta satisfactione purgantur. In eadem quoque sententia est B. Greg. quum dicit, non vult Deus vlcisci malitiã, qui confiteri delicta suadet: optat dissolui confitentes, ne contumaces punire cogatur: quotidie Christi euangelium clementer vocat confessionẽ tyranni, ex puro corde desyderat & cuncta quæ delinquimus clementer relaxat. Non abludit hinc quòd ait Beda, cõueniens est vt nos qui peccando Deo contumaces fuimus pœnitendo supplices sacerdotibus & ministris eius simus, & homo qui ad gratiam cõseruandam mediatore eguit, iam eam nisi per mediatorẽ habere nõ possit (inducˢ tu adhortationẽ & applicationẽ cuiuslibet authoritatis, nõ est necesse vt omnia tibi digerã in minutias, adhibe & tu ingeniũ tuũ secundũ exigentiã materiæ & auditoriũ.)

Beda.

2 Sed horret aliquis & formidat confiteri quòd commisit, ideoque plura requirit testimonia, ea requirat ex libr. 2. de pœnitentia, & tamen audiat interim Augustinum sic dicentem, Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutẽ autumãt, si soli Deo, cui nihil est occultum, quem nullus conscientia latet, sua confiteantur crimina, nolunt enim aut erubescunt, siue dedignantur se ostendere sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per legislatorem cõstituit dominus. Sed nolo vt illa decipiaris opinione, quatenus cõfundaris confiteri coram domini vicario, tabescens præ rubore, vel ceruicosus præ indignatione. Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem dominus non dedignatur sibi vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotẽ, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem: non te seducat superbientium illa superstitio, quæ in vsitando confirmat, quia saluat sacerdote inconsulto ad Deum peccatorum confessio. Inducit super hæc locum Iacobi, confitemini alterutrũ peccata vestra. Et adhuc prophano & blasphemo ore audebunt Neochristiani oblatra readuersus tam apertissimum de cõfessione testimonium, sicut obseruatum etiam fuit temporibus Augustini.

Li. 2. de visita. infir. cap. 4.

Hom. 3. super Matt.

¶ Insuper Chrysostomus quoque de baptismo Ioannis differens, multa habet de cõfessione, & inter cætera dicit, quia ipsum erubescere pœna est grauis, ideo iubet nos Deo cõfiteri peccata nostra, vt verecundiã patiamur pro pœna: nam & hoc ipsum pars iudicij est. Sed & Hieronymus idipsum apertissimè testatur, adeò vt mihi mirũ fiat quomodo tam

Super Ecclesi.

temerarij esse queant isti qui præsumunt rem certissimam infringere. Ita enim inquit Hieronymus, si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro confiteri voluerit, magister qui habet linguam ad curandum, facilè ei prodesse non poterit: si enim erubescat ęgrotus vulnus suum medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat. Quid habet quod hîc obganniat Neochristianus, num illud quod à serpente de morsus non sit? imò si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Atque adhuc ad magistrum venire contemnunt, ideoque ægrotabunt perpetuo. Deus modo eis mentè aliquando det melioré, vt agnoscant quæ cõmiserũt.

1. Ioan. 1.

Homil. 3. super Leu.

3 Dies hîc citius deficeret quam omnes sanctorum patrum de confessione sententias liceret commemorare: & tamen non decet omnes quæ supersunt obmittere. venio ergo ad Origē. (quanuis alij allegant Cyrillum, sed falluntur titulo) is sic inquit, Est aliquod in hoc mirabile secretum, quod iubet pronunciare peccatum. etenim cuiusuis generis pronuntianda sunt, & in publicum proferēda cuncta quæ egerimus, si quid in occulto egerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra cogitationem secreta commisimus, cũcta necesse est publicari, cuncta proferri: proferri autē à nobis aut ab illo, qui accusator peccati est & inuentor. En quomodo proferri omnia oportet, neq; satis est idolo ligneo cõfiteri: siquidem Origenes tēporibus apostolorũ proximus, non ignorauit confessionem quoque ab apostolis promanasse.

Basil.

¶ Volens prætermitto Basiliũ, qui tametsi ex veteribus manifestissimè asseruit confessionem, tamen quia nimirũ immorari non licet, ideo accedo ad Cyprianum martyrem illum longè celeberrimum, qui quum sæpe meminerit confessionis, sua etiã propria & Græca appellatione exomologesin vocans, tũ verò de ea præclarè loquitur sermone 5. de lapsis, vbi loquēs de iis qui solo animo & cogitatione à fide fuerant lapsi, sic dicit: Hi quãuis nullo sacrificij aut libelli facinore sunt constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitarunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolentes & simpliciter confitentes, exomologesin conscientiæ suæ faciant animi sui pondus exponant, salutem medelam paruis licet & modicis

Cypr. ser. de lapsis.

modicis vulneribus exquirant, Et inde confiteantur singuli quæso vos fratres delictum suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud dominum grata est. Verba hæc Cypriani sibi quisque credat esse dicta, modo nolit peccatis suis confessione carens æternam sibi accersere damnationem. Ex innumera doctorum, quos in libro de pœnitentia induxi pro confessione turba, lubet solum adhuc authoritate & verbis vti sancti Dionysij, qui discipulus fuit Pauli Apostoli, quòd plus fidei tribuitur illi à doctoribus omnibus, vt certum credatur eum, quicquid scripsit, id omne ab apostolis & discipulis Christi vidisse, aut certe ex Paulo audiuisse. hîc sanè ad Demophylum sic inquit, Tu verò vt literę tuæ indicant, procidentem sacerdoti impium (vt ais) atque peccatorem, nescio quo pacto contra disciplinæ ordinem adstans, calce abiecisti: quũ ille quidem verecundè, quod oportuit, fateretur se ad peccatorum remedia quærenda venisse: neque exhorruisti insuper & sacerdotem optimum lacerare conuiciis, miserabilem eum dicens, qui pœnitētem atque impium iustificasset. Ecce quomodo temporibus apostolorum moris fuit, vt is qui confiteri volebat procideret & procũberet ad genua coram sacerdote. Vbi obseruandum est insolentem istum monachum Demophilum aduersus disciplinam ecclesiasticam nimium appropinquasse ad confitentem, vnde satis liquet illum tacitè fuisse confessum. Atque in hunc etiam diem curandum est ne nimis propè ad alicuius confessionem accedatur. Præterea notatu dignum est quod etiam apostolorum temporibus sacerdos confitentem iustificauit, hoc est quod potestate clauium absoluit eum: quapropter nemo Christianus quàm magnifacit animæ suæ salutem, tam omnino non vilipendere aut contemnere debet confessionem.

Dionys.

4 Quid igitur aliud hinc necessario sequitur, nisi quod cuique christiano huiusmodi occulta & sacramentalis confessio coram sacerdote est facienda, semperque habita fuit in vsu Ecclesiæ. Vt autem aliquanto diutius hîc immoremur, supersunt aliquot errores confutandi, quos Lutherus proposuit priusquam totus in hæresi esset demersus, vniuersam semel abolens confessionem, docuit enim principio peccata venialia nullo modo esse cõfitenda. Erroneum hoc

Venialia cõfitenda.

est & christiano homine indignum: quamuis enim nemo teneatur peccata cõfiteri venialia: id tamẽ facere nemini prohibitum est, imò si quis faciat male non facit, sed vtiliter & ẽre atque salute animæ suæ, maximè si confiteatur communiora, & quæ melius nouit, quoniam peccata venialia homi nem velut dirigunt & præparant ad peccatum mortale. id facilius præuenies, si illa frequentius confitearis: siquidem qui spineta vitat, totam quoque syluam melius effugiet.

Lib. de pœniten. vnde & Augustinus ait, Illa peccata quæ quanuis parua, humanæ tamẽ fragilitati crebra subrepunt, quasi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment. sicut vnum

Di. 25. criminis. aliquod graue delictum (intellige hoc dispositiue, vel quod nimis placeat, aut inducat contemptum, iuxta illud August. nullum peccatum adeo veniale, quin fiat mortale dum placet) quumque peccata etiam venialia multum sint periculosa & grauiter offendentia, quid vocat quo minus aliquis ea confiteatur, quum tamen claues sacerdotales nõ minus imò fortius deleãt venialia quàm mortalia peccata? accedit quod

Ioan. 20. in commune dixit dominus, cuicunque remiseritis peccata: non discernens inter venialia. Exemplo nobis est ipse Au-

Augusti. gustinus, qui in libro confessionis suæ multa confitetur venialia peccata. Atque hoc etiam constat, quia quo quis magis est pius bonæque conscientiæ, eo plus compellitur ad confitenda etiam venialia peccata: similis enim conscientia est, panno alicui lineo, qui si fuerit crassus canabeus, non facile in eo paruos puluisculos cõspicies. sin autem sit tenuis albus & subtilis, etiam minutissimum in eo puluerem cernes: sic quoque corda puriora facilè labem aliquam agnoscere possunt peccati venialis, ex qua appareat eis perturbatus ordo piæ sanctæque cõuersationis: sed homo aliquis rudis & crudus mundi sectator nõ facilè comperiet huiusmodi minutula, siquidem tantopere premitur à grauissimis malis, vt leuiuscula ista non animaduertat. Et hoc ipsum sanè est quod virgines vestales interdum, tam prolixam faciunt confessionem, neque ob id veniunt in calumniam rapiendę, vt à plerisque dischotis attentatur, sed quia temeriorem habent conscientiam, in qua etiam venialia deprehendunt. peccata, quæ sic per confessionem declinant & extinguunt.

¶ Alius est error Lutheri contendentis peccatorem non teneri vt omnia confiteatur etiam mortalia peccata, ait enim

fieri non posse vt quis omnia cognoscat mortalia, iuxta illud prophetæ, Delicta quis intelligit? ab occultis meis mũda me. vnde impiè docuit iste & ad perniciem animarum, peccata manifesta omnia confitenda esse sacerdoti, reliqua *Psal. 18.* tantum Deo. atque sic aliud ex alio deduxit, eo vsque vt iam Neochristiani planè nihil confiteantur. Meminerit autem catholicus professionis fideiq; suæ, recolat quid sit *Peccata manifesta confitẽda.* christiano homine dignum, fugiat quicquid huiusmodi sapit errorem. nam hoc quidem verum est quod nemo tenetur oblita confiteri peccata, quæ post diligentem recogitationem non venerunt alicui in memoriam, sed ibi satis est quod in conclusione reum se profitetur omnium etiã oblitorum peccatorũ, quicquid adhuc supereſt quod quis peccauit in occulto, siue cogitatione, siue verbis, neque memoria est elapsum, id sane omne tenetur cõfiteri, iuxta doctrinam. & autoritates sanctorum patrum quas suprà induximus. Manifestum enim est quod ait Cyril. cuncta quæ ge- *Cyril.* sta sunt quantumuis occulte, siue opere, siue sermone aut cogitatione, referanda sunt si nolint in extremo iudicio per diabolum ea referari. Impietas enim est vt inquit Augustinus, infidelitatis ab eo qui iustus est & ipsa iustitia dimidiã *August.* sperare veniam. Insuper & Hieronymus idem affirmat di- *Hieron.* cens, Anathema sit à Deo dimidiam sperare veniam. Et alibi, manifeste asserit regem Ezechiam ideo à Deo tã acriter *Super Esa. 39.* esse punitum, quod non omnia sua peccata lege sit confessus. ¶ Hinc quis non videat quam sit impia Lutheri doctrina quæ habet, nos si integre conemur omnia confiteri, nihil alius facere, nisi quòd misericordiæ diuinæ nihil velimus facere reliquum quod nobis dimittat: sibilus hic nimirum est serpentis, qui nos seducere nititur: nam etsi omnia confessi fuerimus, hæc tamen omnia diuinæ bonitati & clementiæ relinquimus dimittenda: deinde adhuc vltra ea quæ fuerimus confessi, satis adhuc supereſt quod dimittat Deus in peccatis oblitis. Præterea constat dominum expostulaturum à nobis rationem de quolibet verbo ocioso, siquidem iudicem sustinebimus iustum & rigidum. Quid quòd vniuersum illud Lutheri fundamentum nul- *Mat. 12.* lum est, quia quicquid confitemur, id omne diuinę miseri- *Luc. 19.* cordiæ relinquimus dimittendũ. quod aũt non cõfitemur: diuinæ iustitiæ reseruatur puniendum: ne igitur obsequa *Tre. 2.*

mur erroribus Lutheri, sed potius spiritui sancto, qui per prophetam aliud nos docuit dicentem, effunde sicut aquam cor tuum ante cōspectum domini. Sed & Hieronymus ait, agnosco immēsam meam miseriam, ideo infinitam Dei peto misericordiam. Sequitur inde quo euasio Lutheri, qua nititur effugere nulla sit, primum enim antequam rem tam in hunc deformem statum perduceret, admodum lente procedebat scribens manifesta tātummodo peccata esse cōfitenda, quòd quū ei exprobraretur, glossam confinxit huiusmodi, quòd manifesta peccata non ea non vocaret, quæ non essent occulta, sed quæ certo constent esse peccata, & de quibus dubium non sit. Errorem hunc eo vsq; perduxit, vt sui iam sectatores nec manifesta confiteātur peccata, neq; occulta. Ineptum autem & falsum est hoc ipsum Lutheri propositum, etiamsi in eo perstitisset, quāuis pro sua incōstantia non perseuerauit. nam quum alicui non constat, fecerit ne huiusmodi peccatum aut non, & si fecit, veniale sit an mortale, adhuc tantum tenetur id ipsum confiteri, tunc enim adripit sacerdos claues scientiæ, vt sic pro potestate sua diiudicare queat inter lepram & non lepram: quoniam in veteri quoq; testaméto, quando constabat de lepra alicuius, non magno opus erat arduo iudicio, sed in dubijs tantū penes sacerdotes erat iudicium: ita quoq; quū confitens dubitat de aliquo, sit ne peccatū an non, debet idipsum confiteri, vt ex iudicio sacerdotis certior fiat, alias certo succedit hæc regula doctorum: quisquis se exponit periculo peccati mortalis, peccatum facit mortale: consonat illud sapientis, qui amat periculum, peribit in illo. Id ne faciat, sedulo cauebit omnis catholicus, pœnitentiam agens & confitens, sicq; in tali pœnitentia & gratia Dei moriturus feliciter, vt à Deo tandē æternam percipiat remunerationem, Amen.

Hierem. *Tren. 2.* *Hiero.*

Dubia cōfiteri.

HOMILIA XLIIII. DE PROPRIE-*tatibus confessionis.*

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Iacob. 5.

AT si instituti nostri non sit totam illam pœnitentiæ & confessionis materiam ab ipsis inde radicibus funditus repetere, sed errores tantū Neochristianorum ostendere & confutare, ne inde offendantur catholici. Vt tamen simplices certū quid habeant de confessione, quàm poterimus breuissime

breuinsime confessionis etiam coditiones explicabimus, quia enim iam audiuimus, sacramentalem hanc confessionem à Christo esse institutam, nósque teneri de iure diuino ad confitendum, idq; secreto alicui sacerdoti loco Dei constituto, reliquum est nunc dicere, qualem oportet esse confessionem. 2 Principio decet vt sit cōfessio prius frequenti & diligenti deliberatione pōderata & recogitata, quilibet enim ante confessionem suam accurate euoluere debet librum suæ conscientiæ, atq; in eo peccata sua recolere, vt possit illa coram sacerdote facilius commemorare, siquidem confiteri nihil aliud est quàm Deo rationem vitæ suæ reddere: quapropter Christus ipse se dño comparat, qui voluit rationem ponere cū seruis suis. ¶ Videmus autem quā curiose mercatores & negociatores omnes omnia ad calculum vocent, quoties supputēt, ne alicubi fallantur, quanto diligentius oportet peccatorē debitorum suorum cathalogum euoluere, vt sic plenam faciat de peccatis rationem in confessione. Præmeditationē huiusmodi confessionis docuit nos exemplo suo Dauid, quū ait: Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, dixi, inquit, hoc est meditatus sum, & proposui mihi vt cōfiterer. Alibi quoq; sic dicit, Iniquitatem meam annuntiabo & cogitabo pro peccato meo: faciat hoc omnis peccator, & circunspiciat vndiq; diligenter recolens seipsum, & euoluens totum quid peccarit: nam si quisq; tanto studio meminit eorum quæ alicui credidit, temporalis lucri gratia, quāto studiosius in rem, & salutem animæ suę elaborare debebit, quæ ex confessione pendet, dicente domino, quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationē pro anima sua? ¶ Quæres quātam oportet esse hanc diligētiam? profecto ea non debet esse nimis anxia & morosa, quia talis fastidiū & nauseam ingerit confessionis, atq; irrequietam facit conscientiam, sicut in velatis religiosis plærunq; fieri solet, & in huiusmodi casu norū confessores quid agere debeant ex Bernardo, Gersone, & alijs. ¶ Sed neq; nimis ignauam & negligētem esse oportet, qualis est Thrasonum quorundam, quos piget etiā horulam vnicam in hāc rem collocare. Verum talis esse debet diligentia qualem quis adhiberet in re maximè seria, &

Mat. 19. *Deliberatio in confessione.* *Psal. 31.* *Psal. 37.* *Mat. 16.* *Luc. 19.* *Matth. 9.*

sic tranquilla reddéda est conscientia & pacanda. ¶ Atqui res non ludicra est confessio, qua peccata abijciunt & animarum salus acquiritur, quoniam hæc sunt tanta, ob quæ Dei filius factus est homo descendens de cœlo, crucifixus & mortuus (extende cum allegationibus, vt nosti,) Propterea angelos quoq; & sanctos colliget de cœlo, homines ex puluerib⁹ terræ, dæmones ab inferis in die nouissimo: quòd si res hæc est tanta, & in ea tantum momẽti hominibus, quis non summam impendat diligentiã? Quis non imitetur Ezechiam dicentẽ, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. ita enim & Deus nobis præcepit per prophetam, Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Aut quidnã est vallis nisi cõscientia & memoria cordis tui? ideo dicit ibidem, scito & vide quia malũ & amarũ est reliquisse te dominum Deum tuũ, & nõ esse timorẽ eius apud te. 2 Dicas adhuc impossibile esse tibi vt peccata cõfitearis omnia, siquidem aliquorũ sis oblitus, ita vt nõ possis recogitare amplius. ¶ Audi, peccata oblita & occulta, de quibus nõ constat, nemo tenetur confiteri nisi in cõmuni, quãdo in fine dicit confitens, reum profiteor me omnium peccatorum oblitorum & occultorum, quęcunq; admisi opere vel omissione: quisq; tamẽ diligẽtiam omnem sedulo debet impẽdere, an peccata oblita queat ad memoriam, reuocare, id quomodo quis facere possit & debeat, pulchrè insinuant doctores hoc pacto. 1 Vt penes tempus aliquis peccata recogitet, vt quid post festa paschæ, pentecostes, Ioãnis &c. egerit, & sic ab vno festo ad aliud, quomodo facilè reducet ad memoriam peccata alioquin latentia & oblita. 2 Proponat quis ob oculos sibi cõditionẽ suam & vitæ statum, omnemq; occupationem & negocia sua artificij vel status, an ibi quoq; cõmiserit aliquid quod sit confessione dignũ.

3 Loca etiam sibi pingat ante oculos, in quibus sit cõuersatus, quid vbiq; fecerit, nam & inde nonnihil accedet memorię peccatorum. 4 Personas insuper cõmemorer, quibus cum sedulo versatus est, inde meminerit quid cum singulis gesserit. 5 Ponderet illa peccata diligẽtius, quibus se sentit magis obnoxium, puta luxuriam, ebrietatem, fraudem, calumniã, superbiam, & id genus alia.

6 Sic autem apud se instituat confessionem, procedat in recogitatione peccatorũ per ordinẽ decem præceptorũ decalogi

Matth. 24.

Esa. 38.

Hier. 2.

Ordo confessionis

calogi, transiens ab alio ad aliud: similiter in septem peccatis capitalibus & quinque sensibus, Eodẽ planè ordine confiteatur etiam singula, sicut ante secum ipse commemorauit. ita enim fiet vt nihil omittat & minus aberret.

7 Facilis esset peccatorum recogitatio crebra confessio, vtsi quis cõfiteatur singulis festiuitatib⁹ maioribus Christi & beatæ virginis. frequens enim confessio animam purgat, auget gratiam, distinctam & exactam peccatorum cognitionem præbet homini. Amariuscula quidẽ res videtur esse cõfessio, propter superbiam nostrã, & quia non libenter ipsi nos reos scelerum nostrorum profitemur: ita inuenias qui etiamsi sæpe cõfiteantur, nunquam tamen assuescunt, instar lapidis, quem etsi millies sursum versus iacias, tamen assuescet nunquã vt proprio motu & per se aliquando surs̃um moueatur. ¶ Duo tamen hîc sunt obseruanda secundum doctrinam Gersonis: Alterum quod in recogitatione peccatorum homo non debet nimis anxiè eruere, vel nimiũ diu immororari, maximè in cogitatiõe peccati carnalis, iræ aut odij, quia sic facilè noua posset exoriri tẽtatio, qua quis seipsum denuo prouocaret ad voluptatẽ turpẽ, aut irã, sicut eadẽ quoque peccata modestè & honestè sunt cõfitẽda, ita tamẽ vt inde satis intelligat cõfessor genus & grauitatẽ delicti. Alterũ hoc est vt confessurus sibi proponat in animo suo, se omnia peccata velle pro viribus cõfiteri, atq; si à cõfessore super aliquo fuerit interrogatus, se pro veritate responsurũ, nec quicquã ad sui excusationẽ vltro celaturum. Hãc notulam prædicator bene inculcet plebi (sicce illa induximus quia festinamus, si cupis extendere cũ authoritatibus, vide nostrum librum. 1. de pœnitentia, ca. 20. &. 21.)

3 Diximus à principio, confessionẽ esse debere præmeditatam: altera iam eius cõditio est, vt fiat cũ dolore & amaritudine cordis, sic vt homo recolat omnia peccata sua, quibus velut vno fasce colligatis, doleat se tot tantisq; peccatis grauiter offendisse Deũ, sicut suprà de cõtritione ad longũ disseruimus. Et hoc sanè non parũ displicet Luthero volẽti pœnitentiã esse debere iucundã & gaudio plenã, quòd vt sacris literis ita & rationi aduersatur: deinde naturæ simul & vocabulo pœnitẽtiæ cõtrariũ est. Ezechias aliter de pœnitẽtia loquitur dicens, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et inde in pace est amaritudo

Pœnitent. amara.

Esaiæ. 38

Psal. 101. *Psal.* 6. *Hiere.* 6. *Iohel.* 2. *Mat.* 28.

mea amarissima. Dauid quoq; inquit, poculũ meũ cum fletu miscebam: quomodo omnes Psalmi pœnitentiales plenissimi sunt amaritudine & fletu, vt quum dicit, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo. Idem docet Hieremias peccatorem, vt cum dolore pœnitentiam agat, fac tibi plãctum, ait quasi super vnigenitum: & Iohel nos admonet, vt cõuertamur ad dominum in fletu & planctu, in ieiunijs: sic Iob dicit se loquutum in amaritudine animæ suæ: & Petrus post negatum dominum fleuit amarè. Volẽs supersedeo authoritatibus patrum inferendis: cum quisque sanæ mẽtis agnoscat delyrium Lutheri. quid quod per diametrum pugnat cũ vocabulo pœnitẽtiæ. pœnitere enim dicitur pœnam tenere, quicquid autem pœnale est, dolorem incutit & amaritudiné, ideoq; & pœnitentiam oportet esse amaram & graué, ita vt alicui displiceant peccata sua: non sic tamẽ quasi necessariũ sit hominẽ habere oportere dolorẽ sensibilẽ, cuiusmodi habent homines natura molles & mulieres. bonus ille quidem est, sed nõ perinde necessarius. tristitia autem in voluntate pertinet ad confessionem, ita vt qui velit se nunquã offendisse Deum,

Confessio humilis.

& ita tristatur in voluntate. 4 Præterea confessio sit humilis, quãdo enim iam peccator omnia delicta sua recogitauit quæcunq; commisit, & seipso toto excusso iam dolorem sibi concipit ex animo suo, tunc enim omni humilitate abeat ad sacerdotem, exhibeat se ei humilẽ, peccata sua pudicè & verecundè commemoret, nõ temerariè præcipitando effutiat, quasi paruifaciẽs: ea humilitas cum verecundia coniuncta in cõfessione optima est, quia partem pœnæ aufert pro peccatis debitæ, sicut satisfactio. pudor tamen ille non sit nimius, ne præ huius magnitudine taceat quòd omnium maximè dicendum fuerat. 4 Debet etiam confessio

Confessio integra. Augusti.

esse integra, vt ne quis aliquid sciens occultet ex verecundia, vel quacunq; aliã causa: iuxta illud Augustini, ponat se pœnitẽs omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil reseruãs sui, quicquid enim celabit, id semel omne reuelabunt angeli in die iudicij: sed si quis confitetur peccatũ suũ, hoc inde fructus capit, quia ei remittitur: sed si occultat, ipse sibi damnationẽ ascisçit, & tamen reuelandum erit in die nouissimo: dæmon homini huiusmodi pudorẽ ingerit, vt vereatur ipse suam prodere culpam, quoniam in peccato

cato eximit ille homini verecũdiam, vt citra pudorem peccet: in confessione autẽ verecundiam ei restituit, quo minus peccatum confiteatur. ¶ Dæmones nanque hominem infestantes triplices sunt, alij occludunt cor, nec õtritionem habeat: alij obstruũt os, ne confiteatur: alij peram, quo minus bona iniuste parta restituat, sicque diabolus iugulũ hominis adripit, sicuti lupus quẽ correptã tenet, ne clamitet: hinc fit quòd peccator vno tantũ peccato celato, totam suam confessionem facit infrugiferã. Anathema enim sit, vt ait Hie-

Dæmones triplices. *Hierony.*

rony. à Deo dimidiã sperare veniam. Immensa sanè stultitia est erubescere & timere peccatum suum, cõfiteri coram sacerdote, & ipso homine peccatore, vnde Augusti. dicit su-

August.

per Psal. O homo qui times confiteri, illud quod per confessionem scio, minus scio quàm quòd nescio, confitere homo peccator homini peccatori, Elige quòd vis, si confessus

Cautela.

lates, non cõfessus damnaberis. Discant hinc confessores, vt si viderint forsan aliquem in confitendo trepidare perculsum, & exhorrescere, atque pudore suffundi: eum non durioribus verbis adoriantur, quia sic magis eũ permouerent, vt quæ dicturus aliàs esset, præcipua celaret: quin potius cõsolẽtur illum, erigãt in spem bonã, animum ei faciãt verbis minoribus, ostendãt se in hoc adesse, vt eum à peccatis absoluãt, ideo quoq; Christũ esse mortuũ, vt pro peccatis suis totiúsque adeò mũdi satisfaciat, miserabile quiddã est & execrabile si confessorem nanscisçaris importunũ. Porrò id ita esse, quodque oporteat cõfessionem esse integram, satis te-

Tren. 2.

statur Hieremias dicens, Effunde sicut aquã cor tuum, ecce sicut aquã, inquit, non sicut lac, quo effuso color adhuc adhæret vasculo in quo fuerat, vbi notatur pristina conuersatio in malo: neque verò vinũ vel acetũ cõmemorat, vbi post effusionem remanet odor, cogitationẽ prauam significans: non ait etiam vt mel: nam & ibi vas mellis seruat saporem, quo notatur impura voluptas: beatus ergo est quisquis cor suum expurgat à vitiis, effundens illa instar aquæ, hoc est in totũ, vt nihil omnino reliquũ maneat. ¶ Duo adhuc super-

Absolutio diuiditur.

sunt hoc loco præmonẽda, alterum quod absolutio diuidi quidẽ potest, quũ tamẽ cõfessio nõ diuidatur, vt in casibus reseruatis, vbi confessor totam audiet confessionẽ: in qua si cõfitens aliquid habeat, quod ipse nõ possit remittere, neq; ab eo absoluere, ableget illum ad superiorẽ siue pœniten-

tiarium, qui absoluendi habeat potestatem: is vbi ipsum absoluerit, rursus mittat eum ad cõfessorem, qui tunc eũ plenè absoluat (vide consiliũ Capreoli, & Ioãnem Maioris de casibus reseruatis.) Alterũ hoc est, etsi confitens non debet cõfessionem diuidere scienter, ita vt multos sibi proponat confessores, nõ tamen prohibitũ hoc est, quo minus confessio fiat per interuallũ temporis, quia sic aliquis mediam aut tertiam peccatorũ suorum partem potest cõfiteri: fieri etiã potest vt sacerdos ꝓpter certa negotia cogatur à cõfessione surgere, & paulò pòst reuersus audiat confessionem vsque ad finem, non vtique hoc iniquũ est, quoniã non est necesse vt cõfessio fiat continua, modò cõfessor nõ sit oblitus eorũ quæ is antea fuerat cõfessus. Ad hæc necessariũ quoque nõ est, vt statim confessionem sequatur absolutio: potuit enim in confessione talis casus incidisse, cuius dissoluendi gratia, confessor cogatur vel libros vel homines se doctiores consulere, ibi ablegare interim potest eum qui confessus est, & iubere reuertis. Sunt quidã vsqueadeo stupidi, vt putẽt vbi priorem faciunt in quadragesima confessionem, ibi necessariò eis habendã esse & alteram, quòd tamen nõ est necesse, deprecemur nunc communibus votis dominum Deum.

HOMILIA XLV. DE CONFESSIONE *acceleranda, & bis facienda in quadragesima.*

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Iacob. 5.

AVdistis, si modo meministis adhuc dilectissimi in domino Iesu, homilia superiori, quomodo confessionem oporteat fieri præmeditatè, dolenter, humiliter & integrè: superest, vt ostendamus eam fieri quoque debere celeriter, non procrastinandã diu. Vbi admonitos vos volo geminæ faciendæ in quadragesima cõfessionis, vt & priorem illam faciatis maturè. Nam quũ in tẽporalibus quilibet sibi ex cõsuetudine arripit excusationem sui, affirmans ꝙ ea vim habeat legis, hæc autẽ consuetudo, quũ vergat in gloriam Dei & animarum salutem, quid est quẽso te, quod cõtemnitur? quur non solitum seruat vigorẽ? Est sanè res ea magno argumento, quòd qui velit se diligenter præparare ad sacramẽtum Eucharistiæ, maiori cũ fruge & dignitate suspiciendũ, si quis

Bis confiteri in quadragesima

si quis bis fuerit cõfessus, & lõgè quidem magis ꝙ si semel tantũ. Quanuis si fuerit quis grauibus negotiis pressus, ita vt non possit bis cõfiteri, eum non negarim vna tantum cõfessione, posse se adeo diligenter & studiosè præparare, vt alius duplici cõfessione, tamen nolim vniuersaliter ꝓnuntiare: ideoque Christiani cæteri non facilè auertere debent animum & voluntatẽ à duplici ꝓnfessione. 2 Sunt alij qui cõfessionem protrahũt vltra ꝓceptũ Ecclesiæ, id quoque variis modis fieri potest. Quidã forsan faciunt animo peruerso & more hæretico, cum contemptu legis Ecclesiasticæ, nolentes vltra cõfiteri, vt nũc faciunt Neochristiani, quos reputare debemus vt ethnicos & publicanos: siquidẽ in statu cõstituti sunt dãnationis æternæ, nisi pœnitentiam agant. Alij nõ hoc animo faciũt, sed incuria quadã & ignaua oscitantia, paruipendentes omnia diuina: sicque & pœnitentiã differunt nõ de die in diem, sed ex anno in annum, cogitantes etiã hunc annũ ita esse transmittendũ, vt sequenti tandem sapere incipiant. Magis autẽ excæcantur qui prauis cõmertiis & conuersationibus vtuntur, qui mercimonia tractant falsa, qui põderibus, aut vlnis falsis vtuntur, vsurarij, raptores, fures, & alienorũ bonorum possessores, quiq; in manifestis & publicis ac in notoriis criminib⁹ degũt, &c. *Matt.18.*

¶ Omnes illi bifariam seipsos decipiunt. Primò, quia nimium suæ tribuũt longæuitati: nullus enim, vt ait Augustinus, nisi desperatus, sperat se aliquando velle cõuerti. quòd autem differt, inde fit, quia quũ sanus est, sperat longius victurum, nimirũ iis omnes corui sequuntur clamorem, iuxta illud Sophoniæ, vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari. Atque ista est res, inquit Augustinus, quæ multos occidit, dũ dicunt, cras: quoniã qui pœnitentiã semper differunt priusquã deniq; pœnitentiã agant, ianua clauditur, ipsique à cõsortio beatorũ separantur cum virginibus fatuis. Fiduciã hãc eximere tibi ô homo debet incertissima mortis hora. neq; enim est quòd fortitudinẽ tuam vel sanitatẽ confideres, quũ fieri queat vt multi malè valentes longæuitate te superent: siquidem vita nostra candelæ ardenti similima est: si enim accendas lucernas duas, alterã longã, breuiorem alteram. vtraque quidẽ ardet æqualiter, sed breuior extinguitur citius, ita planè si duos obiicias æquè valentes aut debiles, alteri tamen celerius extinguitur lumen vitæ suæ. *Augusti.* *Soph.2.* *Augusti.* *Matt.25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Quanuis solicitudine nō careant qui pœnitentiā suam differunt ad aliquot annos, tamen periculosius est de iis qui confessionem ad extremam vsque senectam, vel etiam ad vltimum spiritū protrahunt: verè enim ea suggestio diaboli est, quia post mortem nullus superest pœnitentię locus, superueniente tunc nocte, in qua nemo potest operari: vsque adeò periculosior est pœnitentia, quo vicinior morti quanuis melior sit etiam sera pœnitentia, quàm omnino nulla: periculo tamē se exponit quisquis pœnitentiā in vltimum locum differt, quoniā sicut Augustinus de pœnitentia distinctione septima, canone. Nullus expectet vere dicit, Nullus expectet quādo iam non possit peccare, nam qui prius à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea nō libere sed quasi ex necessitate condemnat, quæuis enim sera pœnitentia melior est quàm omnino nulla, tamē periculo nō caret, etsi nō sit impossibilis, vt testatur exemplum latronis, vnde & Leo papa inquit, Nemo desperādus est, dum in hoc corpore cōstitutus est, quia nonnunquam quòd diffidentia ætatis differtur, consilio maturiori perficitur. Addidimus autem quod nō careat periculo. 1 Quis enim certus est ne subita morte præueniatur? ꝙ tamen à nobis auertat dominus Iesus. 2 Quis scit an non eiusmodi morbo opprimatur, quo amittat vsum rationis, sicque nō sit capax pœnitentiæ? 3 Quid si quis incidat tale periculum, vbi aliud non sit ei meditandum, nisi quomodo effugiat mortem, vt in aquis, incendio, ruina, seu lapsus in conflictu & similibus?

Ioan.10.

Sera pœniten.

Leo.

4 Quid quod interdū dolor ægritudinis potest esse tantus, vt nō multum cogitare quis possit de pœnitentia? vnicum enim homini cor est, & vrgente dolore vndiq; in omnibus mēbris, nō multū suppetit aut vacat meditari pœnitentiā de peccatis. 5 Aut nōne stoliditas est magna, si quis post vniuersam male transactam vitā, finem expectare præsumat felicē? Hinc Augustinus ait, quē morbus vrget, pœna terret, ad verā vix veniet satisfactionem, multos enim solet serotina pœnitentia decipere. 6 Et vt maximē alicui gratiam hanc cōferat Deus, vt iis periculis omnibus careat, tamen periculosum adhuc est homini, maxime diuiti, vrgentibus hinc testamentariis, instantibus inde hæredibus de bonis temporalibus. Medicis quoque laborantibus circa sanitatem corporis, vxore & liberis nō rarò consolantibus bene & spem

Augustī.

& spem sanitatis restituendæ dantibus præter cōscientiam. Præcipuē verò si is potens sit & prędiues, atque alicuius ministris & authoritatis, eum sanè quis audeat submouere & dicere, Ecce per vniuersam vitam multis arduis pressus es negociis, multa in potestate tua fuerunt, de quibus nūc demum reddenda semel est ratio coram iusto iudice Deo. Relinque igitur mundum, & omnia quæ sunt mundi, tēque Deo reconcilia. Huiusmodi quid sit tenet aliquis dicere, statim audiet ex adulatoribus & amicis, quid tu tibi vis? Quid afflicto addis mœrorē? non illi sufficit dolor hic corporis, nisi insuper addas cruciatum animi? faxint superi ne modò assentatores blādirentur misero, cōsuentes puluillos sub cubitu manus, vt ait propheta, sicque suis blanditiis decipientes infirmū, vt amplius nō videat, neq; cōsideret grauitatem peccatorū suorum. 7 Accedit iis ꝙ dubium est, an Deus alicui gratiā pœnitendi cōferat, qui tādiu pessimē vixit: quanuis enim non abiiciat Deus peccatorem ingemiscentem super peccatis suis, tamē certum satis non est, an ei Deus ingemiscendi quoq; gratiā tribuat, & an petentem sit exauditurus, siquidē multis modis docemur in sacris literis, huiusmodi peccatores nō exaudiri, vnde Esaias dicit, quum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & quū multiplicaueritis orationem, nō exaudiam. Atque per Michæam dicit dominus, clamabunt & nō exaudiam. Rursus per Ezechielem ait, quum clamauerint ad aures meas vo ce magna, nō exaudiam eos. sed vt Iob dicit, Clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorū (cum concordantibus.) Horum omniū rationem reddit dominus per Zachariam prophetā dicens, factū est sicut loquutus sum, & sicut non audierunt, sic clamabunt, & non exaudiam. ¶ Præter hæc supereſt & illud, quod talis omnino apparet sera ista pœnitentia, quasi nec concurrat charitas, neque timor filialis, sed seruilis tantum, qui non sufficit delere peccata, sicuti iam inde ab initio diximus: magis enim videtur eam aliquis facere metu atque periculo mortis imminentis, q̄ amore iustitiæ, quoniam sic ait August. de pœnitentia distin. 7. can. nullus. Quē sero pœnitet, oportet nō solum timere Deum iudicem, sed & iustū diligere, quia sine charitate saluari nemo potest. ita quisquis pœnitentiam agit, non tantū timere debet pœnam, sed etiā esse solicitus de gloria. Sunt autem

Ezec.13.

Ezec.18.

Esa.1.

Mich.4.

Ezec.8.

Iob.30.

Zach.7.

Augustī.

plurima quæ infirmum auocant & retrahunt à proposito, proinde sera ista pœnitentia, vt periculosa est, ita exitio proxima: quãuis donum Dei sit præclarum, si cui sub vltimum agonem Deus inspiret animum agendi pœnitentiã veram. Sed vbi hæc ita non cueniunt, & tamen Deus pro sua misericordia homini tribuit pœnitẽtiam, adhuc illud reliquum manet, quod non potest satisfacere pro peccatis commissis. & quia potestate clauium, pœna æterna cõmutatur in temporalem, ea quum non resoluatur hic per satisfactionem bonorum operum, reseruatur in purgatorium: quoniam vt ait Paulus, adhuc ipse saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. vide Tomũ nostrum, 3. Confessor enim confitenti sub extremum articulũ mortis, nullam debet iniungere pœnitentiã: hoc quidem ei potest dicere, si conualescceret pro suis peccatis huiusmodi pœnam sibi esse infligendam, quia auté nunc harum virium nõ est, aliud fieri nõ posse, nisi vt diuinæ relinquatur misericordiæ: iuxta illud Theodori, ab infirmis in periculo mortis positis, pura est inquirenda cõfessio peccatorum, nõ tamen illis imponenda est quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda. Et quòd aliquis seram agens pœnitentiam, huiusmodi periculis sit subiectus cum sequentis pœnæ persolutione, Sapiens quoque testatur, affirmans, quia si non egerimus pœnitentiam, incidemus in manus Dei viuentis: qui autem pœnitentiam agit in hac vita, is incidit in manus hominis sacerdotis. Atque nõ differendã esse pœnitentiam ad vltimum spiritũ vsque docet nos dominus, quum ait, Vigilate, nescitis enim quando dominus domus veniat serò, an media nocte, an gallicantu, an mane, vbi Glossa sic habet, fortè ideò nescis, quãdo dominus venit, vt semper te paratum inueniat (extende illa octo, & habebis duos bonos sermones.) 3 Cæterùm, an quis statim perpetrato delicto debeat cõfiteri, videtur sanè Bonauentura esse totus lapideus cõtra religiosos, laïcis tamen est mitior. estq́, hæc cõmunis doctorũ sententia, quotiescunque aliquis secum recolit peccatũ suum, & offensam Dei, maximè die quopiã festo siue dominico, tenetur tunc propositũ & voluntaté sibi cõcipere confitendi peccata iuxta ordinationẽ Ecclesiæ, propositum tamẽ hoc nõ tenetur statim ipso opere adimplere, nisi statuto tẽpore quadragesimali, exceptis aliquot casibus.

Infirmis non inungatur pœnitentia. 26. q. 7. ab infirmis.

Ecclc. 2.

Matt. 13.

An mox confitendum post peccatũ.

1 Primo in morbo periculoso cõfitendũ cuiq; est, nec differenda

ferenda cõfessio ad tẽpus paschale, deinde eadẽ ratio est in omnibus casibus vbi periculum est de morte, vt circa mulieres prægnantes, & eos qui bella adeunt periculosa, vel arduas suscipiunt peregrinationes & nauigationes. Ad hæc confitendum est cuique qui rem aliquam subire parat, quę virum bonum & iustum requirit, puta sacrificium missæ celebraturo, sacramentum ordinis suscepturo, & omnibus qui aliquod sacramentũ accipere vel administrare cupiunt: similiter quum quis statuto aliquo ad confitendum est adstrictus, vt religiosi pro suo quisque ordinis regula.

5 Postremò si quis casum aliquem reseruauit superiori, cuius facultatem quamprimum habuerit, debebit tunc facere confessionem, & non differre in quadragesima, quando copiam illius habere forsitan non licebit.

Epilogus

4 Constat igitur iam quomodo confessionem oporteat esse præmeditatam, amaram, & cum dolore cõiunctam, humilem quoque, integram & acceleratam: reliquum est, vt ostendamus decere etiam vt sit manifesta, non ita quidem, vt quis manifestè & palam confiteatur omnibus publicè audientibus quæcunque designauit, sed vt sit aperta seu manifesta ratione peccati, confessoris & loci: loci quidem, quia in publico loco oportet audire confessionem, non in cellulis & angulis priuatis, sed palam in ipso templo, vt sic procul omnis amoueatur suspicio: ratione peccati autẽ, ne quis fucum facere conetur & quærere diuerticula, sed vt intelligenter & expresè pronuntientur omnia, & confessor cognoscere facilè queat, quo peccati genere teneatur: ita tamẽ vt vbique honestatis obseruetur ratio, vt & peccata carnalia non crasse & impudenter, sed modestè & reuerẽter detegantur. Quo ad ipsum confessorem etiam, vt persona sit publica, puta parochus vel eius cooperator, aut ij quibus copia data est audiendi confessionẽ, vt religiosi, minores, prędicatores, &c. Angelus tamen & ipse Franciscanus in summa sua affirmat longè certius esse, siquis confiteatur parocho, eo quòd religiosis hoc priuilegium tantum sit concessum, ita quod existente defectu in parochiis, tũc subditi magis excusentur quàm si confiteantur extraneo. Plurimum tamen in eo situm est, erga quem conscientia tua sit inclinatior, meliúsque affecta, & quem tu ipse noris vitę morúmque integritate esse spectatiorem, sed hæc aliàs, &c.

Confess. manifest.

Cõfess. fiat ĩ parochia

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA XLVI. QVOMODO confitendæ sint circunstantiæ peccatorum, & quod oportet confessionem, esse occultam siue tacitam.

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Iacob. 5.

DIximus superiori homilia, charissimi in domino, quomodo conueniat esse confessionem apertam & manifestam, quoad peccata, ne ea quis cum fuco & prætextu verborum propo nat, ita vt grauitatem illorum non intelligat confessor. Ad hoc faciet plurimum, si confitens circunstantias quoque peccatorum nō cælet, quoniam hę peccatorum arguunt grauitatem, sicuti iam ostendemus.

Circunstãtiæ peccatorum.

1 Sunt enim in quolibet opere & facto multum ponderandæ circunstantiæ, siue christiano more, siue moraliter loqui placeat: quoniam oportet ibi respicere locum, tempus, personam, causam, modum & formam, quæ etsi cuique rationis compoti satis pateant, attamen quia Lutheri sectator Carolstadius vsque adeò excæcatus fuit & furiosus, vt omnino negaret, quod tamen manifestum est omnibus, immorandum est paulo longius, & præmittenda principio verba Augustini, qui dicit, Rectè offertur sacrificium, quū offertur Deo verò, cui vni tantummodo sacrificandum est: nō autem rectè diuiditur, quum non discernuntur rectè vel loca, vel tempora, vel res ipsæ quæ offeruntur, vel qui offert, vel eui offertur, vel ij quibus ad vescendum distribuitur quod oblatum est, siue quum offertur, vbi non oportet, siue offertur quomodo nō oporteat, aut quod nō tūc &c. Ecce quàm accuratè Aug. considerat in sacrificando circunstãtias, quod omnino in aliis quoque rebus faciendum esse cōstat. Greg. quoque in omni, inquit, eo quòd dicitur, summopere intuendum est, quid dicatur, cui dicatur, quãdo & quomodo dicatur. Quis dubitet factorū etiam sic inquirendas esse circunstantias, tolle enim circunstantias, & amplius nō habebis discrimen vitij illati alicui virginī, coniugatæ: vel cognatæ aut solutæ: siquidem circunstantiæ personarum tantum discernunt inter hæc peccata. Ad hæc nihil intererit siue quis alienum, siue amicum aut fratrem cædat, laicum siue clericum, in platea, aut templo, ex proposito perpetrandi mali, aut à casu, impulsus ad hoc per aliquam causam, vel ex propria temeraria

Lib. 15. de ciuit. dei. cap. 7.

Lib. 24. moral.

temeraria malignitate. Omnes enim hæ circunstantiæ vel aggrauant, vel alleuiant delictum, & iam moraliter & ciuiliter loquendo: itaque nolle circunstantias rerum considerare, mera stupiditas est & induratæ malitiæ argumentum, quum tamen qui ægrotat in corpore, ipsi morbi sui circunstantias aperit medico, quod multo magis faciendū est peccatori erga medicum animæ. 2 Oportet tamen hic circunstantiarum videre discrimē, sunt enim aliquæ quas impertinentes dicimus, hæ nihil addunt & adimūt, puta si fur manu dextera siue sinistra sit furatus, & quod genus monetæ sublegerit, tales circunstantiæ non sunt confitendę. Alię sunt quæ alleuiant delictum, vt si quis in quadragesima vescatur carnibus, additq; circunstantiam causæ, quia aduersa laborarit valetudine, & in similibus. vbi sunt qui putent circunstantias alleuiantes peccatum non esse confitendas, quia in confessione peccator seipsum debet accusare, iuxta illud Sapientis, Iustus principio est accusator sui, sed quum huiusmodi circunstãtias proponit, vsqueadeò non accusat seipsum, vt etiá excuset. ¶ Sententia hęc nunquàm mihi probata est, quoniam quum confitens hic coram sacerdote, tanquàm iudice suo sit constitutus, vt intelligat ergo iudex grauitatem & leuitatē peccati, meritò proponere debet ea quę aggrauant delictum, quur non etiam quæ alleuiant? fieri potest interdum vt tales circunstantię tantopere alleuient delictum vt tandem comperiatur veniale tantum, aut nullum omnino esse peccatum, quur ergo peccator iudici suo confessori hunc relinqueret errorem, vt peccatum veniale iudicaret esse mortale? ¶ Quid quod non raro confitens mouetur ad aliquid confitendum, nō quod iudicet illud esse peccatum mortale, sed quia aduersatur constitutioni & consuetudini Ecclesiasticæ, etiamsi habuerit rationabilem alicuius rei perpetratæ causam, seipsum tamen purgare cupit, & certiorem facere coram suo iudice, si forte nimiū credulus ipsi sibi plus æquo tribuisset, iuxta enim Gregorium, piarum mentium est agnoscere culpam, vbi non est culpa. Vnde & Iob ait, Verebar omnia opera mea. ¶ Interdum planè necessarium est, vt quis circunstantias huiusmodi quæ peccatum alleuiant manifestet, ad vitandum scandalum in confessore. Vt si fortè in itinere amisero libellum orationalem eoque die nihil orauero ob defectum libri, vt tranquilliori

Circunstãtiæ duplices.

Prou. 18.

Circũstantia alleuians confitenda.

Gregor. Iob 9.

vtar conscientia, confiteor hoc sacerdoti alicui iuniori: cui si non ostendero causam intermissæ orationis, offendi per hoc facilè poterit, & cogitare sibi quoque non perindè stricte per soluendas esse horas suas canonicas, abrepta inde occasione, vt leuiter orationes suas citra rationabilem causam negligeret. Quapropter equidem putarim etiam illas circũstantias esse confitendas, quæ alleuiant peccatum. Quodq; isti nobis obiiciunt, de eo quod oportet peccatorem accusare seipsum, non excusare: verum sanè est, sed ita quòd non duriꝰ teneatur sese accusare quàm pro ratione delicti, alioquin esset sibiipsi iniurius. 3 Tertij generis circunstantiæ sunt, quæ peccatum aliquod in aliam speciem pertrahunt, vt qui furatur fur est: sed qui facta irruptione in templũ furatur, vltra hoc etiam sacrilegus est: fur, scilicet rei sacræ. si quis rem habeat cum soluta, fornicationem committit, adulterium autem si cum vxore alterius: ita enim circunstantiæ peccatum adducunt in aliam speciem, & ille quidẽ sunt confitendę: siquidem cõfessor alias nesciret grauitatem delicti. Supersunt adhuc aliæ circunstantiæ aggrauantes peccata, quæ etiam sunt omnibus confitendæ, pro capacitate cuiusque intellectus: quo enim quis magis valet in scientia & prudentia, eo plus meliúsque poterit & debebit eas confiteri, sunt autem illæ. 1 Ordo, quia peccare cum persona sacra, grauius est, quàm cum homine prophano.

Circunstãtiæ peccato

2 Tempus, quo enim tempus sanctius est, eo maius etiam erit quòd in eo committitur peccatum. Væ nobis qui diebus dominicis, & festis omnibus magis abutimur ad vitia carnis, quàm vt ea impendamus spiritui: magis collocamus in voluptatem & lasciuiam, quàm ad gloriam Dei, & honorem sanctorum expende illa ex sermonibus de decem præceptis. 3 Locus, quoniam in loco sacro peccare grauius est, quàm in prophano. Væ iis qui vniuersos contractus malos, amores turpes, & id genus negotia mala in templis tantum transigunt.

4 Numerus, puta quoties quis peccauit, si id constat, debet hoc indicare: si certo nescit, deploret toties repetitum esse peccatum, vt numerus effugerit memoriam suam.

5 Magnitudo, sicut enim dicere tenetur tantum se esse furatum: ita debet etiam ostendere, quãtum damni per hoc fecerit proximo suo.

Multum

6 Multum in ipsa etiam conditione personæ positum est, vt si quis offendit viduam, pupillum, hominem inopem & miserum, aliquem in potestate positum, vel cui sit astrictus fidelitate, quæ omnia aggrauant peccatum.

7 Accedit iis, si quis citra tentationem exteriorem, propria malignitate se ad peccãdum prouocat, atq; si cum prę-meditatione sciens & volẽs peccatum perpetrauit, si diu in peccatis quasi obsurduit. si vltra spatium annuum confiteri distulit: huiusmodi profectò aggrauationes multum sunt considerandæ, quas licet non perinde queant homines rudes perscrutari, qui tamen intellectu valent, debent vtique pro sua quisq; capacitate & intelligẽtia diligenter euoluere singulas circunstantias aggrauãtes peccata. Præclarè docuit id nos Augusti. dicens, consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici exequutione. Oportet enim pœnitere fornicantem secundum sui status aut officij excellentiam, & secundum modũ meretricis, & secundum modum operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregerit, si in loco sacro, aut cui debuit excellentiam fidei, vt sunt domus diuinorum, si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate sanctorum, aut in tempore ieiunij, consideret quantum perseuerarit, & defleat quòd perseueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Omnis ista profectò varietas confitenda est & deflenda. In consideratione & recogitatione peccatorum, videat quisque, qua ætate, qua sapientia & conditione, cum quibus etiam peccauerit personis. Atque hæc nunc de circunstantijs sufficiant.

De pœnitẽ. c. 14.

Confessio propria & occulta.

4 Fiat igitur confessio præmeditatè, humiliter, integrè, festinanter apertè & cum enumeratione circunstantiarum, atque super hæc omnia esse debet propria & occulta. Propria quidem sic, vt quis sua propria cõfiteatur delicta, non vt solent aniculæ irrequietæ quæ sacerdotẽ obtundere conantur vitij vicinarũ suarum, ineptè sanè: vsque adeò enim volunt doctores confessionẽ propriam esse debere. quòd si cõtigerit aliquẽ cũ persona multũ sibi cognita rem habuisse, vt cũ sorore. & antea iam dictũ est, qũo oporteat confessionem fieri cũ circunstãtijs, in hoc casu aliquis potius sibi quærere debet confessorem, qui nec ipsum neque sororem

Nota.

cognoscat suam, vel priusquam sororem suam infamet, taceat interim, & peccatum illud generaliter tantum cõfiteatur, quoadusque confessorem acquirat, cur neutra persona satis sit cognita. Adde casum Richardi de sacerdote in pago, qui consacerdoti non cogitur confiteri cognitam mulierem, vnde auditor veniret in cognitionem confornicantis. Sit insuper confessio tacita & occulta, quoad confitentem, ne iis qui quicquam effutiat ex confessione, confessor enim interdum pro informatione confitentis, vtens officio iudicis, exquirit & scrutatur nonnulla, quod si iam confitens cũ scandalo vellet exaggerare illud & in diuersum rapere quã erat factum, vel etiam iniunctam sibi satisfactionem manifestare, iniquum faceret vtrinq;. Super hæc omnia esse debet confessio tacita respectu cõfessoris, quoniam iudicium hoc & tribunal esse decet occultissimum, quod fit in terra, neq; enim vel verbo, vel signo, vel quacunque ratione, debet confessor confitentis occulta prodere peccata, vsqueadeò occultum illud confessionis iudicium prouenit ex naturali, diuino & humano iure. Quid multa? tam occulta est confessio, vt requisitus confessor ad iuramentum, libere possit iurare, sibi nihil de eo constare. aliud est enim iudicium Dei, aliud hominum: neque is interim iurat iniquè, qui coram externo iudice, & in illo foro sibi non constat, sed quicquid super hoc scit, hoc ipsum sit loco Dei.

C. omnes. de pœnit. & remiss.

Confessor nõ reuelet peccatum.

¶ Adhuc quid amplius dicam, quoniam etiamsi confitens libere permittat hoc confessori aliquid prodere, manifestare tamen hoc nemini debet, vsque adeò tacitum oportet hoc esse confessionis iudicium (contra Innocentium, & Panormitanum, nec consentimus Thomæ aut Paludensi.)

¶ Quòd si tamen vrgeat confitens, & cupiat aliquid reuelandum esse vxori, liberi, aut præcipuo alicuius causæ authori, confessor diligenter admoneat confitentem post completam confessionem super ea re: quam si adhuc velit reuelari, deinceps prudenter aggrediatur negotium, quasi extra confessionem per modum consilij sibi propositum. Plura prosequi fastidium & molestiam ingereret lectori, & tamẽ possem materiã hãc per aliquot homilias explicare. verùm animus est ea potissimum tractare, quæ magis necessaria & præcipua sunt in sacramentis, illaq; tueri quæ isti Neochristiani reiiciunt: vnum hoc addendum est: quòd si quis obiter

obiter audierit nonnihil alterum confitẽtem, tenetur idipsum cœlare sub peccato mortali, quamuis magis peccat cõfessor prodens aliquid ex confessione. quam is qui citra attentionem audiuit & manifestat, sed de his satis, &c.

HOMILIA XLVII. DE ITERANDA *confessione, & quando quisque debeat iterato confiteri, atque de alijs quibusdam ad confessionem pertinentibus.*

¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Iacob. 5.

Citra controuersiã verũ certũq; hoc esse constat, peracta rite cõfessione, & confitente vere absoluto, peccata illa nemo tenetur itera to confiteri, sed quum interim aliquid occurrit defectuum, operæ pretium videbitur super ijs etiam nõnihil disserere. 1 Et principio quidem, si quis confessus est non habenti potestatem absoluendi eum, tenetur adhuc illa peccata denuo confiteri, vt quum aliquis non indulta potestate confiteatur alteri à suo parocho, qui non habeat authoritatem audiendi confessionem, vt sunt fratres mendicantes, Ioannitæ & similes, quia enim sententia lata nõ à suo iudice est nulla: ita quoq; absolutio profecta ab eo qui potestatem non habet in confitentem: neque hîc sufficit potestas ordinis, sed requiritur potestas iurisdictionis, & hinc malè faciũt qui non requisito parocho pro suo lubitu sibi quærunt confessores, non habẽtes potestatem. Omnes illi tenentur plenã & integram denuo facere confessionem. 2 Casus est de ficto, qui simulatam facit confessionẽ, aliud sentiens in animo quã ore edicit, & habens adhuc in corde peccandi propositũ, is quoq; quia absolutionis nullius est capax, ideo omnia peccata tenetur rursus confiteri. Nota sententiam sancti Thomæ. 3 Non absimilis multum ab hoc est & tertius ille casus, quum quis volens & ex proposito aliquod celat delictũ, tunc & de cæteris nõ absoluitur, & ea omnia debebit cõfiteri de integro. Ibi tamen sentiunt doctores, quòd si quis pœnitẽtia ductus super malo proposito, vel de peccato non confesso, statim rediret ad cõfessorem, qui recenti adhuc memoria haberet peccata sibi cõfessa, tunc non teneretur integram iterũ facere confessionem, sed illud tantum exprimere peccatum

Iterare confess.

Nota.

quod ante celauerat, & propositum suum malum prodere, quod habuerat, & si qui fuerint cõsimiles prioris cõfessionis defectus, super hoc petat absolutionem sibi cõferri, de illis & omnibus alijs antea confessis peccatis. 4 Casus est, si forsitan confessor sit vel excommunicatus, vel ab officio suspensus, vel potestate laica introductus in parochiam sine aliquo iusto titulo, quia tunc non habet iustam potestatem in subditos, & extra casum extremæ necessitatis, confessio erit inutilis atque inualida, ita vt quicunq; sic absoluuntur, teneãtur de integrò nouam facere confessionem. Apparet iam inde quantum sibi suisq; subditis laqueũ interitus parant omnes qui in magistratu sunt positi, qui ex laica tãtum potestate non requisitis ijs quorum interest, quicq; potestate spirituali funguntur, sine iusto titulo parochias occupant: quòd quum fit, hoc est quũ subditi parochum alium non habent, nisi eum qui per fas nefãsq; intrusus huic muneri præest, hoc vnum consilium reliquum est omnibus subditis, vt tempore paschali conferant se in aliquod cœnobium proximum, in quo per priuilegiũ & pontificiam potestatem liceat absoluere, vt apud Minores, Prædicatores, Augustinianos, Carmelitas, Ioãnitas, & professos ordinem sancti spiritus. Ab ijs iustam potest impetrare absolutionem, sicut ab ordinario suo parocho.

Con. intrusos.

5 Præterea non dissimilis casus est, si confessurus, sciat confessorem suum rudem esse & indoctiorem, quàm vt queat exactum super peccatis suis ferre iudicium, maximè quum grauia sunt & multum intricata, neque confitens ita est animo satis cõfirmato, vt possit cum iudicio cuncta proponere, quũ sic volens ad ductorem & cæcum & ipse cæcus venit, tenetur adhuc peccata sua confiteri alteri presbytero doctiori, nisi velit secum impleri quòd ait saluator, quum cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.

Mat. 15.

2 Super sunt adhuc duo casus in quibus aliquis tenetur iterare confessionem. 6 Alter est, quũ quis premitur peccato, cuius remissionem peculiariter sibi reseruauit magistratus superior, vt papa, vel episcopus: tunc sane sic aget: iuxta communem sententiam doctorum, (Gerson est difficilis, sed Durãdus difficilior. (¶ Omnia peccata alia confiteatur quis suo cõfessori, susciptat ab eo absolutionem illorum, excepto hoc vno casu reseruato, tunc demum adeat superio

Casus reseruati.

superiorem suum vel eius pœnitentiarium, & ei confiteatur tantum peccatum illud residuum, reliqua à quibus iam est absolutus, non tenetur confiteri, nisi vltrò velit: aut potest prius accipere absolutionem illius reseruati casus, vt suprà diximus: & quamuis ibi absolutio diuiditur, tamen hoc vetitũ non est. ille iam antea priori suo confessori plenam fecit de peccatis suis rationem (hæc sunt ita obseruanda in practica: & disputationes in contrarium sunt ad scholas remittendæ.) 7 Alter autem casus est talis, si cui illud incũbat faciendũ ex ordinis sui instituto, vt in ordine Cistertien. hoc habet regula, quòd Abbas aliquot ipse constituit confessores, qui fratrum confessionem audiunt per totum annum, vsque ad tempus quadragesimę, quando omnes oportet generalé facere cõfessionem Abbati, nõ habito respectu quòd quilibet illorũ ante confessus est & absolutus, nanque in hoc casu, quum quis in ingressu ordinis regulã huiusmodi suscepit & vouit, tenetur sanè hanc constitutionem seruare (Dionys. frater illius ordinis multum reluctatur) quodq; iam de statuto diximus, idem de voto quoque volumus obseruari: vt quum quis tam exosum habet aliquod peccatum, vt id magis euitet, vouеat se hisillud confessurum, si quandò semel perpetret. Non video equidem, quomodo quis non teneatur cõfiteri illud, quum hoc votum sit licitum: quamuis & hoc verum est quòd summus pontifex in vniuersum præcipere non potest alicui iterandam denuo esse confessionem, qui alias sacramẽtalem confessionẽ legitimè obseruarit coram eo penes quẽ est absoluendi potestas (Bona. Antonius, Gerson, Paluden.) quoniam illud, inquiunt materiã sacramẽti immutat, quòd etiã papa nullatenus facere debet aut potest. 3 Satis aũt hactenus diximus, in quibusdam casibus teneatur aliquis iterare confessionẽ prius factam: reliquũ est etiam differere de iteratione confessionis, non coacta, sed volũtaria: atq; hoc primum fieri potest ita quòd confitens forsan dubitat de priori absolutione. id autẽ laudi non tribuitur, quoniã non decet Christianum in dubium vertere virtutem sacramentorum, sed firmiter credere verbis Christi dicentis, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Imò qui per se nõ credit efficaciã sacramẽtorũ, verus iã Christianus nõ est, quòd nunc faciunt Zuingliani & reliqua fęx Parabaptistarum.

In fine. homi. 74.

Statu. Cistert.

Iteratio cõfessionis volunta ria.

Ioan. 20.

¶ Si autem quis dubitet, non quidem de sacramento in se, sed quo ad suam ipsius personam vereatur, ne aliquod peccatū non sit satis plene confessus, ne nō satis acceperit confessor qualitatem delicti, vel non audierit aliquid, aut non intellexerit satis, aut deniq; metuat, ne ipse minus recte cicatricem vulneris ostenderit, vnde nō constet satis quando illud sit peccatum, & qñ non, vel etiam si ambigit de potestate sacerdotis, an habuerit illam in absoluendo à tali casu: in omnibus illis casibus ob meliorem securitatē maioremque conscientiæ requiē, quāto consultius est denuo confiteri, quā scrupulosam seruare & irrequietā conscientiam ita salutare est denuo cōfiteri peccata, quia qui amat periculū, peribit in illo, (vide Gersonē de illa regula.) Curādū tamen est ne quis nimiū sit pusillanimis, sibiq; ipse faciat confessionem molestam & exosam, quam fortiter credere debeat verbis Christi & sacramentis ecclesiæ (vide Gersonem de illa pusillanimitate, & post eum Kaiserpergium.)

Eccle. 3.

Gerson.

2 Potest adhuc aliquis peccata prius confessa rursus confiteri, vt sic erga Deum maiorē suam exhibeat diligentiam, siue quod antea aliquantulum fuisset neglectus, vel in sacerdote, vel se ipso, siue quia prius tantum habuit sacerdotes qui remiserunt ei peccata, nunc autem contigerit aliquis absoluens à pœna & culpa, vel etiam confitetur iterum ob auctius meritum. Ex quacunque illarum causarum denuo confiteri, non quidem necessariū, sed tamen vtile est & salutare: vt si quis annos sæpius confessus, adhuc tamen tempore paschali plenam facit confessionem, quòd pij sacerdotes habent in vsu, deinde cum aliquis cōfitetur in loco, vbi plenariæ dantur indulgentiæ anni iubilæi, similiter si quis Romam venerit, vel ad compostellam, vel Hierosolymam. ¶ Ad eundē modum quis priore confessione quadragesimali omnia sua cōfessus est peccata, & deinde ante communionem sacramenti eadē rursus confitetur vna cum ijs quæ succurūt in memoriam, quæq; denuo perpetrauit, omnia hæc piarum sunt mentium, multumq; faciunt ad salutem æternam. Vnde Augustinus inquit, quanto pluribus confitebitur in spe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur misericordiā remissionis. ¶ Hoc ita expendunt & ponderant doctores, quamuis secunda absolutio non tollit reatum siue culpam peccati, tamen triplici de causa

Nota.

De pœnitentia. cap. 10.

causa est bona, primo facit ad remissionem & alleuiationem pœnæ, ad augmentum gratiæ diuinæ, idque tum propter pudorem confessionis, tum ob clauium potestatem: deinde in se opus laudabile est humilitatis, ideoque beneplacitum (an autem secunda absolutio tollat pœnam peccati ex opere operato, & an tollat quantitatiue, aut solum in proportione, mitto ad scholas, & ad Ioannem Maioris.)

Secunda absolutio quid fac.

3 His supradictis omnibus addunt quidam hunc casum, si quis non cōplerit satisfactionem sibi à confessore iniunctam & à se susceptā. Articulus hic amplissimus est, & possent super eo induci quamplurima: sed nos breuiter ea proponemus, quæ sanctis patribus videbuntur conformiora.

Non implens pœnitentiā iniunctā.

1 Si is satisfactionem suam nouit, potest eam adhuc complere, etiam elapso iam tempore, confiteatur negligentiam suam, & non completam satisfactionem, roget sacerdotem, atque ex eo petat sibi indulgeri, vt adhuc cōpleat, vel quatenus in aliam satisfactionem ex illam immutet, &c.

2 Sin autem fuerit satisfactionis oblitus, & ea tamen imposita sit nō super aliquo casu reseruato, rursus tenetur huiusmodi suam negligentiā confiteri, atque inde nouam suscipere satisfactionem (ratio, quia satisfactio hodie non imponitur secundum seueritatem canonum, vt olim & secundum respondentiam ad magnitudinem peccatorū, ideo nec præsens nec præterita æquiualet peccato) si sit autem casus quispiam reseruatus, tunc debet ille superiorē suum rursus conuenire in confessione, vel extra eam, & consuetudinem requirere super huiusmodi casu de assumēda vel iniungenda satisfactione. Melius tamē est facere hoc in confessione. Vide doctores. 4 Nō exigua se nobis hic offert quæstio, quid agendum sit piis & catholicis hominibus hoc seculo, in iis locis vbi nō permittitur eis vt more ecclesiastico confiteantur & communicent, an hæreticis sacrificulis debeant confiteri & sacramentū ab eis accipere, aut sine sacramento eis sit ibi moriendum? ¶ Perplexa sanè hæc & multum ambigua quæstio est, super qua audiui equidem multorum doctorum cōsilia, eorum tamen mihi semper displicuit cōclusio: proinde breuibus hoc quoq; expediam, ad consolationē catholicorum qui nunc passim opprimuntur ad hæreticis. ¶ Et principio quidē constat baptismum in casu necessitatis accipi posse ab hæretico, excommunicato siue suspenso.

Inter hæreticos pij non confitentes. Libr. 1. de bapt. con. Donati. cap. 5.

ea sententia est Augustini quum ait, si quem forte cogerit extrema necessitas, & vbi catholicũ per quem accipiat, non inuenerit, & in animo pacem catholicã custodiens per aliquem extra vnitatem catholicam positũ acceperit, quod in ipsa erat catholica vnitate percepturus, si statim etiam de hac vita migrauerit, non eum nisi catholicum deputamus.

24.q.1.si quem.

¶ Nunc tamen in iis locis, vbi sacramenta ecclesiastica sunt suspensa malim paruulũ baptizandum tradere cuilibet laïco, modo catholico, quàm hæretico & Lutherano sacrificо.

2 Vbi autem incumbit periculum seductionis vel magni scandali nemo Christianus debet sacramentum vel pœnitentiæ vel eucharistiæ suscipere, sed se potius diuinæ misericordiæ committere, cum fiducia tali, quòd summus ille pontifex & sacerdos Iesus ipsum sit absoluturus: sic nimirũ beatus Gregorius commendat Ermigillum (alij nominant Hermigillum) filium Leogilli regis Gotthorum in Toleto Hispaniæ, quem pater captiuum ceperat, & detinebat eò quòd consentire nollet in hæresim Arrij, tempore autem paschali miserat in carcerem vsque episcopum Arrianum, à quo sacramentum susciperet, sicque recõciliaretur patri, adhuc renuit ille & exprobrauit episcopo impietatem erroris sui: vnde pater grauissimè commotus filium propter fidem in vinculis præcepit occidi: sic & papa Iulius vetat sacramentum ab iis accipi, qui hæretica sint prauitate corrupti. Idem affirmat Gratianus, & multis in hoc citatis probat authoritatibus: quanuis à sacerdote simoniaco vel in publico crimine viuẽte possunt accipi in necessitate sacramenta, ab hæretico nequaquã, nisi solus baptismus. In casu scandali idem hoc longè certissimum nõ est, quoniam deinceps gloriari facile põssent hæretici coram simplicibus, suæ sectæ nõnihil accessionis esse factum, vnde maior fieret à catholica fide & veritate defectio. 3 In casu necessitatis tamen baptismus potest accipi ab hæretico, aliàs minimè, vsqueadeo vt possit aliquis in vltima necessitate mori sine sacramento pœnitentiæ & Eucharistiæ, potius quàm sumat ab hæretico. Extra periculum autem scandali potest homo Christianus imminente morte & deficiente sacerdote catholico, cõfiteri etiam hæretico, ab eo absolui, & sacramentum pœnitentiæ suscipere salubriter, ita vti illa peccata cõfessa non teneatur amplius confiteri nactus iam sacerdotem catholicum.

C. cepit 24. q.1. Li.3.dial. cap.31.

14.q.1.si quis.23.distin. præter.p tom. & gloss.

C. frater de cle.co. mini.

Nota.

catholicum. ¶ Atque in hoc casu longè certius est suscipere sacramentum pœnitentiæ etiam ab hæretico, q̃ omnino intermittere: id facile persuadebit bonus ille pater Angelus de clauasio Fráciscani instituti monachus, sic dicẽs, ego credo q̃ nisi sit periculũ peruersionis in cõfitente, quod etiam in tali casu liceat confiteri hæretico, aut excõmunicato, aut præciso, & absolui ab ipsis, si alius sacerdos haberi nõ possit, & sit paratus audire. ¶ Ratio est, quia potestas clauis quæ est absoluendi à peccato, & ex cõsequenti ad vitam æternam cõmutandã in temporalem, & ad gratiam cõferendam: per modũ applicantis meritum passionis Christi fundatum in charactere sacerdotali, qui quidẽ est indelebilis: & quãuis ab ecclesia in tali sit ligata talis potestas, tamen in tali casu necessitatis non credo, primo quia necessitas non subiacet legi positiuæ: dum autẽ ille vtitur potestate, sumus sacerdos operatur & dat gratiã in sacramento, sicut Augustinus probat de baptismo, qui gratiam confert etiam baptizãte hæretico. ¶ Eadem quoque sententia est Petri de palude: si enim in necessitate potest sacramentum baptismi suscipi ab hæretico, quur nõ & sacramentum pœnitentiæ, quum vtrũque sit sacramentũ necessitatis? Hoc ipsum affirmat, & gloss. in c. non est, de sponsal. vbi papa Alexander præcepit episcopis Angliæ, vt vniuersum cultũ diuinũ tollerent in iis locis, vbi rex filiorum suorum vxores detinebat captiuas, exceptis duobus sacramentis baptismo & pœnitentia morientium. dicit enim glossa, Ista duo sacramenta, baptismus & pœnitentia semper excipiũtur in quolibet interdicto, quia sunt sacramenta necessitatis, vnde etiã in necessitate possunt recipi ab hæretico. Circa sacramentum tamen eucharistiæ, omnes velut vno ore cõsentiunt doctores, non sumendum esse illud ab hæretico, sed in tali casu exercenda cuiq̃, est sua fides & deuotio, vt summè desyderet recipere à sacerdote catholico, quia tũc sufficiet ei illud Augustini, Crede & manducasti. Concordat Angelo Pelbarti par. 4. in verbo confessio. 3. par. 19. Et Anto. par. 3. titu. 14. ca. 19. par. 17. 5 Iam eram finiturus hæc de materia sacramenti huius, & ecce occurrit illud neutiquã tacendũ, quando possit aliquis cõfitens celare peccatum, vsquedũ perueniat ad confessorẽ qui possit absoluere à tali casu. Præterea autem quę suprà diximus, potest quis tacere casum alicuius

In verb. confess. 3. para. 2.

Aureoli lib. 4. distin. 17.

Tract. 6. sup Ioan.

Augusti.

Celare peccatum in confess.

peccati in cõfessione. Primo quum verisimiliter & probabiliter coniicere potest, quia confessor sibi confitentem sit ad illud peccatum prouocaturus. 2 Si multũ in eo peccato situm sit confitenti, ita ꝙ ex manifestatione huiusmodi peccati, graue sibi periculũ immineat, ipseque pro cõperto habeat id genus peccati etiam ante esse manifestatum ex cõfessione, vel etiam si constet ipsum quoque confessorem leuiusculum esse, de quo periculum sit ne quid prodat, &: tunc sane reseruare potest illud peccatum, eousque dum copiam habeat alterius confessoris, de quo nihil sit periculi.

3 Quando cõfitens forsan haberet casum, quẽ si cõfiteatur, futurũ tunc esset vt proderetur peccatum ei antea in cõfessione reuelatũ, tunc enim quis confessor posset animaduertere personã, quæ huic antea erat cõfessa, in hoc casu nõ tenetur illud confiteri, imò tenetur & cogitur minimè cõfiteri. Exẽpli gratia, percusserit aliquis clericũ clàm, & sit excõmunicatus, hũc absoluit parochus, neque tamen absoluendi habet potestatẽ, deinceps ita res fert, vt & parochus confiteatur sacellano absoluisse se aliquem excõmunicatum, cuius rei potestatem non habuerit, statim suspicaretur ille alter audisse parochum confessionem istius excommunicati, qui clàm percusserit clericum: id iam foret iniquũ, eo quòd sigillum confessionis decet esset occultissimum in terris.

4 Huic simile est illud, si quando quis non posset confiteri peccatum, nisi exprimeret personam quoque cum qua sic peccasset, id sanè faciendum non est, nisi veniat ad sacerdotem, cui neutra persona sit cognita: vt si aliquis cum nouerca, cum sorore, cum vxore fratris sui fornicatus fuisset, & vtraque persona sit cõfessori nota, iam non tenetur hanc circunstantiam confiteri, donec habeat confessorẽ qui personas illas nõ cognoscat, nam in hoc verum est illud B. Bernardi, quia quòd est institutum pro charitate nõ debet militare cõtra charitatem. Plures huiusmodi casus inuenies in doctoribus, hæc sanè voluimus breuiter inferre citra allegationem scripturarum: ne multitudo locorum & prolixitas fastidium vobis ingereret. Nunc tandem de circunstantiis tantum dixisse sufficiat, Oremus dominum Iesum.

Bernar.

Conclusio Homiliarum de confessione.

Obserua hic quisquis es qui prædicandi munere fungeris, & memẽto eius quod ab initio diximus, nos nõ vniuersam

sam confessionis materiam susceperuros explicandã, sed præcipua tantum, & quæ nobis sint factura ad refellẽdos Neochristianorũ errores, & ad confirmandam fidei catholicę veritatem. vltro enim hîc ista quæ sequuntur prætermisimus. *Omissa hic*

1 Quomodo mutus, & qui confessionem non intelligit, confiteatur.

2 Quo pacto Italus aut Hispanus, & quisquis tenetur confiteri, possit hoc in scripto proponere?

3 An in articulo mortis possit aliquis confiteri laico, qui tamen nullam habeat soluendi potestatem.

4 An sacerdos queat confiteri alteri à suo parocho?

5 Vtrum etiam confessi sint apostoli?

6 An possit cũ aliquo dispensari, vt nõ confiteatur?

7 Diu multúmque disputatum est, liceat ne religiosis audire confessionem in paschate.

8 An oporteat confessorem esse doctum, & carere aliquo peccato mortali?

9 Qua vtatur modestia & quo iudicio confessor in interrogando confitentem?

10 Quid operetur confessio manifesta & generalis?

11 Quur tandem cessarit in ecclesia confessio pœnitentiæ solennis?

¶ Hæc & id genus alia multa, quæ ipsi per sexenniũ prædicauimus in quadragesima, vltro transeũtes studeo breuitati, properabimus ad ea quæ adhuc supersunt circa materiam pœnitentiæ explicanda.

HOMILIA XLVIII. DE ABSOLVTIONE *sacerdotali, quæ insequitur cõfessionem.*

¶ Missa hîc sunt omnia ea quæ suprà disseruimus Tom. 2. per duas homilias de potestate clauiũ. Accipite spiritũ sanctũ, quorum remiseritis peccata. Ioan. 20.

OVm ea sit nostra conditio pro vitę huius statu, vt subinde per peccatum excidamus à gratia Dei & iustitia baptismali, misericors & miserator dominus alterã nobis post naufragium reliquit tabulam, vt ait Hieron. pœnitentiam scilicet, de qua per aliquot hactenus homilias disseruimus, quomodo pœnnitentiã volens agere, veram debeat habere contritionem in animo suo, integram cõfessionem in ore, proximè nunc sequitur absolutio sacerdotalis,

Hieron.

Universidad de Deusto Biblioteca

non est autem contritio hoc ipsum sacramentũ, neque confessio, quia illa opera sunt hominũ, sed propriè cõsistit hoc pœnitentiæ sacramentũ in absolutione sacerdotali, ideoq; tunc se humiliare quisque debet, & cũ reuerẽtia inclinare,
Ioan.20. neq; amplius cogitare opus id esse hominis, sed virtutem & operationẽ spiritus sancti, quũ iam sacerdos exprimit verba quæ cõmisit Christus: tunc enim operatur virtus passionis & mortis Christi. sanguis quoque illius abluit peccata nostra, accipiente tum pœnitente gratiam spiritus sancti ex vi sacramenti, eáque prouenit ex clauium potestate, quas ante
Matt.18. passionem suam dominus promisit apostolis, & post resurrectionem die sancto paschę, consedentibus vndecim largitus est nocte, insufflando in eos & dicendo. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt, &c. Aue Maria.

1 Quomodo non æqualis sit clauium potestas circa remissionem peccatorũ in Deo, in Christo, & sacerdote, satis declaratum est alibi: quantum ergo ad hoc nostrum institutum satis est, principio & decuit & necessarium fuit nobis, vt pro sua immensa clementia dominus Iesus potestatem sacerdotalem (quam nos illum sequuti clauiũ nomine intelli-
Potestas clauium. gimus) Ecclesiæ suæ priusquã ascenderet ad patrem, relinqueres, sicut enim dominꝰ quicũque, aut princeps aliorsum profecturus, ministris suis claues cõmittit: ita Christus ministris Ecclesiæ suæ claues illas tradidit, potestatem scilicet sacerdotalem, propter similitudinẽ, quoniã sicuti clauis materialis ad hoc vtilis est, vt fores referet atque patefaciat ita per hanc potestatem sacerdotũ hominibus aperitur & clauditur regnũ cœlorum, nam & hoc clauditur alicui per peccatum. vel per obligationem ad pœnã peccati, aperitur autem quando vtrũque id instar obicis retruditur. ¶ Sequitur
Claues nõ in loge. inde, quur nõ fuerint illæ claues etiam in veteri testamento, vt ibi quoque sacerdos secundũ ordinationem Aaronis habuisset eiusmodi potestatem: imò & nomen clauiũ antea fuit inauditũ, vsque dum venisset Christus, qui clauem domus Dauid, hoc est crucem portauit in humeris suis, & in-
Esa.22. super pollicitus est Petro, atque post eum omnibus apostolis claues regni cœlorũ. Ratio autem cp ante Christũ in ve-
Matt.16. teri lege non habuit sacerdos legalis has claues, est illa, quia ante passionem & mortẽ Christi cœlum nondũ fuit apertũ: quod

quod denique reserauit dominus Iesus cruce sua, in cuius efficaci virtute etiam sacerdotes reserant cœlum per verba absolutionis, sicut ab initio diximus, omnia sacramenta habere efficaciam suam ex morte Christi, ideoq; claues sacerdotales, non quidem in veritate, sed sub figura tantum fuerunt in veteri testamẽto. Siquidem officium illud vetus & *Officiũ sacerdotis legalis.*
Mosaicum fere situm erat in tribus. primũ quia claudebant & referabant templum materiale mundis & immũdis, iuxta dispositionẽ legis: deinde consistebat in oblationibus sacri- *Leui. 21.*
ficiorum & sacramentorum legalium. Postremò in purificationibus quarundam irregularitatum, in quibus aliquis demeruerat nonnihil iuxta legis determinationem. In primo figuram gesserunt Ecclesiæ catholicæ, in secundo sacramentorum ecclesiæ, in tertio remissionis peccatorum, quapropter thesaurus hic longè preciosissimus est, quem reliquit nobis Christus in iis clauibus, ad cõsolationem omniũ afflictorum peccatorum, vt sic habita cõtritione de peccatis verẽq; confessi, signum habeamus infallibile remissionis peccatorum & collatæ gratiæ diuinæ. 2 Ex iis liquet triplicẽ *Triplex clausura cœli.*
esse occlusionem cœli, primum enim cõclusum est cœlum omnibus in vniuersum hominibus propter præuaricationẽ primorum parentum. conclusio hæc etsi generalis, non tamen fuit perpetua, quia dominus Iesus iterum aperuit. ipse enim est qui aperit, & nemo claudit. 2 Clausum quoque *Apoca.3.*
erit cœlum in die nouissimo per horribilem sententiam iudicis hominibus damnatis in æternum, atq; hoc est quod ait *Matth. 3.*
dominus, quæ paratæ fuerant, introierũt cum sponso ad nuptias, & clausa est ianua. Eodem pertinet quod in superiori *Apoca.3.*
loco Ioannes dicit de Christo, claudit & nemo aperit. O cõclusionem miserandam, quando damnatis perpetuò claudetur cœlum, sunt tamen qui intelligunt de limbo, quẽ etiam clausit dominus. 3 Insuper adhuc clauditur cœlũ quibusdam hominibus, specialiter ad tempus, propter peccata vel pœnam pro peccatis debitam, vt iis qui in purgatorio detinẽtur. Harum clauium potestas & vsus est penes ministros Ecclesiæ, quorum interest aperire cœlum in absolutione sa- *Apoca.3.*
cramentali. Vnde patet intellectus verborum Ioannis, quãdo dicit in persona Christi habere se claues mortis, & in- *Apoc. 4.*
ferni, quoniam & ibi intelligitur potestas Christi. non diuersum est quòd clamat vidisse se ostium in cœlo apertum.

Vere enim apertũ est, & quidem à Christo, quoad ostium in se, sed prohdolor multi peccatores per sua peccata sibi occludunt. ¶ Diligenter & sæpe hoc secum recolat quilibet peccator, quàm acerbum fuerit Christo quoadusq; aperuit nobis ianuam regni cœlorum per passionem suam, & mortem, rursus quę sit ingratitudo peccatoris illam sibi denuo claudẽtis per peccata sua, idq́ue ob exiguam, sordidam & momẽtaneam voluptatulam. Accedit & hoc quod quãuis claues illæ datæ sunt ad claudendum & aperiendũ, prę-cipuè tamen in hoc sunt commissæ & traditę, vt per eas aperiatur cœlum, sicut & passio Christi principaliter est completa ob reserandum regnum cœlorum, quod tamen nihilo minus cõclusum est in fidelib⁹. Ratio illius hæc est, quòd claues datæ sunt in salutem & vtilitatem ecclesię: conclusio autem inutilis est & damnosa miseris: quapropter clauium sacerdotalium vsus præcipuus est in aperiendo cœlum, atq; per accidens tantum cõcludunt cœlum iis, qui seipsos non præparant ad huiusmodi reserationem & apertionem cœli. Quanuis & hæc ipsa conclusio medicabilis est, siquidem ideo quis ligatur à sacerdote, vt sui ipse rationem habens, séque ipsum euoluens totum, agnoscat pecaata sua, & quòd inde enascitur damnum immensum, sicq́ue conteratur. & hinc rursus sibi aperiatur cœlum, sicut & canones excõmunicationem remedij appellatione exprimunt & intelligũt.

Apertio clauis sacerdotalis

1 Sed dubitas nonnihil adhuc, neque satis tibi videris intelligere, quidnam sit hæc sacerdotalis apertio & conclusio, audi quædam paulo apertius. Profectò cõclusio & apertio clauium sacerdotalium primo intelligi sic potest, quod faciat illud dum iudicat examinata iam & explorata cõscié-tia, sit ne apertum ei aut conclusum adhuc cœlum. Confessor multum durus & rigidus fuit Christus Iudæis, quando eis reuelauit diuinum suum iudicium, dicens, In peccatis vestris moriemini, & de Iuda sic inquit, Melius ei fuerat, si natus non fuisset homo ille. 2 Deinde aperit quoque sacerdos dum remittit partem pœnæ pro peccatis debitæ, vel quum obligat & constringit eum ad pœnam, quam aut hîc pro peccatis suis sustineat: aut tandem in purgatorio pro illa grauius torqueatur. 3 Præterea dum aliquem excommunicat, etiam concludit cœlum, absoluens iterum ab excommunicatione aperit cœlum: de excommunicatione tamen

Ioan. 8.
Matt. 16.

Excõmunicare an sit clauiũ.

men hîc plura non dicemus, quia magis pertinet ad forum spirituale externum quàm ad iudicium pœnitentiæ: quando etiam qui claues sacerdotales non habet, excommunicare alium non potest, vt archidiaconus (excommunicare est iurisdictionis, & nõ fundatur in potestate clauium de propinquo, vt patet in archidiacono: sed bene remote, quia ille habet iurisdictionem ab habente potestatem clauium papa vel episcopo, &c.) Quæris adhuc quot tandem sint claues sacerdotales, eo quòd hic semper claues commemoramus? Sanè plures sunt claues quàm vna, siquidem Christus tã ad Petrum quàm ad reliquos apostolos semper de clauibus loquutus est in plurali, vide inducta per nos in lib. de pœnitẽtia. Sunt qui dicãt dominum ideo multas dixisse claues propter ligationem & solutionem, nos iter ingrediemur cõsuetum & bene tritum patrum nostrorum, atque sic minus aberrabimus. sunt ergo geminæ claues sacerdotis, prior est potestas scientiæ, qua dignoscit dignum aliquem esse vel indignum absolutione. Ecce quomodo non idem est potestas scientiæ & ipsa sciẽtia (vide Gab. in canone missæ post Gerſonẽ) omnes enim sacerdotes legitimè ordinati potestatem habent discernendi, & tamẽ ex iis plurimi rudes sunt & indocti. Accipe eius rei exemplum. si quando princeps iudicem constituit in sua ditione, is iam potestatem habet iudicandi inter iustum & iniustum. neque minus interim deficit ille sæpe in suo iudicio, vt non satis discernat æquum sibi ab iniquo. Ita plane sacerdos in sacramento ordinis accipit clauem scientiæ. sed non ideo etiam scientiam simul recipit: quanuis verum sit quod nemo potestatem sibi debet vsurpare. imo neque episcopus aliquem consecrare, qui nõ sufficientem habeat scientiam, ad huiusmodi potestatẽ exequendam. siquidem cura animarum profecto scientia est, quæ omnes longè superat & excellit scientias, quia est ars artium. Inde sequitur, laudatam esse quarũdam diœcesum consuetudinem, in quibus etiamsi omnes sacerdotes in ordinibus æqualem suscipiunt potestatem, tamen quia alius ad sui officij exequutionem alio aptior est, prudenter ibi agitur, quòd nonnulli ad orationes tantum & ad missæ sacrificium admittuntur, alij etiam ad curam animarum suscipiendam. Quòd si tamen sacerdos videat se exequendo officio suo paulo esse inferiorem minúsque idoneum, is sequatur

Claues plures.

Clauis scientiæ non est scientia.

C. cum sit. de æta. & qual. ord.

illud consilium Gersonis, doctorum & piorum hominum sæpe vtere consiliis. ¶ Altera clauis potestas est ferendi iudicium, prior illa in primis foribus est, primum enim diiucandum est, quid faciendum, quidue omittendum, quid iustum sit aut iniustum, ac deinde tamen edicit & pronunciat sententiam in causa, pro sua & assessorum suorum iudicio. Esse autem claues illas duas inter se distinctas, vel hinc manifestum fiet, si quando princeps vni siue pluribus cognitionem causæ committit, & iudicium relinquit, quid denique super eo sit pronunciandum, illi nondum habet potestatem ferendi sententiam, sed quicquid cognouerint tandem proponunt, ostendentes quid in ea re facto sit opus. Ita demum princeps, siue arbiter causæ, vel consul ipse potestatem habet ferendi sententiam, vnde satis apparet, distincta illa potestas in diuersis personis: sin autem fuerit princeps vel iudex ipse eius intelligentiæ, vt possit per se discernere de iis quæ sint agenda, statim sine vlteriori cognitione feret sententiam. Et sic gemina hæc potestas clauium est in quolibet sacerdote. Cæterum posse presbyterum vtriusq; huius clauis vti ministerio, requirit adhuc tertiam potestatem iurisdictionis, vt sic tanquam superior iuridicialem potestatem habeat in eum quem absoluit (potestas clauium per se dicitur potestas ordinis, quia omnis sacerdos ordinatus habet illam potestatem, licet non exequutionem) de hac potestate tertia nonnihil infra dicturi sumus circa sacramentum ordinis: opinio enim Armacani & Durandi in 4. quòd quilibet sacerdos quemlibet possit absoluere, nec autoritati nec rationi innititur. Volens hic omitto, an illę duæ claues idem sint essentialiter in sacerdote, vel non, & an duæ tantum dicantur, propter operationem. Ad scholas enim sunt relegandæ: vide Gabrielem in canone post Gerso. & Aliacen.

Clauis potestatis.

Iurisdictio.

Lib. 11. de quæst. Armac.

4 Effectus itaque clauium & maximè clauis ipsius potestatis est hîc, vt sacerdos absolutionem pronuntiet confesso super omnibus peccatis suis: atque hoc ipsum sanè verũ & essentiale est sacramentum pœnitentiæ, quia vt reliqua sacramenta, ita hoc etiam suas habet partes: materiæ enim solum subit hic peccator confitens, minister autem solus est sacerdos, quoniam nullus laicus potest alium sacramentaliter absoluere, sed forma essentialiter consistit in absolutione quam complet sacerdos ex clauiũ potestate, de absolutione ergo

ne ergo immorandum nonnihil est, & hæc breuiter dicẽda.

1 Conuenit vt ad finẽ cõfessionis quilibet cõfitens cõclusionẽ proponat generalẽ, seq́; reũ pronunciet omniũ aliorũ peccatorũ venialiũ, & mortaliũ, eorũ etiã quæ confessus sit vel non cõfessus, quorũ oblitus forsitan fuerit, vel quę non nõ satis sciat esse peccata, sicut eũ Deus reum agnoscit &c.

2 Decet etiam sacerdotem præscripta vti absoluendi formula, quanuis hic non perinde certa & inuariabili, vt in aliis sacramentis, puta baptismo & eucharistia, quia hoc sacramentũ est quasi iudiciale, vbi sacerdos veluti iudicis fungitur officio inter Deum & hominẽ peccatorẽ, sicut Moyses iudex erat inter Deũ & populum Israël. In secularibus autem iudicij non eadem semper obseruatur ferẽdæ sententiæ formula, quoniam Agricolaus huiusmodi tulit sententiam super S. Blasium: Blasium doctorem christianorum, cõtemptorem venerabilium deorum nostrorum gladio animaduerti, ad exemplum cæterorum iubemus. Super Tecla huiusmodi lata sententia est, Teclam pietatis ac Dei cultricem relaxo. Galerius tali sententia commẽdauit B. Cyprianum, inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti, ideo quum sis nequissimi criminis author & signifer deprehensus, ad exemplar aliorum in te gladio animaduerti placet. Quapropter neque sacerdos certis est verbis adstrictus in sua sententia ferenda, modo istiusmodi verbis vtatur quæ ligatum illum siue absolutum esse insinuent.

Forma absolu.

Blasius.

Tecla.

Cypria.

3 Inde sequitur verba illa sacerdotis non esse absolutionem quũ dicit, Misereatur tui omnipotẽs Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te dominus noster Iesus Christus sine macula cum gaudio in vitam æternam, Amẽ. ¶ Indulgentiam & remissionem omniũ peccatorũ tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors dominus, Amẽ. Hæc inquam absolutio non est, sed pia tatummodo precatio pro remissione peccatorũ. Verba autẽ sacramentalia efficaciam suã ex diuina habent institutione, ideoq́; oportet ibi vti verbis quæ institutioni diuinę sint conformia. Christus autem ait, quorum remiseritis peccata, &c. Ecce quorũ, ait, remiseritis, non quorũ petieritis remitti: deinde quilibet iudex libere debet ferre sententiã, non rogare aut petere, quãuis in hac re piũ est vtranq; hãc præcationẽ præmittere ante absolutionẽ, nõ quòd sint necessarię, sed vt sic cõfessor Deũ ro-

Oratio ante absolutionem.

Ioan. 20.

get, quatenus pœnitẽtem sua gratia faciat capacẽ sacramentalis absolutionis, si forte adesset aliquod impedimentum.

Confutatio ordinationis Nurẽbergẽsis.

4 Rursus hinc consequitur, formam recens iam à quibusdam Neochristianis excogitatam inualidam esse ad absoluendum, eo quòd tantum petit, nihil absolui, sicut eorum ordinationem nouam de integro refutauimus.

5 Essentialiter in hoc consistit forma, quòd verbis propriis declaret sacerdos se ei, quem absoluit, remittere peccata. fit hoc plerũq; his verbis, Dominus noster Iesus Christus dignetur te clementer absoluere, & ego authoritate ipsius, qua in hac parte nunc fungor, absoluo te à sententia excõmunicationis minoris, & ab omnibus peccatis tuis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. In hac iam forma sacramenti pœnitentiæ confertur gratia sacramentalis, quam operatur efficaciter amarissima passio, & mors Christi in animam absoluti. 6 Nemo tamen suspicetur omnia hęc verba esse necessaria. nam & illa prima possunt omitti, dominus noster Iesus Christus: similiter & hæc vltima, in nomine patris &c. sicuti neq; necessarium est vt sacerdos faciat crucem inter absoluendum: omnia tamen hæc pulchrè sibi conueniunt, & subindè admonent sacerdotem summi officij, ministeriiq; sui, & vnde habeat hoc sacramentum suam operationem: præcipue enim, & vt ita loqui liceat, authoritatiue fit absolutio à summa & super benedicta trinitate: sacerdos aũt minister tantum est Dei, loco cuius absoluit: deinde sacramentum quoq; ipsum omnem suã virtutem & efficaciam habet ex merito passionis & mortis Christi, vnde bene cõuenit, vt ibi tam præclara fiat Christi memoria & passionis suæ, atq; mortis commemoratio.

Forma absolutionis.

Impositio manuum.

7 An autem debeat sacerdos super caput pœnitentis digitos suos ponere, dum pronũciat absolutionẽ, video hanc esse beati Thomę & Antonini sententiã, vt hoc minimè sit faciendum, quoniam impositio manuum proprie tantũ pertineat ad sublimiora sacramenta quæ superexcellentem cõferunt gratiam, vt sunt confirmatio & sacerdotalis ordo. Equidẽ putarim si quis absoluatur qui peccarit in Ecclesiam, vt hæreticus, schismaticus, aut excommunicatus, non malè fieri si sacerdos imponat illi manum in signũ reconciliationis, sicut hoc testatur August. lib. 3. de vnico baptismo cõtra Donatistas, dicens, Manus impositio nõ sicut baptismus reperiri

Augusti. cap. 16.

periri non potest, quid est enim aliud, nisi oratio super hominem. ¶ Ita & concilium Agathense decreuit, vt sacerdos priusquam aliquem absoluat solenniter, imponat ei manus super caput, & aspergat aqua benedicta, ideoq; quum ferè per Germaniam mos hîc sit imponendi manus super caput sub absolutione, nolim sane reluctari, sicut nec improbandum censeo quòd quidam crucem faciunt dum absoluunt pœnitentem. ¶ Profecto enim illa quoque beati Thomæ ratio nihil concludit, quasi manuũ impositio gratiam conferat superexcellentem, verùm id quidem est in confirmatione & ordine, aliàs autem non semper: in multis nanque diœcesibus mos obtinet, vt in sacramento vnctionis imponatur manus super infirmos: iuxta illud verbum Christi, Manus imponent super infirmos, & bene habebunt.

Agathẽ. concil.

C. in capite 1. distinct.

8 Etsi hoc quoq; necessarium nõ est, laude tamen nõ vacat, quòd quidam addunt, passio Christi & meritum beatæ Mariæ virginis, labor quoque tuus sacerdotalis (si sit sacerdos) & omnia opera bona quę feceris, vel adhuc es facturus, sint tibi ad salutẽ & remissionẽ peccatorũ tuorum, ad incrementũ gratiæ in hoc tẽpore, & gloriæ in futuro. Ratio huius est, quòd omne opus bonũ quum fit ex impositione clauium sacerdotaliũ, magis satisfacit pro peccatis, quàm si faceret aliquis sine iussu clauiũ, vt si proprio motu ieiunet, minus acceptũ est Deo, quàm si ieiunaret ex impositione sacerdotis, sed de ijs plura infra de materia satisfactiõis,

Pœnitentia iniuncta.

9 Ex simili causa bene fit etiam si addat sacerdos, omnia mala & aduersa quæ pateris sint tibi in remissionẽ & absolutionem peccatorũ, sicuti suprà in quadã homilia de pœnitentia diximus. 10 Perinde & salutare, & necessarium est, quod sacerdos in absolutione sua confitẽtem absoluit à sententia excommunicationis minoris & (si potestatẽ habeat) etiã maioris, atque insuper addat, & ab omnibus peccatis tuis: quia oportet primũ amouere impedimẽtum huius sacramenti, puta excommunicationẽ, & si habeat sacerdos potestatem absoluendi ab excõmunicatione maiori, dicat, Absoluo te ab excõmunicatiõe maiori seu grauiori, & restituo te cõmunioni fidelium & sacramẽtis Ecclesiæ, atq; eadem potestate absoluo te ab omnibus peccatis tuis, &c.

Absolutio à pœna ex communicatio.

Absolutio super contritis, cõfessis, oblitis.

11 Quòd autem addunt nonnulli, absoluo te ab omnibus peccatis tuis contritis & confessis & oblitis, etiam non

perinde probant doctores, quia disputatione nō vacat quid intersit inter attritionem & contritionem, ibi multo satius est huiusmodi dubium vitare, ideo cōmuniter concludunt doctores, quo generalior sit absolutio, & paucioribus verbis comprehensa, eo meliorem illam esse. 12 Si quādo sacerdos absoluere vult quempiā perfectè in anno Iubilæo, vel vbi quis bullam habeat confessionalem à summo pōtifice, vt possit absolui à pœna & culpa, de ijs vide ad lōgum in Antonino, & qualis obseruāda sit forma, quum quis solenniter vel ab anathemate absoluitur, aut hæreticus, siue schismaticus, & autor hæreseos, omnia hæc est reperire in pontificali lib. 3. tit. 9. & 10. ¶ Ex supradictis omnibus sequitur, quòd sicut solus sacerdos potestatē habet super corpus Christi verum, ad consecrandum illud in sacramēto altaris, ita solus ille potestatē quoq; habet sup corpus Christi mysticum, hoc est super fideles, absoluēdi eos à peccatis, quoniam si in casu & periculo mortis confiteatur aliquis laico, non potest hīc illum sacramentaliter absoluere.

Nota.

Effectus clauium.

5 Ad extremum dicendum nonnihil est de effectu clauium in absolutione (omissis disputationibus doctorum, vide Scotum, Adrianum papam, &c.) id vt magis pateat, digeremus more nostro in articulos.

Contritio delet peccata.

1 Quicunque peccator in animo suo perfectam concepit contritionem super peccatis suis, iamq; voluntatem habet firmam ea confitendi, & absolutionem super iis à sacerdote suscipiendi, huic iam demissa sunt peccata, priusquam absoluatur à sacerdote: cōstat hoc ex verbis prophetæ dicentis, cōsiderans & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet & non morietur. cōuertimini & agite pœnitentiā ab omnib⁹ iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinā iniquitas. Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouū. Id satis manifeste cernere licet in figura pœnitentis. Augu. enim & Gregorius testātur resuscitationem Lazari esse typum resurgētis alicuius à peccatis. Christus autem ipse vtiq; viuificauit Lazarum, quem vbi iussit prodire foras adhuc tamē ligatum, adhuc commisit Apostolis vt eum soluerent. Ita in contritione peccator suscipit gratiā Dei & reuiuiscit, quanuis deinceps apostoli, hoc est sacerdotes vincula dissoluunt.

Ezec. 28

Super Ioan. & lib. de quæst. Euangelij.

Ioan. 11.

2 Certum

2 Certū adeò hoc est quòd in omnibus pœnitentibus solus De⁹ præcipue peccata dimittit, & post eū sacerdos quoque tanquā minister per potestatem clauium, ita enim dicit per prophetam, Ego sum ipse qui deleo iniquitates populi: sic & Ambrosius ait, solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Et cōcordat Augustē. contra Iulianum inquiēs, Nemo tollit peccata nisi solus Deus, qui est agnus qui tollit peccata mundi. Quòd autem sacerdos etiam vt minister dimittat peccata, satis apertè testatur & affirmat Christus dicens, quorumcunq; remiseritis peccata, remissa erūt: simili modò in pluribus locis probat Augustinus Ecclesiam suscepisse potestatē dimittēdi peccata, ita quòd quibuscunq; sacerdotes dimiserint peccata, ijs remittat etiam Deus, quāuis nemo abuti debet hac potestate, vel ligandi tale nil comeritū, vel remittendi peccata ijs qui etiam nō meruerint, sicut Hierony. inuehitur contra eos, quoniā apud Deū non sententia sacerdotū, sed reorum vita quæritur. 3 Cōmunis hæc sentētia est, quòd si peccator cōntritionē haberet imperfectā & defectuosam, quæ ipsum non satis præparet ad suscipiendam gratiam Dei, & tamen cum humilitate accedit ad confessorē, neq; tum habet propositū peccandi, nec obicem ponit gratiæ diuinæ, in illo sane operatur absolutio ex potestate clauium & gratia sacramentali, quia Christus præsens & propicius adest ei, remissionem peccatorū, & gratię infusionem largiendo: nō quòd sacerdos tribuat gratiā, sed sicut in baptismo, ita hīc omnia adimplet vt minister, faciens ea quæ fieri ordinauit dominus, ibi tum summus sacerdos Christus operatur sicut ab initio diximus in præfatione de sacramētis. 4 Id ita intelliges, quòd sacerdos quasi mediator est inter Deū & hominem peccatorem, sicut fuit Moyses inter Deū & Iudæos. Quòd si ergo mediator est, vtique peccator quasi per eum ascendit ad Deū, & Deus per illū sese demittit ad peccatorem. in ascēdēdo quidē ad Deū orat, vti suprà diximus quomodo sacerdos oret ante absolutionē, Misereatur tui &c. & dominus noster Iesus Christus per meritū pass. Quantū autē & quomodo Deus per operationē & effectum gratiæ suæ descendit mediāte sacerdote, ibi sacerdos potestatē habet loco Dei discernēdi & iudicādi tanq; superior, atq; ea sane velut radix est, quare sacerdos in absolutione se habet

Solus deus dimittit peccata.

Esa. 43.

Ambros.

Auſtuſti.

Ioan. 1.

Ioan. 20.

Super Ioan. & de pœnitent.

Super Mat. 16.

Quanpo clauis absoluit.

Duete. 5.

per modũ petentis & præcipientis, quo ad Deum enim petit, quo ad sacerdotiũ præcipit. 5 Etsi iam peccatori peccata sua sunt per præuiã contritionem dimissa: tamẽ ea minimè dimittũtur, si nõ habeat propositum & voluntatẽ illa confitendi, quia aliâs resisteret spiritui sancto qui per sacerdotem peccata dimittit. prius enim quã dominus Apostolis tradidit claues, ait Euangelista, insufflauit & dixit eis,

Ioan. 10. Accipite spiritum sanctũ, contrariũ id esset potestati Eccle-
Luc. 18. siasticæ, quã quisquis contemnit, Deum ipsum contemnit,
Rom. 13. & quicunque potestati resistit, Dei ordinationi resistit.

6 Huiusmodi homini, cui peccatũ per præmissam cõtritionem dimittitur, multũ adhuc cõmodi emergit ex remissione peccatorum, nam quum nemo certo scit, odio ne an

Eccle. 9. amore sit dignus, vnde & dominꝰ ait, Si feceritis omnia quę
Luc. 17. præcepi vobis, dicite, serui inutiles sumus, ideo quis semper in ambiguo adhuc veluti suspensus est, super remissione peccatorũ: susceptа autem absolutione sicut instituit dominus, nihil amplius dubitare potest de eo quòd Christꝰ promisit Ecclesiæ, quin illud sit seruaturus, ipse enim est via,

Absolutio prius contri. veritas, & vita. Ita autem habet promissio Christi, quęcunque ligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlis: gaude igitur & lætare quisquis confiteris, dum illud reconciliatorium & sacramentale signum suscipis à sacerdote, animum tuum & fiduciam erige in Deum, nõ aliud tecum cogitans, nisi te ab ipso Christo esse absolutum certo, quando prius per contritionem & confessionem teipsum, vt edoctus es præparasti, glorifica Deum cum turba, eo quòd talẽ

Matth. 9. potestatem dederit hominibus remittendi peccata. Vnicum hoc est remedium quo pacatur hominum conscientia, promissio Euangelica Christi dicentis, quorumcunq; remiseritis peccata: summum hoc solatium est hominis peccatoris

Ioan. 20. in hac vita, sicut & Esaias consolabatur Ezechiam, & Christus subinde in Euangelio dicere solitus est ad infirmos, confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Mat. 18. *Lucæ. 7.* 7 Ad hoc etiam confert absolutio sacerdotalis, quòd pœnitentem reconciliat cum Ecclesia, qui paulò antè per peccatum mortale se ipsum fecerat membrum mortuũ & inualidum. Atq; vt maximè peccator per veram contritionem acquirit gratiam Dei, pœna tamen solummodo æterna ei mutatur in temporalem: iuxta magnitudinẽ & ardorem

rem contritionis, sacerdos autem per absolutionem & clauium potestatem adimit quoque magnam partem illius pœnæ temporalis, sicut ex historiis beati Gregorij in dial. posset induci, & dominus quoque culpam & pœnam ab inuicem non segregat, quandò vel promisit, vel tradidit claues, quia arbiter seu iudex non discernit, neque fert sententiam pro ambarum partium placito ac desiderio. *Vis clauium.* *Libro 4.*

8 Postremò præterquam quòd sacerdos per potestatem clauium adimit multum de pœna temporali, dum absoluit longe plus tamen aufert, eo quòd illa ipsa potestate clauium satisfactionem ei imponit, quæ tertia est pœnitentiæ pars, de qua in sequentibus homiliis disseremus: interim hæc nunc de absolutione dicta vobis satisfaciant. rogemus communibus votis dominum Iesum, &c.

HOMILIA XLIX. DE SATISFA-*ctione, & quòd ipsa quoque sit necessaria.*

¶Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3.

PRAEclaram nos docuit dominus regulam, cuius ope omne bonum agnoscamus tam in personis, quàm legibus, doctrinis, sectis & aliis, licebit hac amussi vti, quæ paucis iis verbis est proposita, ex fructibus eorũ cognoscetis eos: *Matth. 7.* hac regula si diu vsi fuissent nostrorum Neochristianorum principes & magistratus, intellexissent vtique quomodò prædicatores eorum, carnis desyderia sectantes, sectam doceant perditionis, planéque talem quæ nil boni nec ferat *2. Pet. 2.* nec faciat, cui adhærent ij qui nullam sui emendationem consyderant, neque eorum quos suis adiungunt peruersis dogmatibus. Diuersum docuerũt nos suis exemplis & verbis Ioannes, Christus, Petrus & omnes pij prædicatores, *Actu. 2.* quia qui ad nouam Petri prædicationem sunt conuersi, cõpuncti sunt in cordibus, baptizati quoque perseuerarunt in doctrina apostolorum, in oratione & fractione panis, hoc est cõmunione corporis Christi, erant illis etiam omnia cõmunia. Prædicatio insuper Christi quantum bonorum fru- *Matth. 3.* ctuum in omnibus piis sit operata, tota Euangelica testatur historia, similiter & ad prædicationem Ioannis conuenit vniuersa Iudæa & tota ciuitas Hierosolymitana, baptizabantur autem ab eo confitentes peccata sua: neque hoc satis sicut apud Ioannem, qui super hæc requirebat ab illis *Ioan. 1.*

vt facerent fructus dignos pœnitentiæ, contritionémque suam ipso facto declararent. Vox hæc clamantis in deserto etiamnum resonat in omnib⁹ templis apud catholicos, quia ille adhuc quoque præparat viam domino, adhuc clamat ad omnes contritos de peccatis suis, facite dignos fructus pœnitentiæ, &c. Aue Maria.

¶ Duas hactenus pœnitentiæ partes absoluimus, dilectissimi in domino Iesu, contritionem & cõfessionem. illę enim sacramentalem præcedunt absolutionem, reliquum nũc est auxiliante Dei gratia nõnihil differere de satisfactione quæ pœnitentiæ pars tertia est, & in exequutione quidẽ sequitur absolutionem. decenter autem, vt audistis, impositione eam præcedit veteri instituto, quanuis si post quoque fiat, nihil erit deterius, eo quòd sacramentũ illud quasi iudiciale est: sæpe autem iudex ei cui confertur gratia, pœnam reuelat ante liberationem, nonnunquã post eam, iuxta qualitatem temporis & causæ. Nos autem vt hîc quoque sicut in aliis videamus fundamentũ materiæ, & vos expeditius intelligatis. Principio in communi dicimus de satisfactione, hinc descensuri ad eã quæ sequitur pœnitentiæ sacramẽtũ.

Satisfactio.

1 Satisfactio ergo in cõmuni est redditio voluntaria, æquiualentis, aliâs indebiti, vt definit Anselmus. id sic accipe, quum quis debet, & debiti precium æquiualenti precio confert, præter illud quod ei debet, etiam satisfacit illi.

1 Est ergo satisfactio redditio nõ donatio libera, sed restitutío debita. 2 Eam oportet esse voluntariam, nam si fuerit coacta per pœnam, carceres aut quoduis supplicium, dicimus aliquem satis afflictum passum & punitum esse, nõ autem satisfeciſſe. ¶ Sequitur hinc damnatum satis cruciari pro diuina iustitia, non vero satisfacere. 3 Decet insuper vt sit æquiualens culpæ, si enim non tantundem redderet, sed minus non satisfaceret. 4 Adiecimus, aliâs indebiti, quia aliter satisfaceret pro alio, non pro isto debito, quod nunc præ oculis est. ¶ Atque hæc generalis est satisfactionis definitio in omnibus negotiis & commertiis. Mouetur autem iam hîc quæstio, An possit homo satisfacere Deo pro peccatis suis? Responderi ad hoc communiter solet, nullum peccatorem à seipso & ex suis propriis operibus posse pro peccatis satisfacere, quia offendit summũ bonum, Deum & conditorem suum, quam accepit à Deo gloriam

Libr. 83. q. 68.

riam restituere illi non potest. Et vt maximè homo bonum quid facit, tamen tenetur illud præter hoc facere & impendere Deo, ob immensa quæ ab eo recepit beneficia, iuxta illud B. Augusti. Illud constantissima fide tenendum, neque vllam esse naturam, quæ non Deo debeat id quod est: quia Deo debetur omne decus & pulchritudo & cõgruentia partium. Idem affirmat & Bernar. de diligendo Deum, & pulchrè inducit cum illo versiculo Dauid, quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? nam quum me totum illi debeam, quod me plasmauit, quid retribuere potero ei quod me redemit? etsi milies me ei totum impenderem, quid hoc futurum erit collatum Deo? Imò hoc affirmant doctores, quum non possit homo aliquid boni facere, nisi assistente gratia Dei iuxta id quod scriptũ est, sine me nihil potestis facere, nemo profectò satis potest gratias agere Deo pro immensa bonitate quam ei cõfert in tali opere bono. Sin autem nõ nudum aspiciamus peccatorem, sed etiam præsidium gratiæ Dei, meritũ Christi, bonitatem & clementiam diuinam, vnde nobis præscriptus est modus quo possimus declinare peccata, non quòd opera nostra in se tanti sint ponderis, sed quia sola tam misericors est Dei miserentis voluntas, vt opus per se indignũ tale velit acceptare, quasi sit æquatum, & remissioni peccatorũ & merito vitæ æternæ. sic Paulus inquit, non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam. profectò verùm est, quia passiones in se cõdignæ nõ sunt, sed quũ firmãtur per volũtatẽ Dei cum merito Christi, tunc efficiũtur dignæ. Atque hoc est quod ait Augu. in enchi. nullus patrum absque fide mediatoris Christi saluari potuit, (& sic reddit Deo æquialens non per essentiam, sed per diuinam acceptationem.

Bernar. Psal. 115.

Ioan. 15.

Homo potest satisfacere pro peccato.

Augusti.

2 Constat nunc ex iis, quid sit satisfactio in cõmuni: iam de satisfactione ea quæ in pœnitẽtia est tantũ differere animus est, & non tantũ sicut in efficaci cõsistit voluntate, sed vt ipso opere cõpletur. Est ergo satisfactio opus externum, pœnale, volũtariè susceptum pro peccati pœna. Vel etiam est pœna quã quis volens subit & sustinet ad placandã iram & offensam diuinã. Hæc omnia deinceps fusius explicabimus. Augustinus sic ait, satisfactio pœnitẽtię est causas peccatorũ excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Quum ergo quis opus susçipit molestũ, puta ieiunium,

Satisfactio pœnitentialis.

De eccle. dog. c. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pœn. de.1. satisfactio.

orationem, eleemosynam, peregrinationes, iis ipsis excidun tur peccata præterita: quum autem quis propositum habet amplius nõ peccandi, id ipsum est quod Augustinus vocat causarum suggestionibus aditum non indulgere. Iam verò satisfactio vel à sacerdote imposita vel voluntariè suscepta, semper pro parte pœnitentiæ habita est, sicut à principio ostendimus tres esse pœnitentiæ partes. ¶ Hinc quis facilimè colligat, quomodo variis peccatis diuersæ quoque satisfactiones iniungãtur extrinsecus, sicut in primitiua Ecclesia obseruatum est diligentissimè, quanuis refrigescente deinceps charitate, hęc pia satisfactionis disciplina sustineri non potuit, alias enim faciendum omnino esset iuxta illud quod

Gregor.

Gregor. dicit in homilia, si quis vult, dominus noster Iesus Christus cõtraria opposuit medicamenta peccatis, vt lubricis cõtinentiã, tenacibus largitatẽ, iracundis mansuetudiné, elatis præciperet humilitatẽ. Vide antiqua pœnitentionalia Theodori, Bedæ, Rabani, Haymonis, quæ passim reperies in bibliothecis ecclesiarũ cathedraliũ, nolumus plura de iis dicere. In hoc ergo stat intentio vera & propositũ Christianum, quum iam peccator tantũ gratiæ impetrauit apud Deũ, vt humili corde cõteratur de peccatis, effundens ea coram sacerdote per verã confessionẽ, sicque per sacerdotalẽ absolutionem cõsequutus vnctionem spiritus sancti, adhuc tamen misericors illa Dei iustitia requirit nonnihil fieri aut sustineri pro peccato: quãuis enim iam penitẽs effugit iram & odium Dei, remissa ei iámque deleta culpa, pœna etiam æterna cõuersa in temporalem, eam scilicet adhuc dilui oportet, quòd deinde fit ieiuniis, orationibus, & similibus

Leo.

operibus bonis, dicente Leone, per orationẽ remissio apud Deum tentatur, ieiunio autẽ incensa iam carnis cõcupiscentia extinguitur, & eleemosynis tandẽ redimuntur peccata.

Error Lutheri negantis satisfactionem.

3 Tertiam hanc pœnitentiæ partem vel à sacerdote impositam, vel à Deo iniunctam & pro peccatis sustinendam reiicit Lutherus cum suis, atque eius erroris falsum fundamentũ in duobus cõsistit. Primùm enim dicit, quũ Deus alicui culpã dimittit, quod maius est, dimittat etiã pœnam quod sit minus. deinde clamat Christũ satisfeciss pro peccatis nostris, ideoque nemini iam necessariũ esse satisfactionem. At nos in diuersum manifestis scripturarũ testimoniis sustinebimus, facilè necessariũ esse satisfactionem. id principio

cipio patet ex verbis Christi dicentis, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Expende verba hæc, iubet enim nos pœnitentiam agere, vtique operibus, quoniã satis nõ est, quod isti aiunt, cogitare vel credere pœnitentiam, sed operæ pretiũ insuper est agere opera pœnitentiæ. idem ante Christũ apertius monuit Ioãnes clamans, facite dignos fructus pœnitentiæ. Et ne Iudæi tanquam nõ indigentes pœnitentia, eo qp Iudæi essent, efferentur, subiecit, ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. idem nunc obiici potest Neohrist. nostratib. Ne cœperitis dicere, Christiani sumus, filij Dei sumus per baptismum, nihil enim hoc satisfaciet, quia potens est Deus ex lapidibus, hoc est gentibus suscitare Christianos, quod nunc cernimus omnes fieri in insulis nouis & antea incognitis terris, in India, Spaniolia, America & aliis.

Matth. 4.

Luc. 3.

Luc. 3.

¶ Atqui intelligere Ioannem per fructus, ipsa opera, ex iis verbis quoque suis liquet, quũ dicit ibidem, iam securis ad radicem arboris posita est: omnis arbor quæ nõ fert fructũ bonum, excidetur & in ignem mittetur. Eius rei exemplum proponit Gregorius, inquiens, quot in se habuit Maria obiectamenta, tot de se inuenit holocausta, conuertit ad virtutum numerum, numerũ criminum. ¶ Hoc etiã inde probatur, quum enim iam Adam in paradiso peccasset, quãuis ei tunc culpa sit remissa, quia pœnitentiam egit & saluatus est, sicut antea ipsi docuimus, nos tamen quotquot adhuc viuimus in vniuerso terrarũ orbe, sui peccati pœnas luere cogimur, (extende ex verbis Augustini, can. sicut primi de pœniten. dist. 1.) ¶ Videre hoc ipsum licet in principibus quoque nostris, si enim quis vel indignationẽ principis incurrit, vel mortem cõmeruit, etiam indulta iam rursus venia & gratia impetrata, quanuis, quòd maius est, princeps ei indignationem remittit, ipsum tamen omnino impunè abire non permittit, sicut in bello pleriq; gaudent sibi tantummodo vitam prorogari, vbi maius dimittitur, minus nõ item. Hoc est quod Aug. dicit super Ioannẽ, cogitur homo tolerare etiã remissis peccatis, quanuis vt in eam veniret misericordiam, primum fuerit causa peccatum. productior enim est pœna quàm culpa, ne parua putaretur culpa, si cũ illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ

Hom. 33.

Tom. 2.

Satisfactio necessaria.

Tra. 124.

miseriæ,vel ad emendationē labilis vitę,vel ad exercitationem necessariæ patiētiæ,temporaliter hominē detinet pœna,etiam quem iam ad damnationem sempiternam reū non detinet culpa. Neque multo diuersum idem alibi dicit,non sufficit mores in melius cōmutare, & à præteritis malis recedere,nisi etiā de iis quæ facta sunt satisfiat domino per pœnitentiæ dolorem, & per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis & ieiuniis.

Libro de med. pœn. cap.5.

2 Manifestum huius rei exemplum habemus & in sacris literis,quum enim iam Dauid peccasset per adulteriū simul & homicidiū, atque propheta Nathan ei illud denūtiasset, pœnitentiam egit,& peccatū confessus est,cui dixit Nathā, tanstulit dominus peccatum tuū,non morieris:veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomē domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.

Ezec.28

Ecce quomodo peccatum Dauid trāstulit dominus in filiū, non vtique quoad culpam, quoniam filius non portabit iniquitatem patris,sed anima quę peccauerit,ipsa morietur.ergo translatio illa peccati facta est quoad pœnam temporalem,sicut catholici in ecclesia sentiūt & dicunt,remisso iam peccato,requiri adhuc satisfactionem pœnalem pro peccato subeundam. Confirmatur hoc idem per glossam quę habet,Deus delictum delet,sed inultum non deserit. aut enim homo in se pœnitens punit,aut Deus cum homine vindicās percutit. docemur hinc quòd licet non possit alter alterius hominis culpam delere, nisi in quantum sacerdos facit per potestatem clauium loco Dei, potest tamen pro temporali pœna satisfacere (volo dicere, purus homo non delet culpā peccati alterius,sed bene pœnam.) ¶ Sicut ergo paruulus hic satisfecit pro peccatis Dauid,alioqui propter peccatum morituri, ita filius potest cōplere satisfactionem patri suo impositam, sic nimirum & viui satisfaciunt pro defunctis, sic in fraternitatibus alius pro alio satisfacit, sic in cœnobiis fit quum aliquis in hoc recipitur,vt particeps fiat bonorum quæ ibi perficiuntur. sic oramus Deum vt suscipiat supplicia sanctorum pro peccatis nostris, id est pro satisfactione omnium peccatorum nostrorum,& in similibus casibus.

Glossa.

Alterimereri primā gratiam.

Cersun.

¶ An autem alter alteri possit mœreri primam gratiam, varia de eo dicantur oportet: absolutè enim hoc non permittitur,quoniā sic alius alteri promereretur remissionem peccatorum,

catorum,quoad culpam,& oscitanter quasi per somnū obtingeret illi regnum cœlorum. Vide Chrysopas. nostrum centur.2.nu.80. ¶ Cæterum bonam & piam aliquam motionem potest quis alteri impetrare à Deo,quam si recipit, tunc demum acquiret gratiam primam,ita legimus in Euangelio quomodo Christus respexit fidem eorum qui paralyticum demiserunt per tectum, quem ille protinus sanauit, & peccata ei sua dimisit.vbi glossa ait, si tantum profuit fides aliena, qui proderit propria? Ad eundem quoque modum,quum mater Augustini Monica defleret filium suum adhuc in erroribus Manichæi demersum,nec baptizatū,cōsolatus est eam B. Ambrosius affirmans fieri non posse, vt pereat filius pro quo tātum materni fletus profunderetur. hinc ipse etiam testatus est se per intercessionē matris peruenisse ad agnitionem fidei. Quando igitur culpa dimittitur per contritionem & absolutionem, operibus adhuc satisfactorijs declināda est pœna pro peccatis debita,iuxta illud Gregor. pœnitentiam agere est præterita peccata plangere, & plangenda non amplius committere, hoc est quod præcepit Apostolus. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete ea seruire iustitiæ in sanctificationem: sicut & Petrus per omne reliquum tempus vitæ suæ deplorauit peccatum suum abnegati domini. Ita planè nos quoque peccata nostra plangamus,& faciamus fructus dignos pœnitentiæ,ne præuenti igne purgatorij, quæramus spatium pœnitētiæ.neq; tūc inuenire possimus,sed potius vt hîc per pœnitentiam,declinatis peccatis nostris,post hāc vitam lætemur & exultemus cum sanctis omnibus in secula, Amen.

Matt.19.

Ambro. Lib. 5.confes.cap. 9.

Grego.

Rom.6.

HOMILIA L. ADHORTATORIA AD *agendam pœnitentiam de peccatis commissis.*

¶ Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc.3.

NISI pœnitentiam egeritis,inquit saluator, omnes in vnum peribitis. Itaque quum per peccatum amittit homo innocentiam & gratiam baptismi, solita motus misericordia, Christus instituit nobis sacramentum pœnitētiæ ,sicut Leo scribit ad episcopum Foroliuien. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus hanc dedit potestatem prælatis Ecclesiæ,vt confitentibus tribuerent effectum pœnitentiæ,

Leo.

eósq; salutari satisfactione purgatos admitterēt per ostium reconciliationis ad cōmunionē sacramentorum. Ita semper in ecclesia prædicatum, doctum & creditum est, pœnitētiā esse agendam per confessionem & dignam satisfactionem, donec ab Aquilone, vnde panditur omne malum, angelus malus concitauit ventum, qui vniuersum semel ordinem ec clesiasticum primum nitebatur impetu subuertere, iámque sanè euertit aliquot casas imbecilles & tuguria inualida, in quibus isti nouatores multas tentant hucúsque nouas ordinationes, & moliuntur, nescio, quam restaurationē: sed frustra omnia, quia quo plus nouitatū aggrediuntur, eo in ampliorem errorum voraginem ipsi se demergunt. Vnde egregie iuxta B. Hieron. dicit psaltes: decidant à cogitationibus suis, quotidie enim hæretici immutant dogmata sua, non quærunt quemadmodum saluentur, sed quomodo superēt. Inter reliquos istorū errores, hîc sanè nō minimus est, quòd asserunt hominem non debere pro peccatis suis satisfacere, eo quòd simul pœna remittatur cū culpa, huius contrarium iam suprà docuimus, nunc idem quoq; fortius adstruemus.

Hier. 1.

Hæretici semper ca dūt in deteriora.

Super Psal. 5.

2. *Re.* 24. 1 Posset hîc principio induxi historia de peccato Dauidis in numerando populū, quum & is statim pœnitētiam egit, & peccatum cōfessus est, quia sic habet textus. Percussit cor Dauid suū, postquam numeratus est populus, & dixit ad dominum, peccaui valde in hoc facto, sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui. Vsque adeò etiā pœna Dauid non fuit dimissa cum culpa, vt propter illud peccatum 70000. virorum mortua sint, & insuper ipse Dauid iussus à propheta Gad peculiarem facere satisfactionem, ædificare, scilicet altare, & offerre ibi pro 50. siclis. Istiusmodi exēplis plena vndiq; est scriptura, sicut testātur Niniuitę, quorum vrbi quum minaretur Deus excidium, post dies 40. annuntiauerunt illi ieiunium, induebantur saccis, à maximo vsq; ad minimum, adeò vt cogerentur etiam pecudes ieiunare: præcepit quoq; rex vt conuertatur quilibet à via sua mala & ab iniquitate, sequitur ibi, & vidit Deus opera eorum, quia cōuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus. Vbi iam delitescit animicida Luther cū blasphemiis suis, clamās Deum non cōsiderare opera nostra bona, neq; illorū egere, profecto nō eget, sed nos indigemus vt à nobis credatur verax, Audi insuper istum blasphemū. Eget, inquit, Deus fide nostra,

Ioan. 3.

Deo curæ sunt opera nostra bona.

nostra, qui tamen nulla indiget creatura in vniuerso orbe: dicente Psal. bonorum meorum non eges: perinde impium est dicere, quòd opera nostra bona non cōsideret, quum diuersum & iam ex Iona sit auditum, & Christus ipse in euāgelio affirmet se illa remuneraturum in die nouissimo, & eorum intermissionem exprobraturum malis. Quæ tanta Lutheri temeritas est vt negare ausit Deo curæ esse opera nostra bona, contrarium vndique testante vniuersa scriptura? superuacuum fuerit inducere exempla Adæ, Euæ, Abel, Cain, Noë, & toti mūdi diluuio perditi Abrahæ, & Chaldeorū, Loth & Sodomitarū, Iudæorúmq; in deserto, &c. Quòd si curæ sint Deo passerculi, quorum quinque duob væneūt minutis, quòd si apud eum numerati, etiam sunt capilli capitis nostri, quanto magis opera nostra bona? sed nūc hæc sufficiant, quoniam de operibus errorem Lutheri aliàs refutauimus sæpissime. Vt ergo ad satisfactionē redeamus, eam quoq; manifeste videmus in Achab ieiunante, dormiēte super saccum, aspergente caput suum cineribus & ambulante demisso capite, atque placuit Deo hęc ipsa eius humilitas: similiter de pœnitentia regis Manasses, & Iob in fauilla & cinere, atque filiorum Israēl non semel, sicut libri Regum, Iudith, & Mach. testantur, Vndique enim hîc impletum est quod ait Apostolus, si nos iudicaremus non diiudicaremur à domino, quoniam quum quis peccatum in seipso punit per pœnitentiam, præuenit pœnam & vltionem diuinam. Ita Chrysost. terribile illud iudicium est, ineuitabilis pœna, intolerabilia tormenta. sed si vis (quòd ego consulo) nec hic quoque aliqua pœna cruciari, tu ipse tibi iustus sic iudex, referas tibi ipsi rationes viuēdi. Audi Paulum dicentem, si nosmetipsos iudicauerimus, non vtiq; iudicabimur. Consimili modo quum iniunxisset Deus Dauid pestē triduanam per vniuersum regnum, & Dauid adhuc angeretur clamans ad dominum, misertus est eius, & contentus fuit vnica die vltionis, reliquos duos attribuit pœnitentiæ Dauid. Accedit huc & Hieremiæ testimonium, quo satis conuincitur per nostram satisfactionem auerti iram & pœnam diuinam, quum dicit, si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod loquutus est aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei.

Psal. 15.

Mat. 25.

Luc. 22.

3. *Reg.* 21.

Iud. 4.

2. *Mac. 3.*

1. *Cor. 11.*

Super Mat. Ho. 42.

2. *Re.* 24.

Hier. 18.

Non simul remittit culpam & pœnam.

2 Quanuis hæc sufficerent ad sustinendum fidei nostræ

veritatẽ, & omnibus piis satisfacere deberent & persuadere, vt tamen aliquanto plus accedat roboris, & scripturis & rationibus adhuc institutum illud probabimus. quis enim tã stupidus erit qui tibi credat contendenti magnũ & paruũ peccatorem æqualiter puniri in pœnitẽtia? profectò homines æquales peccatores nõ sunt, sicuti nec peccata æqualia, vt impiè docuit Iouinianus, ipsumq; imitat⁹ Lutherus quũ dicit, fuimus, sumus, & manemus coram Deo æquales semper: non autem est hæc doctrina sani doctoris, sed insani & furiosi hominis, sed neq; scriptura idipsum patitur, quoniã sic dicit Io. Quantũ glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentũ & luctũ. Atque in veteri testamento sic habet sententia diuina, secundũ mensurã delicti erit & plagarũ modus. Resistit igitur Lutherus spiritui sancto, dũ cõtendit pœnã & culpã æqualiter in omnibus peccatorib⁹ dimitti, quod si fieret, quid esset illud Dauidicum, lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo? Quid quod Aug. ait, continuè dolendũ est de peccato, vt semper puniat in se vlciscendo, quod cõmisit peccando: docuit hanc pro peccato satisfactionẽ & Sapiens filiũ dicẽs, fili peccasti, non adiicias iterũ, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur: & alibi, de propitiato peccato tuo noli esse sine metu, neq; adiicias peccatũ super peccatũ, & ne dicas, Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Quid hic vult aliud, nisi vt quis remisso iam sibi peccato, tamen in continuo maneat timore pœnæ, vsq; dũ satisfaciat? sic Dauid exclamat, iniquitatem meã ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Non vt volunt isti, per contritionem deleri pœnam simul & culpã. Rectius dedit cõsiliũ Daniel regi Nabuchodonosori, consiliũ, inquiens, meum placeat tibi ô rex, peccata tua eleemosynis redime, & iniqtates tuas misericordiis pauperũ, forsitan ignoscet Deus delictis tuis: non redimitur autem peccatum eleemosynis quoad culpã, oportet ergo intelligatur redemptio hæc de pœna temporali, quoniam nullum malum relinquit Deus impunitum, qui etiam proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Præclarè intellexit hoc beatus Hieronymus super Dan. & habetur. vide can. de pœn. dist. 1. Vide, dicẽs, benignum

Apoc. 12.
Deut. 25.
Psalm. 6.
De verâ pœni. c. 19
Eccle. 21. & 3.
Psal. 50.
Dan. 4.
Roma. 8.
Hieron.

benignum dominum misericordiam cum seueritate miscẽtem, & ipsius pœnæ modum iusta, & clemẽti deliberatione pensantem: & ideo non tradidit in perpetuum pœnę delinquentes, sed tantisper, dum ei seruierunt: non hoc ille dicit de ijs qui nec pœnitẽtiam agunt, nec confitẽtur, quoniam ijs paratus est ignis æternus: sed de peccatoribus quibus iam culpa dimissa est, & tamen iustitia Dei ab eis requirit pœnam temporalem satisfactione declinandam. *Mat. 25.*

3 Ita planè à temporibus apostolorum obseruatum est in ecclesia ad nos vsque, sicut lib. 3. de pœnitentia ipsi induximus sanctorũ patrũ testimonia Cypriani, Ambrosij, Augustini & Leonis, atq; Gratiani. Magnam eius rei copiam congessit de pœn. distin. 1. & 3. & 26. q. 7. c. his qui, cum multis similibus, omnia hæc volens omitto, ne fastidium vobis ingeram, & tam cõmnia præterire non possum. Audiamus ergo B. Augusti. de fide ad Petrum capite. 3. sic dicẽtem, omni homini in hac vita potest esse vtilis pœnitẽtia, quam quocunque tempore egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annosus, si toto corde renuntiauerit peccatis præteritis, & pro eis non solùm corporis, sed etiam cordis lachrymas fuderit, & malorum operũ maculas bonis operibus diluere curauerit, omnum peccatorum indulgentiam mox habebit. Ecce quum maculæ peccatorum bonis sunt operibus diluendæ, quoniam opera bona & accepta non potest facere peccator nisi prius iustificatus. maculam ergo intelligit reatum & obligationẽ ad pœnam temporalem. Vide eũ de pœnitẽtia vera & falsa, & capitulo decimo & 18. Nõ multo diuersum est quod alibi inquit, de quotidianis breuibus leuibúsque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit, delet enim omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata, debet & illa à quibus vita fideliũ, scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit. An nõ est hæc satis manifesta Augu. sententia, cp etiam oratio dominica delet vitia, prius tamẽ per contritionẽ transmutata? si aũt, vt isti volunt culpa & pœna deleretur simul, nihil reliquum fieret orationi post pœnitentiã diluẽdũ. Obserua & hoc quod dicit mutata, hoc eñ illud est quod omnes dicimus in ecclesia pœnã ęternã mutari in tẽporalem. S. Ambrosius quoq; multa prę-clara habet de satisfactione, in lib. de pœnitẽtia, & maximè *Augusti.* *Idẽ c. 71.* *Lib. 1. c.*

Poniten. magna.

in apologia Dauid inquit, cognoui quosdam in pœnitẽtia sulcasse vultum lachrymis, exarasse cõtinuis fletibus genas, strauisse corpus suũ calcãdũ omnibus, ieiuno ore semper & pallido mortis specié spiranti in corpore prætulisse, &c. 2. Maiora crimina maioribus abluuntur fletibus. Rursus quo-

Ho. 80. de pœni.

que super Lucá, Peccati pœna charitatis cõpensatione soluitur, vel alijs operibus, aut satisfactiõe. His accedat & facũdissimus eloquentiæ torrens. Chryso. qui sic ait, solers & promptitudine feruens, & multo cum studio gerens pœnitentiá, & breui temporis momẽto multi temporis peccata delere poterit, & inde parẽ, inquit, peccatis pœnã exhibeamus. Multa habet ibidem, quæ nos monent æqualem facere pro peccatis retributionem. Vide totã Hom. 2. super Psal. 50. dicit enim, glorifica Deũ indesinẽter, quia ablatũ est peccatum tuũ, sed volo inquit, & cicatricem extenuare, ablatũ

Lib. 3. epist. 8.

est vulnus, volo & pulchritudinem recipere. ¶ Cyprianus etiam præterquá quòd cõqueritur super hæreticis Nouatianis ad papam Cornelium & Antoniũ, sic scribit ad Fidũ, legimus literas tuas frater charissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quòd ei antequàm pœnitentiam plenam egisset, & domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & prępropera festinatiõe pacem dederit, &c.

Super Leu. hom. 8.

4 Quid multa? vsque adeo hæc certa sunt & liquido constant apud doctores, vt affatim suppetant vndique, & sese offerant legenti, nos tamen receptui canemus, vbi vnũ aut alterum adhuc locum induxerimus. Orig. quoq; in hęc verba more suo prorumpit. In vulneribus corporũ posteaquam curata fuerint, remanet interdum ipsius vulneris signum, quod cicatrix appellatur, vix enim est qui ita curetur, vt nullũ susceptí vulneris residere videatur indicium? transi nunc ab ista legis vmbra ad veritatem eius, & intuere quomodo anima quæ peccati vulnus acceperit, etiam si curetur, tamen habet peccati cicatricẽ in loco vulneris residentem. Et inde, vide quia etiamsi quis mũdetur à peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamen vestigia sceleris commissi purificatione indigẽt. enumerat deinde varia genera purificationis. Prętera Chrysost. homil. 41. de pœni-

Chryso.

tentia, sic dicit, pœnitẽtem nunquá oportet obliuioni peccatum tradere, sed Deum quidẽ rogare, ne eius meminerit, ipsum

ipsum vero nunquá ipsius obliuiscí: Deus ipsius nõ obliuiscetur, si nõ eius meminerimus, Deus obliuiscetur, si à nobis ipsis vltionẽ sumamus, nos ipsos accusemus, ita placabimus iudicẽ. En quũ affirmat Chrysost. & iubet nos meminisse peccati, vtiq; innuit nõ simul culpã & pœnã dimitti. In ea plane sententia est B. Hierony. super Malach. vt citat Roffen, quũ ait, qui peccator est, & quem mordet propria conscientia, cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat vel propria delicta vel populi, & ingrediatur ecclesiam de qua fuerat egressus, cubet & dormiat in sacco, vt præteritas delitias, per quas Deũ offenderat, vitæ austeritate compenset. Non satis ergo est tantũ conteri, nisi bona malis cõpensentur, sicut ille cõmẽdat Paulum quæ tantá pœnitentiæ acerbitatẽ in se susceperat. ¶ Hinc est quòd patres adeò aggrauant pœnitẽtiam, quàm quis facit ante vltimũ vitæ suę terminũ. Augu. enim cõstãter quidẽ asserit, quòd si aliquis baptizetur iamiá moriturus, is saluetur citra purgatorij pœnam: nõ audet aũt hoc affirmare de pœnitẽtia. Et Ambros. in exhortatione ad pœnitẽtiam dicit, agens pœnitẽtiam ad vltimum & recõciliatus, si exierit, an securus hinc exeat, ego non sum securus: pœnitẽtiam dare possum, securitatem dare nõ possum, quòd dico attẽdite, ego illud planè expono, ne aliquis me malè intelligat nũquid dico, damnabitur? nõ dico, sed nec liberabitur dico. Quanquam apertè etiam Ambrosius nõ audet eũ liberatũ ilico, etiamsi pœnitẽtiam agat, & recõcilietur. Isti autẽ temerarij vana præsumptione inflati audẽt polliceri miseris remissionẽ pœnæ & culpæ, atq; eos citra impedimentũ intrudere in cœlum. ¶ Vos autem dilectissimi, scitote errorem hunc non hodie demũ aut heri esse natum, sed iã olim ante. 1300. annos fuisse quibusdã persuasum. est enim ea Lutheri cõsuetudo, vt omnes hæreticorum sentinas percurrat, & vbicunq; aliquis Christianæ pietati contrariũ inuenit, hoc ipsum producit, & extollit tãquàm Christianum. id ita esse en testem vobis satis, magnum. glorioſum martyrem Cyprianum, qui sic dicit, agite pœnitentiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate mœstitiam, neq; vos quorundam moueat aut error improuidus, aut stupor vanus, qui quum teneantur in tam grandi crimine, percussi sunt animi cæcitate, vt nec intelligant delicta, nec plangant: & inde, pacem sibi vltro nemi-

Non simul deletur cul pa & pœna.

Hieron.

Augusti.

Ambro.

De lapsis ser. 5.

ne dãte sumpserunt, falsa pollicitatione seducti, & apostatis ac perfidis iuncti, errorem pro veritate sumpserunt. Submonet eos deinde quomodo sibi cauere debeant, nec quicquam cũ ipsis habere cõmune, siquidẽ sermo illorũ vt cancer serpit, vt Paulus loquitur. Quũ ergo Neochristiani sic viuũt & docẽt, vt hîc Cyprianus improbat, omnibus sane Christianis sunt vitãdi, & sacræ scripturæ testimonijs, sanctorũ patrũ scriptis & cõsuetudini ecclesiæ standum, vt per pœnitentiã & satisfactionẽ hic quisq; iudicet seipsum, ita deinceps emũdatus coronã consequuturus eternã, Amen.

2.Ti.2.

HOMILIA QVINQVAGESIMAPRIma & vltima de pœnitentia & satisfactione.

¶ Facite dignos fructus pœnitentiæ, Lucæ.3.

NEmini credo ex vobis iam dubiũ est charissimi, satisfactionem tertiam esse pœnitentiæ partem, atque cuiuis peccatori necessariam, nisi forte pœnitens tantam haberet animi sui contritionem, vt dolor hîc pœnam vna cum culpa tolleret, quoniam lachrymæ pro peccatis effusæ plurimum habent virtutis & efficaciæ: sic nimirum pœnitentiã egit Maria Magdalena, quando fleuit tantopere pro suis peccatis, vt etiam lachrymis irrigaret pedes domini, & tergeret capilis: quare plenam indulgentiam peccatorum pro pœna & culpa est cõsequuta: iuxta illud quod dominus dixit, dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multũ. Aliàs tamen quia in vniuersum, & illis maximè temporibus quãdo refrixit charitas multorum, raram huiusmodi reperias pœnitentiam, quæ sufficiat delere pœnam & culpam, quapropter satisfactio necessaria est. Aliud est, quo miserè seducunt isti simplices & indoctos, quum clamant Christum satisfecisse pro nobis omnibus, ideòque nos nulla indigere satisfactione, qñ Christus in cruce sua sustulit omnia. Placent ista pigris & ignauis hominibus, amant euangeliũ hoc summopere & amplectũtur, dũ audiũt in lusum verti, imò nihil fieri ieiuniũ, orationẽ, & omnia opera bona: atq; huiusmodi dogmatibus gaudent isti animicidæ, & eousq; adduxerũt, donec iam ipsi vidẽt tã induratos esse homines & obstinatos, vt fiant plusquã impij, nunc demũ recipiũt prædicare iram Dei & vindictã malorũ. Ne ergo offendantur catholici ab isto fuco & prætextu hæreticorum, breuiter ostende

Lucæ.7.

Christus satisfecit pro peccatis.

ostendemus qũo satisfecit Christus pro peccatis nostris.

1 Et principio quidem dubium nõ est de merito Christi pro se ipso, quo meruit sibi nomen super omne nomen, vt clarificetur, inquit August. resurrectione, ideò humiliatus fuit prius passione, adeo vt humilitas sit meritũ claritatis. hæc autẽ merces seu præmiũ illius, quapropter maximã ille habet beatitudinem in cœlis, sed hæc in passione declarauimus. Quo ad nos autẽ passus est Christus, ita vt passio sua sit sufficiens pro omnibus totius mũdi peccatis. id testantur passim sacræ literæ, ita enim inquit Ioan. Si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantũ, sed etiã pro totius mundi. Affirmãt hoc ipsum & prophetæ, quoniã sic ait Esaias, vere lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et apud eũdem Deus pater dicit, propter scelus populi mei percussi eum. In nouo quoq; testamẽto Ioannes ait, quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. & Petrus, peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super lignũ. Ita iam largiter nos redemit ille sanguine suo, vt etiã si supereſſent mundi centum, sufficiẽter pro omnibus effusus esset sanguis Christi (quia natura illa fuit vnita hypostatice personæ diuinæ infinitæ dignitatis, ideo non potest æstimari magnitudo meriti Christi) sic si alteri lanci libræ imponas vniuersa totius mundi peccata, alteri autem sanguinem Christi, quantũ hic prævalebit & præponderabit?

Phil.2. *Super Ioan.* *1.Ioan.2.* *Esaiæ 53.* *Apoca.1.* *1.Pet.2.*

2 Quamuis meritum Christi sufficiens est pro omnibus peccatis totius mundi, non tamen in omnibus operatur efficaciter, sed ijs tantum quibus applicatur & communicatur. obstaculum est inde, quia nolunt se participes facere huius meriti. Manifestum hoc est ex eo, qui aliàs neque inferi essent, nec purgatorium, neque aliqua plaga diuinitus immissa, nõ morborũ tot genera, infidelitas nulla, nulla hæresis &c. quia pro omnibus ijs sufficiens est satisfacere passio Christi, sed nõ æqualis illius vbi capacitas & participatio est. Vnde Paulus inquit, Deo huius seculi excæcauit mẽtes infideliũ. ¶ Et quid vltra desyderas ô miser? quòd si satisfecit Christus pro omnibus, vt tu pro falsa intelligentia tua iactas, quare ergo excæcauit infideles? quur dixit ad Iu-

1.Cor.4.

Christus nõ satisfecit pro omnibus efficaciter.

deos, in peccatis vestris moriemini? Quur etiã permisit post 40. deniq; annos dirui Hierusalẽ? Age nunc eloquere vicissim hoc mihi, si vt tu sentis, pro omnibus satisfecit Christus, quare Iudas, Nero, Pilatꝰ, Arrius & alij innumeri dãnati sunt? quur nõ & pro illis satisfecit, si satisfecit pro omnibus? Quis nõ videt quãtopere hîc hallucinentur miseri? Aut quis præsumet dicere peccata Cain. Nemroth, Iudæ, & aliorũ esse abolita, pro quibus dãnatione cruciãtur æterna? Atqui audio eos hîc resilire ab instituto, & affirmare, istos nõ credidisse. Præclarè sane & nimis quàm subtiliter, sed audi rursus quòd inferimus, non erit igitur planè sufficiens passio Christi, nisi illius participẽ se quis faciat per fidem: fatere ergo impudentiã erroris tui, & dic neminẽ habere ex passione Christi plus quã pro portione & mensura fidei, addeijs, quæcunq; tota prædicat scriptura & cẽsura

Mat. 12.

ecclesiastica, Aliàs em̃, quorsum faceret, quòd toties Deus omnes homines vocauit, & ad se venire monuit? quũ dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. vocationẽ quoq; hãc multis modis expresserunt prophetæ in veteri testamẽto. 3 Cõstat ergo Christi passionem sufficere pro omnibus omniũ hominũ peccatis, & tamẽ efficaciã suam habere tãtum ex applicatione: superest nũc vt ostendamus quo id modo fiat, etsi autẽ materia hæc

Applicatio meriti Christi

amplissima est, nos tamẽ breuiter aliquot applicationis huius modos indicabimus, vnde liquidum fiat, quo pacto nos meriti Christi efficiamur participes. 2 Alij capaces illius

Act. 9.

fiunt ex mera gratia præueniente, sicuti Paulus & qui iustificati sunt in vtero matris. Deinde meritũ Christi dispensatur per sacramẽta à Christo relicta Ecclesiæ, vt ab initio diximus, omnia sacramẽta virtutẽ suã habere ex merito passionis & mortis Christi. Atqui nec sacramẽta æqualiter omnia operantur: baptismus enim præterquam quòd originalis peccati culpam tollit, pœnã etiam & culpam aufert, actualium peccatorum, vt suprà docuimus de baptismo. ne

Ioan. 5.

que hoc illi commune est cum aliquo alio sacramẽto, quoniã baptismus est regeneratio spiritualis, vbi sanè conuenit vniuersam & culpã & pœnam auferri ac dilui. id si etiam fieret in pœnitentia, Deum immortalem quã tepidos, imò frigidos ignauos & impios essemus habituri Christianos?

3 Ad hæc quæ quisq; facit opera in se nulla sunt, & minime

meritoria apud Deum, testante Paulo, si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Etsi habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autẽ nõ habuero, nihil mihi prodest. Hinc & Christus ait, Sine me nihil potestis facere. Et iterum, Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, &c. ¶ Ita opera quoq; bona in se nihil sunt, verùm gratia Dei facit vt sint aliquid, & quidem meritoria, sicut alibi diximus. Quid quòd opera alicuius bona etiã assistente gratia Dei nõ essent sufficientia (ponatur hoc per possibile) ad satisfaciendum pro peccatis, peccatum enim infinitam habet malignitatem, vnde & cõmeretur pœnam infinitè æternam, ideóque nulla creatura pura, neque potuit, neque etiam nũc potest satisfacere pro peccatis: & hinc necessarium erat vt Deus fieret homo, cuius supplicium infinitè reconciliaret Deum, & vnde infinitũ Deo beneplacitũ emergeret: solum ergo meritum Christi potest pœnam æternam commutare temporali, & satisfacere pro peccatis. vt Augustinus libro 13. de trinita. cap. 10. & Anselmus in libro, quur Deus homo, pulchrè explicant. In huius meriti virtute potest homo auxiliante gratia Christi, pro peccatis suis satisfacere, sicut Paulus ait nos in sanguine suo esse iustificatos: super quæ verba dicit Augustinus, quòd per nullam aliam hostiam potuit nobis aditus ad Deum aperiri, & salus obuenire, nisi per mortem vnigeniti Dei. Ita iam satis liquet ex canonicis scripturis, quomodo dominus Iesus pro nobis satisfecerit, & tamen nobis quoque reliquerit nonnihil faciendum, puta laborandum in vinea, vt sic talento nostro aliqua fiat per lucrum accessio. Aut quam speciem rationis habebit, si dicas Christũ pro nobis pium sanctúmque fuisse, nos tales esse non oportere: Christum pro nobis passum, nobis nihil esse patiendũ: Christũ esse pro nobis mortuum, at nobis non esse moriendum. Ita planè nõ sequitur, Christus pro nobis non satisfecit, neque nobis amplius est satisfaciendũ. 3 Non tamen velim vos hæc ita recipere, quasi sine gratia Dei, nõ possit aliquis satisfactionem suam

1. Cor. 13.

Ioã. 6. 15.

Opera. meritoria.

Augusti. Anselm.

Hebr. 10. August.

Matt. 20. Matth. 5.

exequi: vt si quis cõfitetur tempore paschali, & à cõfessore suscipit satisfactionem certarum precum quotidie vsque ad festum pentecostes persoluandarũ, vtique dum suscipit & incipit perficere eas, adhuc in gratia Dei, quum autem inde prolabitur rursus in peccata, non ideo intermittere debet orationem iniunctam ꝙ amplius nõ sit in gratia, quia tunc de integro peccaret, imò talis oratio à Deo suscipitur tanquã satisfactio pro peccatis, quapropter & à sacerdote alicui iniungitur, dummodo is non errauit in clauibus: neque enim pronior est Deus ad cõdemnandum q̃ miserandũ, eo quòd misericordia superexaltat iudicium. iam ergo puniret eum Deus si negligeret orationẽ sibi impositam, quur ergo non prodesset ei si persoluat? Volunt hîc doctores quia cõfessus aliquis peccata, pœnitentia desuper & satisfactione suscepta, si recidat in peccatum mortale in quo moriatur & dãnetur, quod tamen nõ æternum torquebitur pro peccato à quo est absolutus. Videãt hîc & cõsiderent omnes q̃ salutaris sit pœnitentia, in qua quisquis perseuerat saluabitur, sin excidat, in peccatis suis moriatur, minus tamẽ affligetur in cruciatibus gehennæ q̃ si confessus nunquã fuisset, quoniam sententiam semel latam super peccatis remissis ratam seruabit Deus, & quia absoluto pœna æterna cõmutata est in temporalem, id quoq; permittit Deus neq; retractat sententiam. Vide glossam in ca. ꝙ quidam: de pœnit. & remissio. Sequitur inde quomodo quis satisfacere possit pro vno peccato sine alio, si satisfactio referatur ad peccata perpetrata, vt ebrio propter temulantiã suam imponitur ieiuniũ, propter luxuriã eleemosyna, alterũ facit, alterum forsitan intermittit, sicut quis partim satisfacere potest pro pœna peccati, reliquũ negligit. Rursus consequitur hinc ꝙ nemo satisfacere potest per aliquod opus præcepti, vt si incumbat pro satisfactione ieiunare quatuor dies in septimana, & incidat dies aliquis ex præcepto Ecclesiæ ieiunio addictus, tũc nõ potest illum suæ satisfactione imputare, sed cogitur alio die ieiunare, quo satisfaciat pœnitentiæ, eo ꝙ aliàs tenetur ex præcepto ieiunare illo die, neque sic vna fidelia (quòd aiunt) duos poterit dealbare parietes, nisi forte cõcurrerent præcepta, ita vt sit circa vigilias Matth. & Thomæ in angariis, vbi quis satisfacit vno ieiunio & vigiliæ apostoli & angariæ, quia sunt præcepta quæ veniunt accumulatiuè. Insuper

Satisfacere in peccato mortali.

Satisfacere per opus præcepti.

per opus aliquod bonum pro satisfactione impositum & in gratia Dei cõpletum, nõ minus vtique est meritoriũ, quàm si nõ satisfaceret eo ipso, quoniã omne opus quod ex radice charitatis enascitur, meritoriũ est: vnde multum est salutare eiusmodi satisfactiones in se recipere, quas qui in dilectione & gratia Dei perficit, geminũ inde fructũ acquirit: nam & satisfacit pro pœna peccati & gradum meretur felicitatis æternæ: sic apparet in Christo, cuius opera & sibi & nobis fuerunt meritoria, atque vltra hoc satisfecit ille per ea pro peccatis nostris. 4 Vt autẽ hæc tandẽ finiamus quoque considerandũ est posse alium pro alio satisfacere, & filium implere satisfactionem patris. Imò & in eodem opere potest quis pro seipso mereri remunerationẽ gloriæ æternæ, & nihilominus pro alio satisfacere, sine aliquo meriti sui defectu seu diminutione. id iam apparuit in Christo, & probari potest etiã aliundè. En tibi & Moysen, is orauit dominum vt deleretur de libro vitæ, aut vt ille dimitteret populo peccata sua: hæc vtiq; oratio Moysi ex tam ardẽti charitate profecta remuneratione carere nõ potest: opera enim eorum sequũtur illos, & tamẽ ex parte satisfecit pro peccatis populi. Ad eundem modũ ex præcepto domini instituit Moyses, vt sacerdos oraret pro iis qui ꝓ peccatis suis essent oblaturi hostias, vt propitius esset ipsis Deus. Vbi oratio sacerdotis satisfacit pro sacrificantibus, & vltra hoc meretur aliquid sibi: sic Stephanus orãs pro lapidãtibus se, multũ profuit Paulo, neque interim ipse orationis suæ meritũ ex charitate amisit: quia, vt ait Apost. vnusquisque propriam mercedẽ accipiet secundũ suũ laborẽ. Ita etiã qui pro mortuo orat, nihil inde dãni acquirit, quoniã merito suo nihil ideo decedet, sicut pulchrè docent Augu. & Greg. orandũ esse pro mortuis, & nos in festo animarũ diligenter ostẽdimus. Hoc quoq; fundamentũ est indulgentiarũ, quas ecclesia elargitur ex thesauro quẽ habet ex merito Christi & sanctorum, quorũ opera non tantũ fuerũt meritoria vitæ æternæ, sed & satisfactoria. quumq; illi nõ habuerint peccata propria de quibus necdũ satisfecerint, Ecclesia illa aliis impendit hominibus magis indigentibus, sed hæc aliàs.

Opus satisfactorium & meritorium.

Satisfacere pro alio

Exod. 32. Rom. 2.

Apoc. 14. Leuit. 4.

Actu. 7. 1. Cor. 3.

¶ Conclusio huius materiæ

¶ Audistis iam nunc quàm sit vtilis pœnitentia, nobísque necessaria, audistis de contritione, de absolutione & satis-

Lib. 4. mo ral. c. 18. & inde.

factione, qua satisfacimus pro pœna peccati dimissi, audite nunc egregiam B. Gregorij sententiam super Iob, quum Deus nullum peccatum sinat impunitum, oportet enim illud aut nos persequi plangendo, aut Deum puniendo, hoc vnum nobis reliquũ est, vt exactè animus noster vigilet ad emendationem. infra, Et tunc dies amaritudine inuoluitur, quum animus ad sui cognitionem reuertitur, & pœnitentiæ pœna sequitur deletionem peccati. Diem ergo inuoluimus, dum prauæ voluptatis oblectationem cõsideramus, & etiam quæ inde consequitur pœnã. ad finem etiam libri sæpe dicit, quũ cogitat mens ream esse, se tunc luget: & quicquid deliquit, id omne punit amara quadam mœstitia: & dum meminit delicti, terrore afficitur, metúque iudicij: quumq; sic homo perfectè cõuersus est, nondũ tamen perfectè securus existit, considerans enim extremi iudicij rigorem, inter spem & metum medius cõtremiscit, ignorans an adhuc satis deplorauerit peccatũ. Itaque quisquis secundum ea quæ diximus se conformem exhibet consuetudini Ecclesiasticæ, sequitur consilium illud Augustini, qui dicit, ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil reseruans sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte. Quicunque inquam toto cordis affectu cõteritur integrè confitetur, & impetrata absolutione obedienter satisfacit, is gloriam simul & gratiam inuenit apud dominum bonorum omnium largitorem, id nobis contingat omnibus, Amen.

Augu. de pœn. c. 15.

HOMILIA LII. DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

¶ Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Iacob. 5.

LEGIS Euangelicæ lator legem nobis tulit gratiæ, legem perfectissimã & omnibus, vt aiunt, numeris absolutam, contra veterem, duram, rigidam & lapideam legem Moysi. hæc enim nostra, si præcepta consideres, iustissima & æquissima est: si ea quæ fidei sunt respicias, certissima: si opera meritoria videas, longe acceptissima: & si sacramenta inspicias, gratia simul & vniuersa sanctitate plenissima est. (vide Aliacen. in suis principiis) quoniam altissima Dei sapientia Christus Iesus prudentissimè instituit sacramenta, planéq; salubriter pro immensa nostra necessitate homini iam ex vtero matris in hanc lachrymarũ vallem prodeunti ordinauit baptismũ, quo renasceretur spiritualiter ex aqua & spiritu sancto, sicque intraret in Ecclesiam & incorporaretur domino Iesu. Quia autẽ vita hominis militia est super terram, non ꝙ in perpetuo nobis agendum esset cõflictu, sed sic vt Paulus ait, non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarũ harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, ideo nobis instituit dominus pro robore sacramentũ confirmationis, & pro spirituali refectione in via ad vitam æternam proposuit & parauit nobis mensam cibúmque sanctissimi corporis & potum sanguinis sui, vt quisquis iis fruatur dignè, habeat vitam æternam. Sed quum omnis cogitatio & sensus nobis iã inde ab adolescentia prona sint in malum, nósq; adeo carnales venditi simus sub peccato, habitante in nobis, & dominante in membris nostris, ac reluctante legi diuinæ, quæ humanæ fragilitatis miseria est, & ad peccandũ inclinatio, huic quoque mederi volens medicus animarũ nostrarum, instituit sacramentum pœnitentiæ. Sed quũ nõ tantum ingressus noster in vitam, sed multò magis exitus periculosus existat, etiam hic cõsultum nobis voluit dominus atque præscripsit vnctionis sacramentum, cuius promulgator fuit Iacobus Apostolus dicens, Infirmatur quis in vobis, &c. Aue Maria.

Aliacen. *Ioan. 3.* *Rom. 12.* *Iob. 7.* *Ephes. 6.* *Septem sacramenta.* *Ioan. 6.* *Gene. 8.* *Rom. 8.*

¶ Euangelium Matth. 6. Quocunque introieritis.

¶ Principio hic pro repetitis haberi volo omnia quæ suprà de sacramento confirmationis dicta sunt, de oleo & vnctione, similiter quàm varia sit vnctio, sunt enim duę vnctiones sacramenta, vt confirmatio & hæc nostra, pleræq; sacramentales vt in baptismo & ordine, alia nec sacramentũ neq; sacramentalis existit, vt quãdo imperatores & reges inunguntur, sicut rex Galliæ vngi solet oleo sancti Remigij quòd in vrbe Remen. seruatur. Nunc tantummodo dicemus de vnctione hominis iam morituri, ea sic describitur, quod sit vnctio hominis infirmi pœnitentiã agentis de peccatis suis, facta in certis membris corporis à sacerdote cum oleo ab

Vnctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Episcopo cõsecrato, obseruatis in hoc verbis præscriptis, & cum intentione debita, ex institutione diuina efficaciter significans remissionem venialium & eleuationé mentis, &c.

¶ Hæc priusquam explicemus, probandũ est aduersus veteres nouósq; hæreticos esse hoc verum Ecclesiæ catholicæ sacramentum, quoniam oblatrarunt cõtra hoc Vualdenses dicentes, extremam vnctionem nõ esse sacramentum benedictionis sed maledictionis. Errorem hunc sequutus est Vuicleph, & post eum Lutherus. Nobis autẽ cõtra sentinam & colluuiem omnium hęreticorum satisfaciat cõmunis Ecclesiæ cõsensus, semper enim atque adeo omnibus retro seculis catholici omnes cõstantissimè crediderunt hoc esse sacramentum. id cõuincitur etiam ratione tali, quoniam omnis medicina diuina institutione ordinata pro efficaci signo exteriori ad adiuuandam vitam spiritualem est vtiq; sacramentũ, sicut ab initio materiæ de sacramẽtis declarauimus, vnctio autem hæc ipsa olei est tale remediũ, testante id Iacobo, erit igitur & sacramentum. Accedit etiam testimoniũ Innocentij, qui ante mille & centũ annos vixit, is ad Decentium scribens sic inquit, Nõ est dubium hoc de fidelibus ægrotãtibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo cõfectũ non solũ sacerdotib⁹, sed omnib⁹ vti Christianis licet in sua aut suorũ necessitate inũgendo: ac deinceps affirmat esse hoc genus sacramenti. Nemini ergo Christianorũ dubium esse debet, quoniã hic videt præ oculis externum illud signum vnctionis. adest etiam effectus sacramentalis, assistentia gratiæ diuinæ, sicut nobis adest testimoniũ forte ex scriptis Iacobi quæ obsignata sunt signaculo spiritus sancti. Ad hęc facit authoritas August. lib. 2. ca. 4. de visitatione infirmorũ, quum ait non prætermittendum est illud Iacobi Apostoli præceptum, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, &c. Ergo si roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus imò per apostolũ suũ dominus, ipsa videlicet olei sacri delibutio intelligitur typica spiritus sancti vnctio, obserua q⁹ oleum dicit sacrum, innuens illud prius esse cõsecrandũ sicut infrà dicemus. Animaduersione quoque dignũ est, quòd Augustinus vult non Apostoli tantum esse verba hæc, sed quia dominus per os eius loquutus est. Idem sentit ille parte quarta, sermone nono, quum dicit,

Vnctio est sacramentum.

Iacobi 5.

Innocentius.

C. illud 85 distinct.

Augusti.

Augusti.

Quoties

Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinẽ Christi, ille qui ægrotat, accipiat, oleum benedictum, humiliter à presbyteris & fideliter petat, & inde corpusculum suum vngat, vt illud quod scriptũ est, impleatur in eo, infirmatur aliquis ex vobis, &c.

2 Constat ex iis vnctionem hanc esse sacramentum, supereſt nunc vt probemus à quo sit institutum, atque hic volens omitto ea quæ disputant nonnulli & cõtendunt etiam spiritum sanctum per Apostolos potuisse instituere sacramenta, quia iam inde ab initio ratam credidi esse sentẽtiam quæ concludit omnia sacramenta nouæ legis esse instituta à Christo, vnde nondum repetendum puto, & constanter credendum, hoc quoque sacramentum esse institutum à Christo, sic enim legere est apud Marcum, exeuntes Apostoli prædicabant vt pœnitentiam agerẽt, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros & sanabant. Super eum locum Beda inducens verba Iacobi, dicit, hinc patet ab ipsis apostolis hunc sanctę Ecclesię morem esse traditum, vt energumini, vel alij quilibet ægroti, vngantur oleo pontificali benedictione consecrato. Idem super Epistolam Iacobi sic ait, hoc & Apostoli in euangelio fecisse leguntur, & nunc consuetudo Ecclesiæ tenet, vt infirmi oleo consecrato vngantur, à presbyteris, & oratione comitante sanentur. In hanc sententiam concedit & Nicolaus de Lyra super Marcum, vt omnino ridiculum sit contra mutire eos qui dicunt sacramentum illud esse à primo concilio Hierosolymitano institutum, & ab Apostolo Iacobo denique promulgatum. Quid quod etsi in loco illo non instituisset dominus hoc sacramentum, tamen inde non sequeretur nõ esse ab eo institutum, vsqueadeo multa facta sunt, neque tamen descripta. Et longè magis credendum est habuisse hoc Apostolum ex verò suo præceptore Christo, quàm ex quolibet alio. An autem vsi sint apostoli eadẽ hac forma ecclesiastica, in cõtrouersia ponit Gerson, quoniam ad tẽpus potuerunt forsitan, dispensatiuè vsi fuisse alia forma, sicut in baptismo, vbi contra præceptum Christi, vt baptizarẽt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ex rationabili causa vsi sunt alia forma baptizãtes in nomine Iesu.

Bonabrulifer magister.

Marc. 6.

Beda.

Sacramentũ vnctionis institutũ à Christo.

Ioan. vlt.

In cõpen.

Mat. vlt.

3 Sacramentum hoc peculiare habet præ cæteris, quod multas habuit figuras præuias ĩ veteri testamẽto, sed in lege

Act. 19.

Mosaica nullum fuit sacramentum loco huius: de figuris typicis quadrifariam loquuntur doctores hoc modo, sicut enim Dauid ter vnctus, primo in domo patris sui ad regnũ futurum, deinde super Iuda in Hebron, postremo super omnem populum Iudaicum, quando regnauit in pace. Ita quilibet Christianus ter inungitur, in baptismo, confirmatione, & hac ipsa vnctione, sicut suprà ad longum ostendimus in materia cõfirmationis. vide Altisidiorum. Alij proponunt figuram de quatuor illis quæ vngebantur in veteri testamento, puta pontifices & sacerdotes, vasa templi, reges quoque & prophetæ, ea pulchrè ad Christianos applicat Cyprianus in sermone de vnctione. vide Franciscum Maronis, quoniam & vnctio in quatuor sacramẽtis vsurpatur, baptismo, confirmatione, ordine & hac vnctione: præcipuè tamen prophetica vnctio ad hanc nostram refertur. omnes enim Christiani ex reuelatione diuina & lumine fidei illustrati constanter profitentur, futurum aliquando vt corpus quod in morte deponũt, vbi placitum id fuerit Deo, in die nouissimo, idem illud immortalitate recipiant vestitum, eiúsque felicitatis gloriam quam tantopere desiderant, veluti cum ardore prophetant. ¶ Cæterùm quòd reliqua sacramenta habuerunt alia quoque in veteri lege sibi respondentia, sicut baptismus circuncisionem, sacerdotium euangelicum habuit illud Aaronicum, coniugium itidem matrimonium, & pœnitẽtia varias purificationes & oblationes pro peccatis, vnctio autem nullum habuit sibi respondens, idq; factum doctores affirmant, ideo quòd imperfecta erat lex illa, dicente Paulo, quòd neminem ad perfectũ adduxit lex, atqui sacramentum hoc præparat hominem ad dignè suscipiendam gloriam cœlestem, atque idcirco confertur iam iam moriturus, sed in veteri lege inutilis fuisset isthæc præparatio, quando nemini patebat cœlum, verum in limbum detrudebantur omnes, atque ideo sacramentum hoc nullo alio indigebat præuio, maximéque nihil vtilitatis allaturo. Albertus Magnus simulatque causas illas ex ordine ponderasset subiecit, hoc optime in euãgelio Nicodemi innuitur, quod Adam misit filium suum Seth ad accipiendum ab angelo paradisi oleum misericordiæ, quo vngeretur corpus suum ęgrotum, & negatum fuit ei, donec veniret Christus: qui sua vnctione corpora & animas reficeret (vide locũ pene ad

1. Reg. 16
2. Re. 2. 5.
Exo. 29.
1. Reg. 10.
3. Reg. 19.
Cypria.
Heb. 7.
Dist. 23. quarti.

ne ad finem euangelij illius, quia Michaëlem nominat angelum constitutum à Deo super corpus humanum, & ait post annos 5000. venturum amantissimum Dei filium, qui oleo misericordię perungat omnes credentes in se &c.) Non eo quidem inficias euangelium hoc non recipi ab ecclesia, ideo neque pro constanti veritate propono, nisi quãtum Albertus illud inducit. 4 Ex iis facilè consequitur, quare sacramentum hoc dicatur extrema vnctio, nimirum respectu aliquarum trium vnctionum in baptismo, confirmatione & ordine, quanuis non sit ordo substãtialis inter hæc sacramẽta, dempto baptismo, potest enim inungi qui nec confirmatus est, neque ordinatus, nemo autem nisi baptizatus suscipere debet hoc sacramentum, quia baptismus veluti ianua est omnium sacramentorũ. Præterea extrema dicitur, quoniam conferri nemini debet nisi ei de cuius vita periculum sit, nimirum vrgente morbo, nõ quod ob eius vehementiã conferatur vnctionis sacramentum, sed propter emigrationem ex hac vita, ideo rectè extrema dicitur, quod in extremis homini conferatur, quamuis non adeò sit extrema, vt non possit homo etiam illa inunctus conualescere & sanari. Imò & ecclesia in illius administratione precatur dominum ne sit extrema, sed omnes illæ orationes, vt infrà docebimus, eo tendunt, vt ille ad se reuersus nõ moriatur. ¶ Etsi in communi Iudæis prohibitum fuit ne vngerentur oleo sacro, postquàm tamen venit vnctus ille noster dominus Iesus, is nobis instituit hoc sacramentum vnctionis, id enim visibile est vnctionis signum, inde & orationes palàm pronũciantur super infirmum à sacerdote, quę efficacia sunt diuinæ gratiæ signa, dicente Apostolo, quoniam oratio fidei salvabit infirmum, & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Decretum hoc idem in magno concilio Florentino collecto ex Latinis & Græcis ecclesijs, vnde nec decet hominem christianum diuersum sentire vel credere, nisi ecclesiam nolit audire, & malit haberi pro ethnico aut publicano. Quinpotius omnes pij sacramentum hoc cum gratiarum actione suscipiant, & gratias agãt domino Iesu pro sua immẽsa pietate & misericordia, pro tantis gratiæ suæ donis, ex quibus affatim nobis largissima & innumera bona redundant, sicut infrà docebitur de effectibus huius sacramẽti. Interim oremus dominum nostrum Iesum vt &c.

Extrema vnctio.

Exo. 30.

Iacob. 5.
C. abolendã. de ha.
Matt. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Si quis infirmatur in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ &c. Iacob. 5.

PRobatum iam satis est extremã hanc vnctionem esse sacramentum, & quidem à Christo institutum, & à beato Iacobo promulgatum: habuisseque in veteri testamento figuras, nõ tamen aliud sacramentum sibi respondens. Consequens nunc est differere de materia sacramẽti illius. verum nos hîc impediunt canes quidam rapidi oblatrantes contra hoc & alia Ecclesiæ sacramenta, vt meritò dici queat ad catholicos, videte canes, videte malos operarios, videte concisionem, vt nunc Lutherus & Zuinglius à nobis sunt concisi, & quidem operarij mali, quia nec ieiunant, nec orant, nec templa visitant, neque corpus in minimo castigãt. Ecce canes impudentes, quàm calumniantur pontifices, imperatores, reges, cardinales, principes & episcopos, omnésque quotquot renuunt ipsorum accedere impietati. Hic oportet in luce protrahatur quicquid in vsu ecclesiastico vel fuit à temporibus apostolorum: nos hîc audiemus tantum, quomodo Lutherus cum suis allatret hoc sacramẽtum & calumnietur vnctionem (omittimus glossam in ca. vir. de nup. & de sec. nup. & de consecr. dist. 5. in summa, quæ etsi in verbis labantur, arbitramur tamen intentionem habuisse ecclesiæ obedientem) quum enim ferè omnes doctores innitantur verbis Iacobi, Lutherus more suo allatrat, contendens epistolæ huius non fuisse authorem Iacobum apostolum, neque dignam esse spiritu apostolico, sed stramineam esse, ideo & reiecit atq; explosit è sua biblia, neq; finit eam esse in canone. Latratus hîc vos nil moueat charissimi, ecclesiam quæ errare nõ potest, sectemini, verum quidem est in primitiua Ecclesia dubitasse nõnullos de authoritate huius epistolæ, nemo tamen pius post ecclesiæ constitutionẽ ambigere potuit super hoc, decretum est autem in cõcilio Aphricano quod approbauit Bonifacius papa, vbi omnes libri biblici vtriusque testamenti nominatim exprimũtur, & in iis hæc quoq; Iacobi epistola connumeratur. ¶ Ita & Inno. papa primus ad Exuperiũ episcopum Tolosanum, inter cæteros libros bibliæ numerat etiã hanc epistolam Iacobi.

Philip. 3.

Hæretici canes.

Sãctus Iacobus author epist.

Can. 24.

Inno. 1.

Testatur

Testatur idẽ Hier. in prologo dicés, Iacobus, Petrus, Ioannes & Iudas septem epistolas ediderũt, tam mysticas quam succinctas, & breues pariter & lõgas: breues in verbis, longas in sententijs, vt rarus sit qui non in earum cæcutiat lectione. Et in alio prologo ait septé esse epistolas canonicas, quarum prima Iacobi, duę Petri, tres Ioannis, & vna sit Iudæ. Porrò quòd ab initio dubitatum est super hac epistola affirmat B. Hiero. de viris illustribus, inquiens Iacobũ fratrem domini tantũ, vnam scripsisse epistolam quæ & vna sit ex canonicis, ea est, quę fertur ab alio edita sub Iacobi titulo, quamuis inde paulatim quoque suam recuperauit authoritatem. ¶ Idem sentit Eusebius de S. Iacobo, sic dicens, cuius illa habetur epistola, quæ prima scribitur inter eas quæ catholicæ appellantur: sciendum tamen est quòd à nõnullis non recipiatur, nec facile quis antiquorum meminerit eius, sicut nec illius quæ dicitur Iudæ, quæ & ipsa est vna de septem, nos tamen scimus etiam istas cum cæteris ab omnibus pene ecclesijs recipi. ¶ Dubitandi autem causa hæc fuit, quod circunferebatur tunc falsa quædam epistola sub alterius Iacobi Zebedæi nomine, sicut meminit Innocentius, ideoq; quum percrebuisset illud quomodo epistola falsa sub titulo Iacobi haberetur, neque quiuis potuit alterã sub altera secernere, factum est, vt hæc quoq; in dubiũ venerit. ¶ Nihil autẽ hoc promouere potest causam Lutheranã. quamuis enim quippiã fuerit aliquando in ambiguo positum, de quo tamẽ deinceps certò statuit ecclesia, illudque authoritate cõdigna donauit, minime permittendum est Luthero vel consimili alicui post tantum temporis illud rursus in controuersiam adducere, & authoritatem Ecclesiæ celeberrimam, multisque seculis obfirmatam, ac præscriptam velle eleuare. quis obsecro non abhorreat os istud impudens Lutheri, qui epistolã hãc sanctam à spiritu sancto per organũ electum scriptã, & ab ecclesia in cõtinuo vsu cõstantissime obseruatã, tot contumelijs & opprobrijs impetere nõ veretur, vsqueadeo ad stramineã vocet & indignã, dicat apostolico spiritu? ¶ Hęccine loqui & blaterare perfidũ ex monacho apostatã, desertorẽ ecclesię, fideiq; desolatorẽ? aut quid tãdẽ est, si nõ hæc temeritas est hominem perfidum sese cõparare apostolo, ipsumq; calumniari? aut Paulus sibi videtur sibi forsitã, qui Petro restitit in fa-

Hieron.

Li. 2. c. 23.

Cur epistola Iacobi aliquãdo fuit dubia.

Calat. 2.

eiem, Verùm iam olim rex Angliæ declarauit satis vnde ena-
tum sit ei tantum huius epistolę odium: & vir pietate simul
Emser. & eruditione clarus Hiero. Emser fœliciss. memoriæ, omnes eius obiectiones abundè satis refutauit, quibus vtitur
contra hanc epistolam: tota namque apostolica & christia-
Laus epistolæ Iacobi. na est epistola, patientiam docens in aduersis, in tentatione
gaudium, & quod omne bonum sit à Deo, vt homo tardus
ad irã & in sermone existat, vt quisque linguam suam do-
met, quòd Lutherus minimè facit, vt visitentur viduæ &
orphani in tribulatione, ne extollamus diuitem cum con-
temptu pauperum, vt simus in iudicio misericordes, vt quis-
que fidem suam exornet virtutibus: plurimus est ibi apostolus in corrigendis vitiis linguæ, in reprimenda ira, coercendo odio, & reprimenda sapientia humana: docet nos dominari concupiscentiis prauis, eo quòd Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam, vt in omnibus Deum habeamus præ oculis, reprehendit diuites non viuentes secundum voluntatem Dei, sed opprimentes pauperem, docet patientiam Iob, vetat iurare, ostendit vtilitatem sacræ vnctionis, confiteri iubet & orare: an non sunt hæc apostolici spiritus? non sunt hæc pia & catholica dogmata? Reliquum est, vt dicamus Lutherum cum suis mendaciis cõtumeliam inferre spiritui sancto, & iniuriam facere sancto apostolo.

2 Neque verò iis contentus est Lutherus, sed multa alia accumulat, ait enim vt maximè sit hæc epistola Iacobi, non decuisse tamen eum ex proprio suo proposito instituere sacramẽtũ, quoniã id ad Christũ propriè pertineat, & in prologo suo conatur inde probare epistolã hanc non esse Iacobi apostoli, quoniã is citò & maturè sit occisus ab Herode, multo ante Petrũ & Paulũ, & tamen vtatur dictis illorum.

3 Ad hæc clamat sacramentum hoc esse signum sanitatis, quam tamen raro confert, vnde cõstet signũ id falsum esse.

4 Deinceps reprehendit catholicos, quod quum Iacobus de infirmantibus simpliciter loquatur, illi tamen non nisi morituris porrigant hoc sacramentũ, priuantes sic reliquos infirmos vtilitate huius sacramenti. Nihil autem hæc moueant quenquam, sed potius constanter perseueret cum ecclesiastica cõsuetudine. Principio enim hic patet eorum cæ-
Roma. 5. citas & stoliditas, quod Lutherus etiãsi Iacobus author esset huius epistolæ, nõ tamẽ vereretur sanctissimo apostolo impingere

pingere & exprobare, quoniã non licuerit ei aliquod instituere sacramẽtum: de sanctimonia huius apostoli multa diximus in eius festiuitate, cui quis non merito plus fidei tribuat quã apostatæ perfido: ipse enim est vnũ ex duodecim fundamẽtis ecclesiæ, ipse & colũna est ecclesiæ, ipse ex numero est illorũ vndecim quibus Christus promisit spiritũ sanctũ, qui nos docet omnẽ veritatẽ. quumq; ab vtero matris sit sanctificatus, & in die pentecostes spiritu sancto repletus, dominoq; iubente vnxerit infirmos, quis neget eum melius tenuisse voluntatem Christi quã os blasphemum & impudens Lutheri? Quòd si Lutherus temerario sensu ductus putat Iacobũ potuisse errare, quum hanc scripsit epistolam, quid sentiendum erit de Luc. & Marc. an non prodiret statim aliquis qui clamet non licuisse eis quicquam tale scribere, vt nunc Lutherus imputat Iacobo. profectò simili temeritate imò blasphemia inflatus Lutheri discipuli Ioãnes Campanus instargigantis cœlum ipsum stultitia petens conatur impetere trinitatẽ. Neq; istiusmodi commentum careret fuco, & tanto quidem minus, quãto magis authoritas Iacobi superat Marcum & Lucam, ita tandem futurũ esset vt claudicaret aut omnino periret vniuersa fides nostra, sicut omnibus viribus elaborat in hoc Lutherus.

Apoc. 12. *Egesip.* *Act. 2.* *Marc. 6.* *Campa.* *Arrianus* *Pro epistola Iacobi.*

¶ Melius autem nobis consuluit Christus quando rogauit pro Petro vt nõ deficiat fides sua, quando dixit portas etiã inferorum nihil præualituras aduersus ecclesiam, quando promisit mansurum se nobiscum vsq; ad cõsummationem seculi. Sic itaq; confirmabit Deus Christianam veritatem, fidemq; ecclesiæ suæ, etiamsi rumpantur omnes hæretici, quorum iam pene innumeri deiecti sunt & perierunt quasi lapis in profundum maris dimersus, & sicut plumbum in aquis vehementibus: verbum autẽ Dei triumphat, ecclesia adhuc cõsistit inuicta, fides vera illius permanebit in æternũ. Sed faceret forsitan fucũ Lutherus corã simplicibus quum ait S. Iacobum nõ potuisse instituere sacramentũ: atqui super eo nõ contendent cũ ipso catholici, quoniam nec ipse apostolus dicit, se instituere hoc sacramẽtum, neq; doctores communiter affirmãt Iacobũ hic instituisse sacramẽtum, sed quia & ipse vnus fuit ex duodecim, quibus cõcredita est ecclesia plantanda, vtiq; hoc ille habuit ex magisterio legis Euangelicæ latoris domini Iesu: nõ ergo ipse insti-

Luc. 22. *Mat. 16.* *Mat. vlt.*

tuit hoc sacramentũ, sed à Christo institutũ promulgauit. nos quoque hoc semper peculiariter tribuere soliti sumus Christo, quòd ipse solus plenam habeat potestatẽ instituẽdi sacramenta, quoniã ipse solus promissionem dare potest efficacẽ gratiæ suæ diuinæ. 3 Cæterũ quòd deinceps proponit Lutherus planè infantiliter contendẽs Iacobum mature admodum esse passum & occisum ab Herode hic iam appello christianos omnes, eos vero maximè, quos pestifera Lutheri doctrina seduxit, vt saltem hinc videãt & cõsyderent diligẽter quã imperitus sit ille scripturarũ & historiarũ omnium, atq; interim vniuersum mundũ conetur excæcare, quũ ipse cæcus in mediis palpitet tenebris. ¶ Quomodo vero nõ erubescat Lutherus cum omnibus iis qui eũ defendere conantur, dum errorem tam puerilem & temerarium nõ potest nõ agnoscere? Impudentissimus ecce apostata ideò Iacobi epistolã reiicit ex canone quod passus sit ante Petrũ & Paulũ: nec scit interim homo furiosus & rabidus, quis sit ille Iacobus quẽ autorẽ perhibẽt huius epistolæ, quum etiam pueri sciant Iacobos fuisse duos, ex quibus quẽ Lutherus clamat ab Herode esse occisum? fuit vtique Iacobꝰ maior, is qui in Galitia in Compostella colitur, quũ tamẽ ex Hiero. Eusseb. & omnibus antiquis doctoribus certissimũ sit Iacobum minorẽ filiũ Alphei, fratremq; domini dictũ, episcopũ Hierosolymitanũ authorẽ huius esse epistolæ. Eant nunc Lutherani & iactent magistrum, suũ, Danielẽ & Heliam mẽdacissimũ, vt qui ignoret de quo dicat, nesciat inter duos illos apostolos discernere, interimq; tam peruicaci temeritate præsumat epistolam hanc citra rationem & fundamẽtum ex canone reiicere. sed quid agas, quũ istis autoribus & arbitris res nõ aliter cadat? Cõsimili temeritate qua epistolam Iacobi reiicit, nesciens interim vter ex duobus eã scripserit, etiã prodit infantiam suam, dũ ostendit non intelligere se quidnam sacramentum vnctionis significet, tantum persuasit hoc ipse sibi priusquam hanc cœpisset euomere, cum suo Carolstadio, & Vuecestao, scire se omnia, hic autem manifeste declarat se nihil solidi sciuisse, maximè quum ignoret, quid sit signatum, vel res in hoc sacramento, tam ridicule & turpiter hic se victum dedit, vt quòd sciunt primi scholares inter rudimenta Theologiç, id ille vir magnifice doctus ignoret, dum perhibet sacramentum

Error cecus Lutheri de morte Iacobi.

Act. 12.

Alius error Lutheri.

cramentum hoc significare sanitatem corporis & eam polliceri, ideoq; quum vt plurimum illam nõ præstet, isthuc declinare conatur, quod signum hoc sit falsum.

4 Quamuis hoc iusto ordine tunc demum fuerat confutandum, quando de effectibus huius sacramenti dicetur, attamen quum non sit animus noster illas homilias de sacramento vnctionis deinceps Lutheranis huiusmodi fecibus coinquinare, consultum visum est id etiam hoc loco refellere, vobisq; christianæ fidei & religiõis ostẽdere veritatẽ. Primũ autem hic mihi videte errorem nescio dicam magis an insciiam Lutheri, quũ asserit hoc sacramentum significare sanitatẽ corporis. O hominẽ trunco & stipite stupidiorem, qui ignorat id quod omnes profitentur cum B. Augu. sacramentũ esse inuisibilis gratiæ visibilem formam, vnde sciunt omnes certo, omnia sacramenta præcipue significare gratiam Dei, vel eam essentialem vt in eucharistiç sacramẽto, vel ita quod effundatur per spiritum sanctũ in cordibus nostris. præcipua igitur illius sacramenti significatio tendit non ad sanitatem corporis, sed ad gratiam & dona animæ.

2 Adhuc conatur Lutherus modis omnibus, & huic sacramento & ipsi apostolo impingere mendacium, si hoc pro sacramento habuisset, quòd sic quàm pollicetur corporis sanitatẽ non præstet: sed in primis statim delinquit foribus Lutherus quasi cautherius in porta, siquidẽ sacramentum hoc non significat sanitatem corporis sed salutem animæ. ¶ Ad hæc non liberaret sua euasione Iacobum à mendacio, quia hoc loco non de sacramento vnctionis loquutus fuisset, attamen alleuiationem promisit infirmo à Deo & saluationem: quæ si intelligantur ad sensum Lutheranũ, vbi quis vnctus fuerit iuxta præceptum apostoli, adhuc tamen sanitatem corporis impetraturus nõ esset: sic nimirum cupit Lutherus mendacem facere Sanctum Iacobum, siue vnctionem intelligat sacramentum, siue non. si enim ait Iacobus vnctos fore sanos, idem erit defectus in & extra sacramentum. Perinde ineptum est quòd minus vere proponit, sicut de vnctione apostolus loquitur, quòd si ea etiam nunc fieret à piis hominibus in fide nihil hæsitantibus, dubium non esse, totidẽ fore sanos, quotquot tandem ipsi velimus. Id si ita esset, profecto Lutherus pro sua ingenti & magnifica fidei prædicatione, quem vngeret, eũ plane red-

Signatum huius sacramenti.

Augusti.

Alius error Lut.

deret immotalem, quur nō attentat hoc cum aliquo, si forte sua illa tam animosa fide quempiam sanaret, vt sic quòd gloriatus est diu miraculū aliquādo facerēt aduersarij nostri, quorum nullus tamen nec equū claudū sanauit vnquā. Mēdacia igitur ista sunt tantū & inania verborū delyramēta, quū non ausint huiusmodi vnctionem tentare, scientes vtiq; ea se nihil profecturos. quòd si succedere potuisset, iā olim tentassent hoc in Friderico Saxonię electore protectore suo. ¶ Quanto autem verius docet ecclesia sacramētum hoc signum esse gratiæ diuinæ vt alia sunt sacraméta, deinde auferre peccata venialia: iuxta illud Iacobi, Si in peccatis sit, dimittētur ei, quāuis interdum propter orationē ecclesiæ Deus etiam infirmo confert sanitatem, vt infra dicetur. ¶ Quinto loco conqueritur Luther indigne facere nos, quū tantopere vsum huius sacramenti restringimus, vt solis ijs cōferamus de quorū vita periculum sit, nō attēdentes quòd Iacobus generaliter dicit, si quis infirmatur nec aliquam facit de periculo mortis mentionē. Audite hic rursus blasphemiam, & os impudēs, reprehēdit enim nos quod minus æquo vtamur hoc sacramēto quod etiam conferendum esset omnibus infirmis, quum interim ipse in sua spelunca Vuitembergen. nulla planè vtatur vnctione neq; in communibus neq; lętalibus morbis, sicut & discipuli sui eā nō vsurpant. Ita mendacem facit seipsum in ijs quæ sunt fidei, cū maiori sane pernicie quā si esset homicida: iuxta illud Psalmi, Odisti omnes qui operantur iniquitatē, perdes omnes qui loquuntur mendaciū. vbi pulchrè inquit Hierony. Rem nouā video, qui malū operatur, odio habetur: qui mētitur, perit. quū tamen perire maius sit quā odio haberi, quur ergo Deus maiorē infligit pœnam homini mendaci quā operāti iniquitatem? Ex cōsequētibus inquit ille, Psalm. & ex eo ipso ordine intelligere possumus, quia de hæreticis dicit, qui enim operatur iniquitatē, suam tantum occidit anima, qui aūt hæreticus est, & loquitur mendaciū, tot occidit homines quot seduxerit, ideo deinceps virū sanguinum vocat & dolosum, vere quilibet hæreticus vir sanginū est, vt qui quotidie seductarū per se animarū sanguinem effundat, ita quòd nō tantum hîc temporaliter pereāt, sed & illic damnētur in æternū, quotquot sequuntur peruersa istius animicidæ dogmata, & ex nauicula Petri, & Ecclesia

Luce. 5.

Vnguntur morituri.

Hæretici animicidæ.

clesia Christi excidunt, vt non immerito sit iste ex eorū numero quos abominatur dominus, vt ait Dauid, qui in alio etiam loco hæreticos appellat vasa mortis. ¶ Sed nunc respondeamus stulto iuxta stultitiam suam. inquit Lutherus Iacobum in cōmune de infirmis esse loquutū, hinc nos malè vti oleo vnctionis in morbis tantum lætalibus. Audio, sed ille vicissim audiat, quòd quanuis verba Iacobi generalia sunt, consuetudo tamen & vsus ecclesiæ, ratio quoq; & institutio huius sacramēti satis persuadet illud nō quouis morbo laborantibus esse porrigendū, quoniā ante Cusanū Gerson quoq; præclaram nos docuit regulā, quòd praxis ecclesiæ sit optima interpres scripturarū. sicut enim scriptura à spiritu sancto prouenit per electos suos scriptores, ita per eundem spiritum sanctum à Christo promissum & missum ecclesia potest eas intelligere. neque frustra promisit ille man surum se nobiscū ad consummationē seculi. Id ita esse propriis Lutheri verbis cōuinci potest: nā & ipse affirmat datū hoc esse ecclesiæ à Christo vt posśit discernere inter verbum Dei & verba hominū. quòd si potest præstare in iudicandis scripturis publicis quur non etiā in intelligendis? aut quum quòd maius est dederit ei Christus, minus forsitan negarit? Rectè igitur credūt omnes catholici Iacobū quum de infirmantibus agit, loqui de iis quorū vita iam in discrimen venerit. quoniā sic catholica intelligit ecclesia. Accedit huc & oratio satis valida, quum institutum sit hoc sacramentum contra peccata venialia, quibus non caret homo q̄diu est in hac vita, sicut ait Ioānes, quia si dixerimus peccatum nō habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est: illud ergo in nobis est instar morbi incurabilis, nullo modo desinens infirmitas, nulla medicabilis arte. & ideo non est cōtra venialia peccata aliquod peculiare institutum sacramentum, nisi inquantum singula sacramenta alia aliis plus tollunt & adimunt. Quum verò cōsyderamus peccata venialia velut in statione, hoc est iamiam ex hac vita cōmigraturi, vbi finis & terminus est venialiter simul & mortaliter peccandi, hic iam decuit vt diuina misericordia aduersus ista peccata venialia & alias suggestiones tentatoris diaboli institueret homini morituro sacramentum quo ista omnia diluerentur, hoc ipsum sacræ vnctionis à Christo primitus institutum, à beato Iacobo apostolo promulgatum,

Psal. 7.

Cusanus.

Ioan. 6. Actu. 2. Mat. vlt. In cap. hab. de ordine.

1. Ioan. 1.

& ab ecclesia receptum, frustraq; ab hæreticis impugnatũ, à prijs & Christianis omnibus piè & sedulo vsurpatũ & remissionem peccatorum venialium, ad profundos dæmonũ insultus, ad robur fidei & spei, vt sic piè & sancte decedant ex hac vita præmia consequuturi æterna, Amen.

HOMILIA LIIII. DE MATERIA *& forma sacramenti vnctionis.*

¶ Infirmatur quis ex vobis, &c. Iacob. 5.

QVum vnumquodq; sacramentũ à Christo institutum in signo aliquo sensibili externo conferatur pro cuiuslibet cõditione & qualitate, nunc quoq; in hoc vnctionis sacramento operæpretiũ erit nos eius materiam consyderare, & illius cõmoditatem ostendere. Materia ergo huius sacramenti oleum oliuarum, & oleum quidem expressum est in Marco & Iacobo: quod autẽ oporteat esse ex oliuis præterquam ꝙ vsus probat ecclesiæ, suffragatur nobis etiam testimoniũ veteris legis. neque enim aliud in templo oleũ vsurpabatur nisi oliuarum, sicuti præcepit dominus, vt afferrent filij Israël oleum de arboribus oliuarũ purissimum. similiter & in Leuit. quanto magis cõuenit ad vsum huius sacramenti adhibere tale oleum q̃ à lucernas in templo & synagogis? deinde per excellentiã & antonomasiam per oleũ intelligitur hoc ipsum oleũ oliuarum, plurimúmque illud est huic sacramento cõueniens, vt sic exterior oliuæ proprietas internam significet virtutẽ huius sacramenti, multas enim habet hoc oleum conditiones eximias & præclaras quas hic breuitatis studio nõ recensemus. Vide autẽ Cyprianum in sermo. de vnctione chrismatis, Origenes homil. 14. super Leui. & Gregor. lib. 19. moral. c. 12. & 13. Representatũ & hoc olim est per ramũ oliuæ viridis quẽ columba in ore attulit in arcam Noe, vide de sacra. vnct. faciunt eo non parũ cõditiones etiam olei, est enim mite, tranquillũ, molle, neq; offendit, penetrat, fouet & cõfortat: salutare insuper est: & internã significat sanationem spiritus & cõscientię nitorem ad introitum vitæ æterne, quod autẽ salutare sit oleũ colligere licet ex Esa. (per abnegationẽ) quũ dicit, vulnus & liuor & plaga tumens, nõ est circũligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. sed quomodo triplex sit oleũ catechumenorum, cõfirmationis, & infirmorũ, iam supra dictum est

Mar. 1. *Iacob. 5.*

Exo. 27. *Leuit. 24.*

Oleum materia sacramenti.

Cypria. *Origen.* *Gregor.* *Gene. 8.*

est in materia confirmationis. Oleum itaque nucum non est idoneum ad hoc sacramentum, quia internum animæ gaudium & alleuiationẽ significat, quod nec faceret oleum nucum, nec esset ita cõforme huic remedio in significãdo: certe Grego. quoque homil. de decem virginibus affirmat ꝙ per oleum nitor gloriæ designetur. ¶ Est autẽ hæc vsque adeo propria illius sacramẽti materia, vt neq; summus pontifex nec concilium possit immutare (hoc est quod dicimus in scholis, quia possunt immutare materiam sacramentaliũ, sed non sacramentorum) sine reuelatione diuina. Sequitur inde errasse Armacanum in quæstionibus Armæniorũ, quando dixit Christum & vsum esse hoc sacramento & illud instituisse, quando fecit lutum ex sputo & liniuit oculos cæci, possẽque idipsum etiam hodie fieri: satis autẽ impremeditate asseruit hoc ille, quia nõ erat ibi materia in qua oportet hoc sacramentum adhiberi, quanuis magnũ sit grauamen & grauissima pœna esse cæcum, non tamen ægritudo lætalis existit, quæ hominem constituat in periculo vitæ suæ, ideóque cæcus iste capax non erat huius sacramenti: deinde nec materia vera ibi fuit in qua conuenit illud sacramentum vsurpari. Cæterùm quur non etiam hic commiscearur oleum balsamo vt in confirmatione, causa designari talis potest, quod balsamũ vt suprà diximus propter odorem quẽ habet gratissimũ significat odorem boni nominis spectatæque famæ qua nõ perinde indigent emigraturi ex hac vita, sed eis sufficit nitor conscientiæ sanæ, qui per oleum oliuarũ repræsentatur. (vide c. 1. de sacra. vnctionis.

Li. 9. c. 14 *Ioan. 9.*

Cæcus à Christo nõ vnctus sacramẽtaliter.

2 Atqui nondũ satis est materiam hanc esse oleum oliuarum, nisi accedat insuper & consecratio episcopalis, quãuis enim baptismus fieri potest in aqua nec benedicta nec consecrata, ideo quia vt ait Beda, Christus tactu suæ mundissimæ carnis dedit vim regeneratiuam aquis, id autem in oleo non fit, quũ interim reliquæ vnctiones fiunt oleo consecrato, vt sit verisimile, authore Alberto, Apostolos etiã quando vnxerunt infirmos, oleo vsos fuisse antea à Christo consecrato, siquidẽ de hoc oleo volũt doctores Dauidem quoque esse loquutũ quũ dixit, oleo sancto meo vnxi eum: ecce oleo sancto, inquit, vt non intelligas quoduis oleum. At dignitatem huius sacramenti non parum quoque facit, ꝙ materia eius tantũ cõsecratur ab episcopo, siquidẽ Innocentius

Beda. *Albertus.* *Oleum sit consecratum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

papa putat illud à solo deberi confici episcopo, propter ipsius excellentiam, quòd autē Iacobus de presbyteris loquitur, inde factum est, quod episcopi aliis occupationibus impediti non possunt omnes visitare infirmos. Pręterea & hoc ibi innuitur, quòd operatio sacerdotalis à potestate promanat episcopali, neque enim vel hoc vel aliud quodcunque sacramentū possent presbyteri tractare, nisi eam potestatē ab episcopo suscepissent. adducere solent in hoc verba Dauidis, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron, quod descendit in oram vestimēti eius. virtus enim huius vnctionis descendit à capite Christo in episcopos, & ab aliis deinde in oram vestimenti, hoc est in reliquam plebem fidelium (scio quòd Hiero. explicat vnguentum in capite diuinitatis descēdere in barbam, hoc est Christum, & in oram vestimenti, id est ecclesiam, alij barbam faciunt apostolos.) Sciendum tamen hic est oleum non consecratum. fieri consecratum, quando cum consecrato permiscetur, non secus quàm quum pannus non benedictus vesti consecratæ adsuitur, vel quando aqua non benedicta in benedictam infunditur, tota benedicta efficitur, c. quòd in dubiis, de cōse. eccle. vel alt. & gloss. de alea. 97. distin. presbyteros, id tamen sic intelligendum est, ne oleum additum superet ipsum consecratum in quantitate. Hinc facile patet, quomodo sacramenti huius debeamus excellentiam ponderare, quod ex oleo oliuarum tantū administratur & exhibetur, salutarē scilicet significans animæ medicinā. nihil enim vt ait Hieron. sanctificatur nisi per vnctionē. Adhuc quoque sanctimoniā huius sacramenti id indicat quòd non nisi in materia consecrata administratur, neque minus arguit eius eminentiam, quod illius materiam oportet ab episcopo tantum cōsecrari, maximū argumentum est, quod à solo episcopo etiam deberet adhiberi, nisi aliud expostulasset hominum necessitas, vide c. illud, &c. presbyteros. 95. distin.

Psal. 132.

Oleum miscere.

Hierony.

3 Satis iam de materia huius sacramenti diximus, proinde ad formam progrediamur, quum enim Iacobus iubeat presbyteros orare super infirmum, vt sic oratio fidei saluet infirmum, non est hoc intelligendum de fide vngentis, sed ecclesiæ, in cuius fide omnia administrantur sacramenta. quum autem sacerdos aliquid orat vt publicus ecclesiæ minister, vocali facere hoc oratione debet, vt alibi in Homi-

Iacob.

de

de oratione disseruimus, sed quæ sit huius orationis forma quęret forsan aliquis, sanè ea triplex est, prima Gregoriana siue Romana deprecatiua est in hunc modum, per hanc vnctionem & suam piissimam misericordiam dimittat tibi dominus quicquid peccasti per illicitū visum, auditū, &c. Altera forma absolute est indicatiua & dicitur Ambrosiana, ꝙ ea vsus sit Ambr. & sic habet quum ait sacerdos, vngo oculos tuos oleo isto sancto. ¶ Tertia porro formula ex vtraq; composita est, vbi video Albertum magnum affirmare plerásque ecclesias obseruare formam illā indicatiuā, puta omnes ecclesias superioris Germaniæ. mihi quoque cōstat antiquissimos libros istius prouinciæ (arbitror autem eum loqui de Gallia vel Germania inferiori) habere hanc formam verborum, & erant sanè libri adeò vetusti, vt vix dimidiam partem liceret legere. ¶ Ex horum verborum admiratione conquisiui vetustos huius ciuitatis libros, siquidē Carolus magnus mentionem huius ciuitatis facit in suo testamento, vbi quoq; in antiquissimis libris illud quod habet Albertus circa formā huius sacramenti sic obseruatū, est vngo oculos tuos oleo sancto, in nomine patris, & filij & spiritus sancti, vt quicquid peccasti per visum illicitū emundetur & dimittatur per vnctionē, &c. Porrò quum viderem etiam libros recens impressos inueni vtranq; formam sic connexā, vngo oculos tuos oleo sancto, in nomine patris & filij & spiritus sancti, vt quicquid visu illicito peccasti dimittatur per huius olei vnctionem, idq́ue per dominum nostrum Iesum Christum, ibi in medio impressa sunt, verba substantialia, Per istam sanctissimam vnctionē & suam piissimā misericordiā dimittat tibi dominus quicquid peccasti visu oculorum tuorū, per Christum dominum nostrum, pax tecum & cum spiritu tuo. Est quidem nonnulla variatio pro diuersis diœcesibus, sed substantialia omnia conueniunt, & tamen firmiter credendum est quòd vbicunque sola forma Ambrosiana vsurpatur. etiam ibi conferatur sacramentum, quia & in aliis sacramentis absolute indicatiua forma vsurpatur, vt in baptizo te: in sacramento confirmationis, consigno te: in sacramento quoque altaris, hoc est corpus meum: in pœnitentia, absoluo te: in matrimonio etiam contrahitur & fit copulatio verbis de præsenti (scio Bonauenturam & Thomam ambos sanctos contrariū sentire, ideoq; conciliū sanctū, vt

Tom. 2.

Triplex forma.

Ingolstadium.

Thomas.

Ambrosian. ait Petrus de Palude, decreuit ritũ Ambrosian. in sua diœcesi Mediolanensi obseruari debere, ob honorem & memoriam tam sancti viri & præclari doctoris, aliàs tamen per vniuersam ecclesiam obseruandam esse missam & ordinationem Gregorij, quanuis non æquè omnes doctores satis apertè de hac re loquuntur, vt Antonius, Capreolus, & cæteri. Si mihi esset obsequiale Mediolanense, possem tunc manifestius & constantius super hoc pronunciare, nunc omitto. 4 Rectius tamen facit minister minúsque dubitationis cõmittit, vtens forma illa Romana deprecatiua quam docuit Petrus & Gregorius in omnibus ecclesiis præcepit obseruari, sicque connectit vtranque, nam tunc nihil dubitationis reliquum erit Christianis, eo quòd Iacobus quoque orationem vocat. Ambigere autem quis posset quum altera forma sit absolutè & simpliciter indicatiua, altera deprecatiua, si quis pronunciet ambas, quod tunc bis conficeret sacramentum, in vnica materia, propinqua rursus confici & reiterari? Respondent ad hoc doctores, quòd quum vtraque hæc forma vsurpatur, tunc sola illa deprecatiua sit substantialis in sacramento, altera autem indicatiua præparatoria tantum ad sacramentum, ita Thomas & alij declarant, neque discordat Albertus quum ait, prior forma ornamenti loco est & decorum supplet in sacramento, in posteriori autem est sacramentum substantiale.

Gregor.

Iacob. 5.

Sacramentum nõ bis confertur.

Albertus.

¶ Sequitur inde, vt sacerdos administrans hoc sacramentum sit prouidus in hoc, ne intentionem sacramentalem dirigat ad formam priorem, sed posteriorẽ, vnde prudenter cautum est in diœcesi Eychstettensi. sicut & per rubricam admonetur sacerdos, vt intentionem suam habeat ad verba postrema, tanquá ad formam substantialem. Ad hæc quum oleum non solum sit hoc sacramentum, sed ipsa vnctio, adhibita quoque forma certa vt nunc ostendimus, requisito etiam ministro idoneo, & debita intentione seruata, consequitur hinc iam, vt sacerdos simul & inungat, & formam verborum pronunciet, ex regula beati Augustini super Ioannem. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, quo dicto vtuntur doctores in omnibus sacramentis dempta pœnitentia, in qua potest confessor pœnitentem absoluere aliquantulo tempore post confessionem, vt suprà diximus. Aliàs materia & forma paribus semper passibus ambulare

Augusti.

ambulare debent, atq; hoc facit contra rudes & ignauos sacrificos, qui formam memoriter non tenent, sicut Petrus de Palude refert vidisse se quomodo quis peracta vnctione tota, tandem recurrebat ad librum legens inde formam verborum. Erroneum hoc est & animabus damnosum, neque cura animarum istiusmodi hominibus est committenda.

Forma simul sit cũ vnctione.

¶ Præterea admonendi & hoc estis mihi, quòd nonnulli postremo deniq; loco subiungunt illud in nomine patris, & filij & spiritus sancti, & non ad singulorum membrorũ formas repetũt ea verba, atq; id nõ modo nõ iniquũ sed & multum rationabile est. habet enim hoc egregium argumentum declarandæ vnitatis in hoc sacramento, quum singulę membrorum formæ in eandem desinunt conclusionẽ, quasi vnica ea tantum forma existeret, sicut & vnctiones omnes vnicum tantummodo conficiunt sacramentum (vide Vdalricũ surgant in suo manuali &c. ¶ Omnia hæc sacramenti illius eminentem arguunt dignitatem, hoc enim solum & plane aliud nullum sacramentum ex Romanæ ecclesiæ consuetudine est in sua substantiali forma precatio. quàm sit autẽ efficax hæc oratio, alibi diximus ad longum, est quoq; hoc piè recolẽdum quod singulis membris cum peculiari vnctione certa etiam adhibetur oratio, & quum hoc sacramentum id operetur quod significat necessaria est in singulis membris peculiaris operatio huius sacramenti ad diluẽda peccata, vt sic homo in corpore ab eis purgatus feliciter commigret ad dominum, Amen.

August.

HOMILIA LV. DE MINISTRO HVius sacramenti, & quis debeat illud suscipere.

¶ Si quis infirmatur in vobis, inducat presbyteros ecclesię, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Iac. 5.

AVdiuistis hactenus, quidnã sit hoc ipsum vnctionis extremæ sacramentum, audistis & institutionem eius, materiam quoq; & formã, reliquum est vt dicamus de ministro: qui quidem nec in extrema necessitate potest esse laicus, quia nullum sacramentum quod non est necessarium ad salutem potest conferri ab homine non habente aliquam potestatem & authoritatem in ecclesia: testatur idipsum Dionysius dicés, esse quosdam in ecclesia qui sanctã

De eccles. hier. ca. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& principem exercent operationem, alij autem sunt qui sũ
scipiant: idem quoq; constitutum est per Innocentium ter-
tium & Alexandrum tertium de sacramen. vnct. cap. vnico
& capit. quę fuit de verbo. sig. ¶ Vnde sequitur, quòd quã-
uis plurimi scribunt Mariam multos vnxisse infirmos qui
statim conualuerunt. Ita enim Tho. palude, Brulifer faten-
tur, nõ memini me legisse apud antiquos: etiãsi simile quid
perhibent historiæ de sancta Genouefa virgine Parrhisijs,
tamen illæ vnctiones non fuerunt sacramentales, sed medi-
cinales tãtum. equidem miraculosas dicere malim, quoniam
illæ non naturaliter sanauerunt ęgrotos, sed miraculose per
gratiam spiritus sancti, quam Paulus vocat gratiam sanita-
1. Cor. 12. tum, siquidem hæ sacramentales sane non sunt, quia Maria
clauium sacerdotaliũ potestatem non accepit, vt fuerit san-
ctissima. ¶ Sequitur hinc diaconum non posse administra-
Iacob. 5. re hoc sacramentum, eo quòd manifestè dicit Iacobus, Infir
matur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, nõ laicos
commemorat, neque diaconos, proinde ea sacerdotalis tan-
tummodo est potestas, quæ quamuis in sacramento ordinis
non exprimitur manifestè vt reliqua officium hoc concer-
nentia, vsus tamen obtinuit, ne cui vnctio conferatur extre
ma, nisi prius absoluto & eucharistiæ sacramento prouiso:
sed hæc aliàs, quando de vario diœcesum vsu dicetur.

S. Lauren. calicẽ ministrauit. ¶ Dices autem & tu, nonne Laurentius administrauit cali-
cis sacramentum, sanguinem Christi, quod longè superat
vnctionem, quur non poterit exhibere & hanc ipsam? Audi
vicissim, quoniam diaconus potestatem suscipit (vt infrà di
cetur circa materiam ordinis) legendi euangelium, ministrã
di presbytero, & illi assistendi in officio suo: ideóq; in pri-
mitiua ecclesia tempore martyrum, quando sacerdos distri
buebat sacramentum sub specie panis, diaconus tanquam
minister eius dispensabat calicis siue sanguinis Christi sacra
mentum: vnctio autem illa nõ perinde est communioni an-
nexa, sicuti nunc in multis ecclesijs fuit consuetum circa cõ
munionem calicis. Deinde ea doctorum quoque sententia
est, vt maximè potuerit diaconus administrare sacramẽtum
altaris, quẽadmodum & in casu fieri potest deficiente presbytero, non tamen inde sequitur, posse eundem exhibere
etiam extremam vnctionem, quia omnis tum virtus tũ ope-
ratio in sacramento altaris consistit citra aliquem ministri
respectũ.

Vnctio Mariæ.

respectum. vnctio autem, absolutio, & confirmatio pecu-
liarem requirunt etiam in administrãte virtutem. Præterea
non exigua inter exhibtionem calicis domini & vnctionis
differentia est. diaconus enim sacramentum calicis non con
ficit, sed illud iam ante est in officio misse consecratum, cu-
ius minister tantum existit diaconus, nihil addẽs de suo: hic
autem qui porrigit hoc sacramentum, simul quoque cõficit
vt commissionem habens à Christo, quia in hac vnctione
prolata verborum forma fit demum vnctionis sacramentũ,
licet enim id antea ab episcopo consecratũ, tamen non oleũ
sed vnctio est sacramentũ (eucharistia est sacramentũ inesse
quieto, vnctio inesse successiuo & transitorio ipso actu.)

2 A priori itaque sententia nondum discedimus, quod sa
cerdos etiam non episcopus idoneus sit huius sacramẽti mi-
nister, & nullus illo inferior in statu, quoniam tantum ista
duo sacramenta confirmatio & ordo relicta sunt episcopis,
ex causa quæ circa quodlibet sacramentum assignari solet,
iuxta illud Dionysij, quia sacerdotes officium habent illu- Dionys.
minandi per doctrinam suam & administrationem sacra-
mentorum, episcopi autem tanquã supremi hierarchæ. san-
cti gubernatores ecclesiæ potestatem etiam habent perficiẽ
di de tribus iis actibus hierarchicis, purgatione, illuminatio
ne & perfectione attigimus quędam in materia angelorum
circa festum sancti Michaëlis. Quanuis nunc quilibet sacer- Tom. 3.
dos posit esse idoneus minister illius sacramenti, nullus ta-
men administrare debet extra necessitatẽ quæ legi non sub-
iacet, nisi sacerdos proprius, hoc est episcopus siue parochꝰ,
aut qui ordinariam ab illis habet potestatem: sicut enim epi
scopus consecrare non debet qui in aliena sit diœcesi, ita ne
que oleo vngẽdus est quisquam, qui in alterius sit parochia
& iurisditione spirituali, idq; ob vitandam cõfusionẽ inor-
dinatam in ecclesia Dei, atq; vt disciplina ecclesiastica serue
tur: ideoq; religiosis & mendicantibus quatuor, scilicet or-
dinibus sub pœna excommunicationis prohibitum est, quã
ipso facto incurrunt, ne cui vel sacramentum altaris vel ex- Cle. veli.
tremam conferant vnctionẽ sine indulgentia & permissio- de priui.
ne parochi. qui si impeditus fuerit aut absit, tunc sanè pro-
ximus quisq; sacerdos potest sacramentũ hoc administrare. Vnus sa-
Quódq; iam de presbytero diximus, de vno tantum intelli cerdos vn-
gi volumus, quãuis enim Iacobus pluratiue loquatur, tamen git.

ibi numerus pluralis pro singulari ponitur, ait Michaël de Bonon. atq; hunc sensum nobis offert praxis ecclesiæ, nã & si plures possint in extrema vnctiõe adesse sacerdotes, quod fere in monasteriis fit, ex iis tamen vnus tantum & verba pronunciet sacramentalia, & cum hoc vngat. Quoniam sic conciliũ Toleta. reprehendit quendã episcopũ, qui oculorũ morbo grauatus ipse quidem ordinabat alios, alio interim pronunciante verba, siquidem duo sacramenta imperfecta vnũ perfectũ non faciunt, sacramenta autẽ ecclesiæ & vnica sunt & vnitatis sacramenta: vnde mirum mihi fieri solet de Marsilio quomodo dixerit mutũ & manib⁹ priuatum posse baptizare paruulũ, ꝙ vnitas sacramenti nũquam tolerabit.

C. quorundã. 23. dist.

C. quia passus. de consec.

3 Veniamus nunc ad eos qui sint huius sacramenti capaces, vbi principio liquet homini sano conferendũ non esse, quia Iacobus de infirmantibus loquitur non bene valentibus. Ea enim huius sacramenti velut propria conditio est, quòd foris agitur in eo, quicquid intus significatur: significatur autem interna curatio animæ à vitiis suis, ideoq; & soris in corpore oportet esse ægritudinem quã comitatur medicina, sub cuius forma & modo administratur hoc sacramentum. Nisi forte quispiam ex instinctu spiritus sancti appeteret hoc sacramentum, sicut refert Paludensis de quibusdam sanctis qui statim postea sint mortui, quam susceperint vnctionis sacramentum, veluti prædixerant. Et in hoc casu sacramentum illud confertur etiam sanis, tamen certo citóque morituris, idq; per viam naturæ. nam & illi connumerantur infirmis, etiam si infirmitatem non sentiant. Consequitur inde, quòd qui sententia lata cuicunq; adiudicentur generi mortis, quanuis bene valeant, non sunt tamen huius sacramenti capaces: simile est de omnibus sanis, & tamen in periculo vitæ constitutis, vt sunt puerperæ, & qui vel ineũt certamen, vel periculosas suscipiũt nauigationes, quoniam non infirmantur: quod autẽ sunt in periculo mortis, potius ex fato vel humana prouenit volũtate quàm cursu naturæ, siquidem pleriq; in bello pereunt duris dentibus, quod dicitur, an autem alicui infirmo, & ad mortem iudicato sit cõferendum, dubium quidem id est, sunt enim qui putẽt eum iam factum ex lata sententia infamẽ, alij arbitrantur porrigendum ei esse nõ minus quàm pœnitentiã & Eucharistiã, verũ in hoc casu quisq; obseruet suæ diœcesis cõsuetudinẽ.

Iaco. 5.

Qui sint vngendi.

C. super eo de hæreti. lib. 6.

4 Porrò

4 Porrò nec quælibet infirmitas sufficiens est ad arguendam huius sacramenti capacitatem, sed quæ multũ sit periculosa iamq; minetur mortem, quàm diu enim vitæ spes est in aliquo, non debet ei conferri, quia vnctio vocatur extrema, locum non habitura in paruis, vel diu durantibus morbis, & qui alicui, vitam tantum prorogant, vt sunt podagra, calculus, &c. sicut refert Aristoteles in libro de longitudine & breuitate vitæ. ¶ Non vno tamen modo baptismus dici solet sacramentum primum, & hæc vnctio extrema, sed ideo baptismus primum est sacramentum, quod nullum possit esse ante eum, quum ipse sit quasi quidã ingressus & ianua omnium sacramentorũ propriè loquẽdo, quoniam si quis ordinatus in presbyterum, comperiat se deinceps non esse baptizatum, ordo futurus esset nullus: qui autem vnctionem suscipit extremam, potest reualescere & sano deinceps corpore citra impedimentũ particeps esse aliorum sacramentorum. quid quod in nõnullis diœcesibus ea seruatur consuetudo vt infirmus primum suscipiat vnctionem, & deinde tandem Eucharistiæ sacramentum pari modo si post extremam vnctionem infirmo occurrat aliquid confitendum, etiam tunc sacerdos non debet illi sacramentum absolutionis denegare. ¶ Quare aliquis iam mortuus non debet hoc sacramento inungi, neque enim amplius est eius capax, quum non sit viator, & ideo in eo esse non potest virtus & efficacia sacramenti, quoniam sic ait Sapiens, lignum vbi ceciderit, ibi iacet: & Christus minatur vẽturam noctem in qua nemo operari queat, significans mortem imminentem: futura insuper ea esset ignominia sacramenti, vt cum illo putre, examine & exangue cadauer inungeretur, quod gratiæ diuinæ capax non est, quum tamen illius infusio cõmunis sit omnium sacramentorum operatio. Patet nũc illam vnctionẽ qua Dionysius refert perungi solita quondam in ecclesia primitiua mortuorũ corpora, non fuisse sacramentalẽ, narrat enim ille quia post missam (ecce quomodo etiã temporibus apostolorũ moris fuit, super corporibus mortuorũ diuina celebrare officia) & post denunciationem mortuorũ, habitámq; super eos orationem, sacerdos salutabat mortuum (puta salutatione huiusmodi, pax, siue dominus tecum, aut consimili) salutatione dehinc ab omnibus facta, episcopus fuso super mortuum oleo rursus

Baptismꝰ primũ sacramen.

De presbyteris nõ baptizatis. cap. veniens.

Eccle. 12. Ioan. 10.

Mortui nõ vngendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orabat, postea corpus deponebatur in honestum locum sepulturæ. Vtiq; hæc olei infusio nõ fuit vnctio sacramentalis ex rationibus supra assignatis, sed cõsuetudo cæremonialis pia tamẽ & christiana, sicuti nunc suffitus thuris & aspersiones aquæ benedictæ fiunt super corpora mortuorũ. Nõ esse autẽ illam infusionem olei sacramentũ (sicut turpiter errauit Stapulensis, somnians septẽ cõtinuis diebus mortuorum corpora esse à sacerdotibus peructa, quod sane multũ aduersatur consuetudini ecclesiasticæ) facile colligitur ex verbis Dionysij, quũ ait, Memẽto vt in prima sancta regeneratiõe ante sacrũ baptisma, prima sancti symboli participatio traditur initiãdo, post priorem omnem abiectam vestem, sancti chrismatis oleũ, & nunc in fine omniũ defuncto itidem infunditur oleũ. Atqui tunc quidem olei vnctio baptizandum euocabat ad sacra certamina, nunc autem infusum oleũ signat eum qui defunctus est eadem sacra egisse certamina, sic fuisse cõsummatũ. Pulchre hic declarat Dionysius, quid sibi ista voluerit inũctio, defuncti, ne quicquã cõmemorat de operatione sacramẽtali, infusione gratiæ & remissione peccati, sed cõparat eam illi vnctioni quę fit ante baptismum. constat autem istam nõ esse sacramentũ, quia aliàs baptismus primũ sacramentũ nõ esset. Constanter itaque adhuc cum ecclesia cõcludimus defunctos non esse huius sacramenti capaces. Quæres, quid agat sacerdos, si inter manus illius moriatur infirmus? vel si dubitet ille de membro aliquo, viuátne an ne sit mortuum? Respondetur, quòd quum incepit iam vngere sacerdos, & vnctione nondum completa, moritur infirmus, desistere tunc debet, si autem de vita dubium est, sic faciat vt in baptismo, vngens eum sub cõditione tali, si mortuus es, equidem te non vngo: si autem viuis, per hanc sacratissimam vnctionem, &c.

Error Stapulẽ. Vbi supparte. 2.

¶ Quamuis ergo sacramenta ecclesiæ debent esse integra in hoc tamen casu non potest illud subsistere ob præmaturam infirmi mortem, ideoque sacerdos non pergat procedendo videns illum mortuum, sed potius summum pontificem Christum oret, vt ipse dignetur implere, quod sibi non licuerit facere morte præpedito, requiem quoque mortuo precetur æternam, quam nobis quoque concedat dominus noster Iesus Christus, Amen.

Homilia

HOMILIA QVINQVAGESIMASEXTA, de suscipientibus vnctionis sacramentum & in quibus membris.

¶ Si quis infirmatur. Iacob. 5.

Innocent. ca. illud 95. dist.

HOmilia superiori disseruimus de ijs qui suscipere debeant hoc sacramentum, supereſt ex dictis fragmẽtum quod nunc absoluemus, ne pereat: homini igitur ei qui pœnitentiam non egerit, hoc quoq; sacramentum porrigẽdum non est, ita Innocen. 1. inquit, non pœnitentibus illud fundi non potest, quia genus est sacramenti. nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnum genus posse putatur concedi? non pœnitentem intellige eum, qui sacramentum pœnitentiæ recusat accipere, quum potest, sed contemnit, maximè qui tempore paschali confessus nõ est, vel etiam aliquot annis antea. neq; apparent pœnitentię signa. Diuersum est in eo qui tpore paschali paruit præcepto ecclesiæ, etiãsi morbo lętali obruatur tanto, vt nequeat confiteri, vnctionis tamen sacramentũ ei debet administrari, præsumitur eñ de vnoquoq;, quod propriæ suæ salutis non obliuiscatur, vnde & præsumendũ est eum habere cõtritionem in corde, etiamsi non possit ore exprimere. Porro quum suprà auditum sit & infrà melius declarabitur, sacramentum hoc esse institutum contra venialia peccata. qui vel insaniunt semper vel aliàs fatui sunt & deliri, huius sacramenti non sunt capaces, quia peccatum actuale nullum habẽt: sin autem quis antea fuisset compos rationis, & labatur in amentiam, is sane pro tali habendus est? qualé se gessit antea, quum haberet rationis suæ vsum: nisi forte iam vitam vixisset christiano indignam, sine omni pœnitentia, talis enim etiã insania censendus est pro indigno, sed si antea pie vixit, etiã tunc pro Christiano haberi debet, nisi forsitã ita fureret & grauiter insaniret, vt inde sacramento ignominia inferretur, vel homines alij hinc offenderẽtur, tũc satius est omittere: sed si gestibus & moribus fuerit compositis, etiam si deuotionẽ non exhibeat, exhiberi tamen ei debet hoc sacramentum, quia non requiritur deuotio actualis in eo qui sacramentũ susçipit dignius. Exemplũ tale proponunt doctores, si quis ex animo & toto cordis desiderio ap-

Fatui & furiosi.

Furiosus capit sacramen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

petit sacramentũ corporis Christi,& priusquã illud ei deferatur,furore corripitur,volunt tunc quoq; dandũ ei esse sacramentũ,etiam nõ declaranti aliquam deuotionem,modo ne sit importunus, vnde iniuria fiat sacramẽto. Subscribit huic sententiæ & concilium quartum Carthaginẽ,canone.7 6.quum ait,Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eũ sacerdos inuitatus venit,oppressus infirmitate obmutuerit,vel in phrenesim versus fuerit dent testimonium qui eũ audierũt,& accipiat pœnitentiã, & si continuo creditur moriturus,recõcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia,si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus,quàm diu sacerdos qui pœnitentiã dedit,probauerit(adde cano. qui recedunt, vigesimosexto,quæstione,6.cum concordantibus,disputationes doctorum remitto ad scholas) omnium istorũ caussa est hęc,quoniam etsi præparatio susçipientis sacramentum nonnihil facit ad meritum,ipsum tamen sacramẽtum operationem suã & effectum habet ex opere ipso in se(in scholis sic dici solet,deuotio susçipientis auget meritũ ex parte operis operãtis,sed sacramẽtũ habet suã efficaciam ex opere operato.) 2 Præterea infantes quoq; & paruuli, omnes nondũ habẽtes vsum rationis vngendi non sunt, qui actualiter non peccarunt,ideoq́ue nec illius sacramenti forma eis competere potest,etsi peccatũ habẽt originale,illud oportet per baptismum dilui, vnde nec vsus ecclesiæ inungendi paruulos(omitto quæ vir doctiss. Ioãnes Maioris Glegornen. inquisitiue proponit de iuuenibus in quarto. (Qua autẽ ætate esse debeant vngendi hoc sacramento,non plane concordant omnes tum doctores,tum diœceses,G.Durandi(modo ne insit vitium libro) terminum prefigit.18.annorum,alij.8.vel.10.annos cõstituũt,sed si inspiciamus sacramenti huius effectum & virtutem contra peccata venialia,atq; diabolicas suggestiones,equidem sic video & doctoribus & rationi esse conforme,vt omnibus ijs qui ad vsum rationis peruenerunt,iamq́ue norunt discernere inter bonum & malum,ac iam potuerunt mortalibus & venialibus peccatis transgredi & præuaricari,sacramentum hoc sit administrandum,nec aliquis in hoc vlterior terminus præfigẽdus. ¶ Beatus enim Gregor. refert de filio cuiusdam Romani

26.q.6. 15.qui.

Paruuli non vng.

mani quinquennali,nimis delicate & indulgenter educato ita vt iam peieraret & blasphemaret, imminente autẽ iam morte illius,apparuerunt dæmones paruulo illi qui ibi infœlicem suũ exhalauit spiritum. ¶ Moneantur hoc exemplo parentes qui nimis molliter educant liberos, vt mature eos castigent,neq; indulgeant omnia, multo mínus scelera eorum occultare vel excusare debebũt, dicẽdo paruulos esse rudes,& rationis experres,ideoq́ue cõniuendum. ¶ Ecce quomodo Gregorius narrat hoc de paruulo quinquénali, qui si potuit intelligere malum,quomodo nõ doceri poterat etiã quòd bonũ est?de educatione tamẽ liberorum vide homilias collegæ mei de decẽ præceptis. Volens hic intermitto illud quod quæri solet de Maria matre Iesu,an & ipsa sit vncta ante mortem suam,vt Albertus & quidã putarunt,quum enim iam ante fuerit plena gratię,quũ ab angelo salutaretur,quantũ creuit in gratia,in ipsa Christi cõceptione,natiuitate,passione,& spiritus sancti missiõe? Quãdo igitur patrona illa & mediatrix est atq; adeò protectrix omnium peccatorum & infirmorũ, vncta vtique fuit plenitudine gratiæ à spiritu sancto,neque ei competere potuit forma illius sacramẽti,vt per hanc vnctionem delerẽtur ei omnia peccata, quum fuerit tota pulchra & expers omnis maculæ peccatorũ,sicut in homilia de eius cõceptione diserui mus,vnde mihi verisimile non sit,illã vtique sanctissimam susçepisse hoc sacramẽtũ,& vt maximè susçepisset,tamen nihil inde accessionis factum esset in ea quo ad gratiã Dei auctiorem, quoniam si Abraham, quãto inferior quã Maria in gratia,nullã sensit ex circũcisione gratiã quæ suæ plenitudini accessisset, sicut cõmuniter doctores intelligũt verba Pauli,q́ ille susceperit signũ circũcisionis,quasi non auderet dicere eum susçepisse gratiã circũcisionis , quanto minus Maria aliquod senserit argumentum gratiæ etiam ex hoc sacramento susçepto?

Lib.4. dial.c.18.

Lucæ.1. Maria n vncta

Cant.1. Tom.3.

Dist.1. quarti.

Rous. 4.

3 Multa quæ in controuersiam vocari solent, transeo, vt ijs liceat immorari longius,quæ ad ædificationem & instructionem vestram faciunt, audistis hactenus qui nã sint huius sacramenti capaces, reliquum est nunc ostendere in quibus tandẽ membris,illud sit administrandũ? Id vt explicare liceat facilius,age hinc ordiamur,& dicamus,non vniuersum sane corpus hominis esse inũgendũ,sed certa quæ-

Quæ mẽbr vngẽda.

dam & cõstituta membra, quoniam ita fit etiam incorporali medicina quod non operæpretiũ est totũ perungere corpus, sed ea tãtum membra in quibus ægritudo latet, & quasi radicatur: ideoq; etiã spiritualis medicinę vnctio fieri debet in ijs locis vnde origo manat & consummatio peccati pendet, contra quod institutum est hoc sacramentũ, ea sunt autẽ membra illa de quibus mox dicturi sumus. Verũ quidem hoc est quod peccatum latet & residet in volũtate, exerit tamẽ se & manifestatur in opere per membra exteriora, ideoq; non voluntas hominis, sed extrema membra sunt hoc visibili signo illius sacramenti perungenda. Sed nondũ hæc intelligis? crediderim id quoq;, nã & mihi nõ parũ laboris facessit tanta diœcesum diuersitas, vt iã non videatur esse satis, ista applicare ad nostrã tantũ diœcesim Eychstetten. si forte in aliorũ quoq; manus peruenerint hæc nostra scripta. vt ergo omnes habeant huius rei fundamentũ, porro iam paulo procedendũ erit generalius. Quãdo tres sunt in nobis virtutes animæ, ad peccata venialia multũ pronæ, apprehẽsiua, appetiua & sensitiua, ideoq; in omnibus istarum virium mẽbris, quantũ honestatis permittit ratio, potest hoc sacramentũ vnctionis administrari. Alij virtutes illas animæ vocant, sensitiuã, generatiuam & motiuã. apprehensio ergo siue sensatio in. 5. sensib. latet, generatiua in lumbis, motiua in pedibus, ita erunt capitales vnctiones septem. 5. sensus, lũbi & pedes, quũ autẽ oculi sint gemini, totidem aures, manus quoq;, lumbi & pedes, partiales erunt vnctiones. 12. mirũ de Scoto quòd numerauit duntaxat. 11. cum Brianſone & Scoticulis. ¶ Gerſon tamen & Michaël de Bononia admonent non malè fieri, si pectus quoq; oleo sacro perungatur. mihi id sane de nulla diœcesi certo constat. Deinde etiã si lingua quũ membrum sit multũ damnosum, vnde & Iacobus perfectum vocat, quisquis non offenderit in lingua, per linguam enim virtus motiua non raro peccat loquendo, sensitiua gustãdo in cibo & potu, nõ tamen inungitur, ne cui nauseam ingerat oleum, sed extrema tãtum modo labra solent perungi. 3 Notandus etiam solerter est ordo membrorum quomodo debeant inungi. 1. ocul. 2. aures. 3. nares. 4. labia. 5. manus. 6. pectus, lumbi in viris, in fœminis vero vmbilicus, pro cuiusque diœcesis consuetudine. 7. pedes. 4 Semper etiam mẽbra dextra prius

Augusti.

12. vnctiones.

Pectus.

Lingua. Iacob. 3.

Ordo vnctionis membrorum.

prius vngantur quàm sinistra quomodo autẽ vnctiones omnes referantur ad vnum instans prolationis verborũ vltimæ vnctionis, pro saluãda vnitate sacramenti, mitto ad scholas, non est pro plebecula, cuius est simpliciter credere.

4 Quandoquidem omniũ operum nostrorum origo est virtus memoratiua, effundẽs se per sensus exteriores, à quibus concipit rursus rerum exteriorũ cognitionem: ideóque vnctio quę fit in membris illorum sensuum, omnino necessaria est in hoc sacramẽto, atque id in omnibus locis est obseruandum: in reliquis autẽ membris licet vnctio solita fiat per ecclesiam Romanam, tamen quia sunt velut adminiculatoria sensuum membra, eorũ vnctio nõ perinde est necessaria, sed adhiberi potest vel intermitti pro cuiúsque diœcesis consuetudine: ibi enim locũ habet regula illa, vnaquæque prouincia sensu suo abundet. Hinc est q̃ ferè per vniuersam Germaniam ex innata modestia & verecundia communiter non adhibetur vnctio lumborũ siue vmbilici, quoniam prima velut scaturigo concupiscentiæ nostræ, vt ait Alb. ex sensibus emanat: proinde reliqua nõ sunt substantialia in hoc sacramento, sed potius propter honestatem & scandali vitationem fugienda, ne aliqua huic sacramento ignominia irrogetur. Eandem ob causſam in puerperis & mulieribus aliâs non bene apud se cõstitutis intermitti solet vnctio pedum, quod ea nõ sit necessaria. ¶ Præterea ob maiorem sacramenti reuerentiam, quum laicorũ manus vngantur intrinsecus, in sacerdotibus tantum vngendæ sunt foris, quia antea in sacramẽto ordinis sunt perũctæ, vt ait G. Durand. hinc institutum ab ecclesia est, ne fiat vnctio in fronte & scapulis, quoniã ibi iam antea sit facta in aliis sacramentis. ¶ Similiter si infirmus careat membro vngendo, vnctio tunc fieri debet in parte proxime contigua, faciunt idipsum quoque nonnulli, quum illarum partium membra fuerint infecta vel vlceribus vitiata, vel omnino talia quæ non liceat tangere. ¶ Quæri quidem hoc solet, an etiam cæcus natus debeat vngi in loco oculorũ, qui tamen videndo non potuit peccare? In muto minus dubium est, quoniam is etsi loquendo nihil peccarit, tamen edendo & bibendo vtique peccauit. ¶ Quoad cæcum autem, ferè consentiunt doctores, atque id quidem habet vsus, vt etiam loca oculorũ vngantur, licet enim actuali visu non peccarint, quis tamen

Vnctio mulierum.

Alb.

Mutilati.

Palud.

Cæcus.

credat eos non peccasse praua concupiscentia ad videndum illicita? ¶ Cæterùm an quis sæpius q̃ semel in vna ægritudine suscipere debeat hoc vnctionis sacramentum, etiam in controuersia vertitur. sunt enim qui dicant vnam huius olei vnctionem sufficere per integrum annum, vt G. Durand. & Brixnien. in repertorio. Alb. Magnus, tamen ponit tres menses. communis resolutio doctorum hæc est, quòd quilibet homo quotiescunque mortali laborat ægritudine, mortuens peccatis venialibus se esse obnoxium, sine quibus non facile transigi potest hęc vita, tunc potest illud suscipere sacramentum, neque debet alius in hac re modus vel terminus præscribi, quin potius si quis hodie suscepisset vnctionem, & melius haberet, post 14. autem dies recideret in morbum ita quòd periculum esset de vita, rursus potest accipere. atque hoc ecclesiarum nostrarum consuetudini & consentaneæ rationi magis est consonum, quia recurrente morbo, quid prohibeat repeti debere medicinam? Quũ itaque tantum sit in nobis malarum concupiscentiarum, per singulos sensus, quorum membra expurgat hoc sacramentum, quanto pręparatior inde erit homo ad ingressum regni cœlestis, in quod nihil coinquinatum intrabit? quanuis etiam fieri nõ potest, si quis saltem suæ sit rationis compos, vt non meminerit magis suorum peccatorũ videns se sic vndique per singula membra perungi, vt non nouum super iis dolorem sibi concipiat. debent autem ad hoc admoneri homines in publicis cõcionibus vt per hoc viuum & præsentaneum remedium magis moueantur ad salutarem conuersionẽ à peccatis, tandémque imminente mortis hora confirmentur aduersus insultus diaboli, multóque minori impediméto perueniant ad gaudia fœlicitatis æternæ, quam nobis donet omnibus bonorum omnium largitor Christus, Amen.

Sæpius inungi.

Apo. 11.

Nota.

HOMILIA LVII. DE FRVCTIBVS *& effectibus huius sacramenti vnctionis.*

¶ Si quis infirmatur inter vos. Iacob. 5.

INstitutione huius sacramenti, materiam, formam, ministrum quoque & qui sint illius capaces, quæque sint membra vngenda, satis hactenus mõstrauimus, nunc demum quòd præcipuum est aggredimur, & cuius gratia hæc omnia sint instituta à Christo, & in quem finem, quin inde fructus

fructus proueniat hominibus. ¶ Habet ergo principio sacramentum effectum generalem ex præsidio gratiæ diuinæ, sicut alia sacramenta, scilicet quia cõfert gratiam & eam infundit in animam suscipientis. Ita enim ait August. sacramenta veteris legis tantum promittebant & significabant, sed sacramenta nouæ legis etiam dant salutem. ¶ Sequitur inde, quòd si sint duo æqualis meriti, quorum alter moriatur sine hoc sacramento, alter vero particeps eius factus, hîc illo futurus est in æternum beatior, quoniam præterquam quòd in gratia est ei æqualis habet etiam insuper gratiã huius sacramenti. Deus autem maiorem gloriam elargitur eis, qui auctiorem habuerunt gratiam in hac terra, iuxta illud Prophetæ, exæquabit gratiam gratiæ, hoc est in proportione exæquabit gratiam gloriæ cum gratia huius vitæ. Porrò tanti momenti est talis gradus fœlicitatis, vt si sit aliquis in pœna purgatorij, malit eam sustinere vsque in diem nouissimum, quàm vt talem gloriæ gradum amittat, quapropter valde damnosum est si quis per negligentiã intermittat hoc sacramentũ. ¶ Hinc iam progrediamur ad particulares effectus huius sacramenti, quorum primus est & ferè præcipuus, peccatorũ venialium remissio, iuxta illud Iacobi, si in peccatis fuerit, dimittentur ei: vnde satis patet hoc sacramẽtum esse institutũ contra peccata, nõ tamen aduersus peccatum originale, quia illud delet baptismus, nec absolutè contra mortalia quæ diluit pœnitentia, ergo tantum venialia. quur id remediũ nõ faciat cõtra ea per vniuersam vitam nostram, sed differtur ad vltimũ articulum mortis, suprà diximus. ¶ Audio hîc obiicere aliquẽ, etiam pœnitentiam esse institutam cõtra peccata venialia. ¶ Verùm quidẽ est, imò ferè omnia in vniuersum sacramenta accidentaliter tollunt peccata venialia. pœnitentia verò nõ præcipuè ordinata est contra ista venialia, sed contra defectum perimentem spiritualem vitam animæ, id solùm fecit peccatũ mortale, atque in huius rei argumentũ suprà dictum est in sacramento pœnitentiæ pium quidẽ esse & salutare vt confiteamur peccata venialia, non autem necessariũ, nisi in certis casibus vt ibi clare potuit. ¶ Sed hîc mirũ cuipiam videri queat, quũ remissio peccatorum præcipuum quiddam sit in sacramentis, quare ibi per conditionem exprimatur? ait enim apostolus, si in peccatis fuerit: audiat ille, quoniam in aliis sacramentis

Effectus vnctionis gratia.

Super Psal. 4.

Zach. 4.

Iacob. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

effectus liberè & absolutè promittitur, quia forma eorũ est purè indicatiua, huius autem sacramenti formula deprecatiua est, vnde non merito peccatorum remissio promitti potuit per conditionem. Quæret adhuc aliquis, quidnam impulerit Iacobum ad hoc vt huiusmodi conditione expresserit effectum huius sacramenti? profecto præcogitauit ille & cognouit fore vt multi pij homines tã diligenti studio præparaturi se sint ad sacramentũ pœnitentiæ & corporis Christi, vt ibi eis remittantur peccata venialia cuncta: hinc subiecit, & si in peccatis fuerit quasi dicere velit, præsumẽdum est plerosque homines per pœnitentiã & sacramẽtum altaris abiicere omnia peccata, si ergo adhuc aliquid reliquiarũ supereſſet, idipsum dimittitur in hoc sacramẽto. Sed video nondum tibi satisfactum, obiicis itaque hic mihi etiã sacramentum corporis Christi esse institutum aduersus venialia peccata, nõ est autem vnius morbi nisi vnicum præcipuum remedium? Imò neque hoc ipsum eucharistiæ sacramentum præcipuè est contra aliquod peccatum ordinatum, sed potissimus illius effectus est incrementum gratiæ in susciente, vnde & nomen eucharistiæ traxit, quãuis synaxin appellent, alij, per accidens tamen sacramentũ quoque altaris delere potest peccata venialia, eò q̃ in illo augetur feruor charitatis, quem antea peccata venialia quadam tepiditate infecerant. 2 Alia huius sacramenti virtus est sublatio spiritualis fragilitatis, reliquiæ nimirum illæ sunt peccati originalis simul & aliorum mortalium, quæ minus dispositam sinunt esse mentem hominis, ablatis iis per hoc sacramentum, tunc denique redit in nobis alacritas animi, robur & consolatio. Id ita explicant nonnulli, sacramentum hoc ordinatum præcipue est & prodest aduersus quosdam defectus, per quos homo nõ plane moritur spiritualiter, & tamen languet, neque amplius valet firmiter perficere opera vitæ & gloriæ, aduersus huiusmodi defectus. hic animatur & confirmatur animus, quare Iacobus ait, peccata hoc est reliquiæ peccatorum dimittentur ei. Atqui reliquiæ illæ tribus modis considerantur, primo, inquantum impediunt meritum, sic auferuntur per sacramẽtum corporis Christi: deinde ea ratione qua resistunt viribus corporis, & distrahunt ascensum animæ in cœlum, maximè quum oriũtur ex peccatis oblitis, vel per ignorantiam perpetratis, sic tollun-

tur in hoc sacramento, cuius rei figura in veteri testamento hæc fuit, quod per singulos annos sẽmel vngebatur tabernaculum propter huiusmodi. vt sic dicam irregularitates, quæ obuenire poterant ex peccatis ocultis siue oblitis. Sed nequeunt illa satis capere simplices? Ecce adhuc apertius explicabimus illa ad mentem Paluden. & Antonini, quoniam imminẽte iam morte variis modis opprimitur anima. *Exo. 40.*

1 A diabolo hoste & tentatore cõtinuo, qui homines iãiam morituros infestat acerrime, sicut hoc iam olim ostendit Deus in mãledictione serpentis quũ dixit, tu insidiaberis calcaneo illius, calcaneum autẽ hominis vltimum vel extremum est, quare ibi mortem intellexit quam anxiè expectat diabolus, siquidem tunc validissimè hominem tentat. *Gen. 3.*

2 Hinc etiam opprimitur anima in morte, quòd nimium naturaliter dilexit corpus: vnde Paulus ait, nolumus expoliari sed superuestiri. sic ergo nimirum affecta anima corpori, negligit seipsam, ait August. *2. Cor. 5.*

3 Obruitur insuper anima dum reuocat in memoriã omnia peccata præterita, quæ tũc illi veluti noua obtrudit diabolus & aggrauat vehemẽtius, in hoc tantũ si posset eam in desperationem adducere, & desperãdo facere irrequietam.

4 Ad hæc non parum premitur anima & exhorrescit ab aspectu dæmonũ obuiantiũ illi circã tempus mortis, & properantiũ, si quid inde arripiant: certè enim qui nõ pepercit Chro, sed ad mortẽ ipsius accurrit, nec mihi parcet nec tibi. *Cloſ super Dan.*

5 Quin & contemplatione diuinæ iustitiæ perculsa efficitur anima videns eam flecti nõ posse, ideoque dum considerat iram Dei, pœnam & cruciatus inferni concidit tota & exhorrescit. Ex iis ergo anima perculsa tremit, horret & languet ad opera gloriæ, præcipuè verò si antea magnis luerit peccatis oppressa, timeátque ideo se derelictã à Deo contra omnes illas tentationes homo moriturus inungitur quasi fortis athleta, vnde robur recipit ad resistendum illis, atque hinc alacritas quædam enascitur, testante id Iacobo quum dicit, oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. sic enim animatus & confirmatus maiori cum alacritate morietur, & magis voluntarie vltro se offert in mortem, quare multum mœreri poterit apud dominum vt suprà docuimus in sacramento pœnitentiæ, & per Chrysostõ. imò Christum ipsum comprobauimus. *Iacobi 5.*

3 Ad declarandos huius sacramenti effectus non parum conducit etiam materia olei, quod significationes. 6. habet hincinde in sacris literis & doctoribus.

Luc.10. 1 Primum enim sanctificationē & sanationē insinuat, vt testatur exemplū Samaritani, qui vulneribus illius vinū infudit & oleū, facit ad hoc locus Esaię iam ante inductus.

Matt.25. 2 Oleum designat nitorem conscientiæ, vt in homi. de
Tom.3. 10. virginibus dictum est, cum latiori explanatione.
fol.5.

3 Robur quoque & obfirmationem membrorum significat, quapropter eo vtuntur athletæ congressuri.

Prou.21. 4 Notat & pacem & misericordiā & mansuetudinem, vnde ait Sapiens, thesaurus desiderabilis & oleū in habitaculo iusti. Dauid quoq; impinguasti, inquit, in oleo caput meū.

Psal.22. 5 Videtur respicere etiam sanctimoniam, in hoc enim
Deut.5. omnia veteris legis sacrificia aspergebantur oleo, excepto illo pro peccatis, vasa insuper, ipsique adeo sacerdotes, reges & prophetæ vti declarauimus, oleo vngebantur.

Psal.44. 6 Gaudium postremò significat & lætitiam, iuxta illud
Psal.103. Dauidis de Christo, vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, & alibi, vt exhilaret, ait, faciem eius in oleo & panis cor hominis confirmet: dominus etiam per Esa. sic dicit, vt darem
Esa.61. eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliū laudis pro spiritu mœroris. Hæc omnia pulchrè referuntur ad hoc ipsum vnctionis sacramentum. Cæterùm quæ nā ex iis duabus potissima sit huius sacramenti operatio, relegatum id sanè volumus ad scholas, quia priorem cōmendat Armacanus, Altisiodoren. Bonauen. Richardus, Scotus, Durand. Maronis, Maioris, &c. posteriorem refert S. Thomas, Alb. magnus, S. Anto. Petrus de Palude, Briāsō, &c. satis hoc est cuiq; homini pio vt credat sacramentū illud rite susceptum ab iis quibus necessariū est, vtrūque præstare effectū. Quapropter pulchrum est quòd doctores illis sacramentis septē tribuunt virtutes, nam in baptismo præcipuè confertur fides, in confirmatione fortitudo, in sacramento altaris charitas, in ordine scientia, in pœnitentia iustitia, in matrimonio continentia, & in sacramento vnctionis peculiariter confirmatur spes, quoniam ibi homo erigitur in spem bonam suscipiendę felicitatis, vnde infirmo animo redit & quidē fortior, vt inde facilius moriatur dum adeò ardenter sperat vitam se consequuturum æternam, iuxta illud Iob, habebis fiduciam,

duciam proposita tibi spe, quoniam spes eorum immortalitate plena est. 4 Tertia porro huius sacramenti operatio accidentalis est, quoniam licet directe non medetur peccato mortali, fieri tamē potest vt accidat illud, quod autem nō curet mortalia hoc sacramentū, & suprà docuimus quomodo illis medeatur pœnitentia, & hinc quoq; collectu facillimum est, quia sicut corporaliter non confertur medicina mortuis, sed male habentibus, ita spirituale remediū nemini impendi debet nisi ei qui per gratiam Dei iam viuit, quisquis autem est in peccatis mortalib⁹ demersus, spiritualiter mortuus est sicut vocabulum ipsum sonat, & affirmat Paulus, quia sapientia carnis mors est, ideoq; & peccatores *Rom.8.* resurgētes spiritualiter intelligūtur per mortuos illos quos à morte corporali resuscitauit dominus, teste Augusti.

¶ Quomodo igitur fieri possit vt sacramētū hoc tollat etiā peccatum mortale, præ cæteris diligentius docet variis modis Armacanus de quæst. Armen. & quidā alij: vna eius ra- *Li.9.c.20* tio est, quum quis in extremis constitutus non potest peccatum aliquod mortale confiteri de quo contritus esset satis, licet sit attritus, si iam suscipiat hoc sacramentum, saluabitur, si non suscipiat, damnabitur. id ita exponunt, quando peccator contritionē habet tepidam & imperfectā, qua non potest reconciliari Deo, si iam accesserit virtus huius sacramenti, ea tantum operabitur, vt inde contritio perficiatur, quòd citra dubium quotidie sæpe fit in confessione, atque hæc illa est immensa Dei misericordia, quod per meritum passionis Christi in sacramētis adimplet quod in nobis erat imperfectum. Secundus modus est talis, quum quis iam est confessus, fieri adhuc potest vt absolutionem nō suscipiat à sacerdote ob imperfectā suam præparationē ad pœnitētiā, ita quòd censetur fictus respectu pœnitentiæ, qui tamen satis esset instructus ad sacramentū vnctionis, in causa est, qua pœnitentia maiorē requirit præparationē quàm vel baptismus vel vnctio. sic baptismū recipit paruulus sine voluntatis consensu & opere, aliquis vsu iam rationis destitutus ungitur etiam citra aliquam suam deuotionē, quisquis autē susceperus est salubriter pœnitentiæ sacramentū, is oportet voluntate consentiat, ore & facto cooperetur. humiliet se à facie ecclesiæ & sacerdotis. Tertia adhuc via supereſt illa, esto vt sit aliquis confessus, susceperit sacramentum, neq;

peccarit suscipiendo, adhuc tamē possibile est, eū esse in aliquo peccato constitutū, quod ibi per vnctionis sacramētum dimittatur. Hoc ita accipies fieri potest vt qui peccator est, ignoret se esse peccatorē, sed credat se peccatorem nō esse, iuxta illud Apostoli, nihil mihi conscius sum, sed tamen in hoc non sum iustificatus, huiusmodi aliquis quum suscipit sacramentum nec dignus est neq; indignus (contrarie) & is quidem peccator est, quúmq; suscipit hoc sacramentū, nec peccat, nec mœretur (vide Bonauē. & Henricū Gorchemi propos. 5. de eucharistia) in hoc iam casu potest talis peccator per medicinā extremæ vnctionis liberari ab illo peccato, qui par sacramentū corporis Christi ab eo liberatus non erat. Video quidem hīc Thomā dicere, quòd si aliquis post diligentem inquisitionem & perscrutationem suæ conscientiæ quanuis forsitan minus sufficientem, sic tamē accedat ad sacramentum, remanente in eo peccato, quod ipsius subterfugiat cognitionē, tunc non peccet, quanto magis per huius sacramenti suscepitionē acquirit remissionem illius peccati? atq; is quidē innititur dicto B. Aug. in quodā ser. quū manducatur corpus Christi, tunc viuificat mortuos, mortui autem sunt peccatores. Verisimilis quidē hæc sentētia est, fieri autem istud per vnctionis sacramētū, teste. etiā Gerson, qui dicit, quoniā vnctio extrema rite suscepta delet peccata venialia, imo iudicatur quasi absoluere ab omnibus peccatis, adiuncta precatione suscipientis, idq; in virtute huius sacramenti, modo ille oret perseueranter pro se & ad animę suę salutem. Magna igitur & eximia est huius sacramenti dignitas, effectus immensi, & fructus copiosissimi, quapropter quilibet christianus summopere curare debet, ne sine eo sit ex hac vita emigrandum sibi, sicq; destituatur tantis virtutibus, quin potius laboret illud suscipere, & effectus eius fieri particeps vnde gloriā consequatur auctioré in patria. eam nobis largiatur qui est benedictus in secula, Amen.

1. Cor. 4.

In regu. mor.

HOMILIA LVIII. DE EFFECTIBVS

sacræ vnctionis, cum conclusione huius materiæ.

¶ Si quis infirmatur inter vos. Iacob. 5.

DIximus homilia superiori quidnā operetur hoc sacramentum in suscipiente, neq; adhuc absoluimus omnia: proinde quod supereſt in effectibus illius, nunc deinceps explicabimus. Quartus ergo huius sacramenti effectus est, quia magnam adimit partem pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, vel in purgatorio luendæ, vt si cui pro peccati pœna sexenniū sit in purgatorio sustinendum quando sine hoc sacramēto moritur, iam verò quum suscipit, minuitur & decedet ei aliquid de tempore simul grauitate pœnæ, idq; virtute huius sacramēti, testatur hoc sanctus Iacobus dicens, si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Quum ergo vocabulum peccati in sacris literis aliàs accipiatur pro culpa, aliàs pro ipsa peccati pœna, volunt doctores intellexisse hīc Iacobum de pœna peccati. neque vero id rarum esse in scripturis quod peccatum pro pœna vsurpetur, quum ex multis locis probari potest, tum verò maxime ex eo quod dicit ꝓpheta, peccata, hoc est peccatorum tuorum pœnam, eleemosynis pauperum redime: simile est quod in Machabæis legitur, sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis soluantur. non soluuntur autem defuncti à peccatis suis quoad culpam, sed quoad pœnam tātum: si ergo eleemosynæ & orationes pro defunctis adimunt pœnam pro peccatis debitam, quur non sacramentum vnctionis in virtute passionis & mortis Christi: etiam tolleret aliquam partem pœnæ, quum tamen omnis satisfactio promanet ex merito Christi? Sed audio quendam hīc obiicere, suprà hic ipse Iacobi locus allegatus est, pro peccatis venialibus, qui fieri potest, vt nunc nouo intellectu rapiatur ad pœnam pro peccatis debitam? Neq; nouū id est profecto nec rarū in sacris literis, imò efficacissimum diuinæ sapientiæ & vbertatis argumentum, quod nō idem tantum locus, sed & vnica dictio varios habeat intellectus: præclare admiratur Augustinus has spiritus sancti diuitias in lib. de doct. christia. nemini igitur mirum hoc fiat quod supra peccati vocabulū exposuimus de venialibus, hīc autē pro pœna peccati. vide Gersonē & Lyrā in ꝓlogo bibliæ.

Iaco. 5.

Dani. 4.

2. Ma. 12.

Lib. 2.

2 Supereſt & quinta huius sacramēti virtus, quomodo nō tantum medetur animæ interius vti diximus, sed & corpus adiuuat, restituēdo illi sanitatem, id licet nō numeretur inter præcipuos eius effectus, euenit tamen interdū, vt anima simul & corpore alleuiet infirmum dominus, sunt enim sacramenta iam post mortem Christi multo efficaciora quàm ante, siquidem pretium prompte numeratum quanto plus valet quàm adhuc debitum. Atqui hoc ipsum vnctionis sa-

cramentum etiã ante mortem Christi hanc habuit virtutem quod homines sanauit etiam in corpore, sicut testatur Marcus, nemini igitur debet hoc iam videri alienum. Ad hæc Iacobi etiam verba videntur esse intelligenda de corpore & anima, quum ait, oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. sic intellexit etiam glo. dist. 95. presbyteros. Quæres forsitan, quur non semper operetur sanitatem sicuti factum est tempore apostolorũ? Ad hoc respondetur, quoniam quod illud ita euenit temporibus apostolorum, factum est ad ędificationẽ fidei, vt sic ex sanitate corporali homines in principio fidei inducerentur ad sanitates animarũ, sicut & in primitiua ecclesia spiritus sanctus in visibili dabatur specie, vt inde certiores fierẽt christiani & animosiores ad credenda atq; amplectẽda mysteria fidei. idẽ quoq; circa sacramentum vnctionis factum est. Quur autem non etiam nunc sanitas corporum ita consecratur vnctionis sacramentum, multæ possent assignari causæ, quibus hîc vltro supersedemus. Hanc vero fiduciam habere quemlibet cõuenit ad Deum, quod quandocunque vngitur oleo sacro, si etiã incolumitas corporis profutura sit sibi & saluti animæ suæ, non negaturus eam sit illi pro sua bonitate Deus: vnde præclarè dicit Franciscus Maronis, an etiam alleuiatio infirmi vtilis profutura sit ecclesiæ vel priuatæ personæ, vt sic longiori vita auctius faciat meritum suum, scit Deus, qui pro suo beneplacito cuncta disponit. ¶ Narrat quidẽ Paluden. de quodam infirmo, qui sicut fuerat de membro vno ad aliud vnctus, ita successiue etiam conualuerit, sicq; tota completa vnctione, ipse etiam integrã recuperarit sanitatẽ. Sunt qui sexto loco inter effectus huius sacramenti numerant & illud, quod cohibeat dæmonum insultus atq; tentationes in morte. Accedit iis omnibus quòd quisquis inungitur, eo ipso declarans fidei suæ integritatẽ arguit se emori verũ christianũ, quoniã diabolis nihil perinde aduersum est & horrẽdũ vt signũ crucis, sicut testatur Lactan. quòd quotiescunq; Gentiles voluerunt sacrificare, si forsitan interfuit ibi christianus habens frontẽ cruce consignatam, nõ potuerint impietatem suorũ sacrificiorũ adimplere, sed neq; idola quiuerint aliquod responsum dare pro more iis à quibus fuerãt interrogati. ¶ Atqui in hoc sacramento variis modis vsurpatur signũ sanctæ ctucis, quapropter merito abhorret diabolus,

Mar. 6.
Iaco. 5.
Glossa.
Act. 10.
Maronis.
Paluden.
Alius effectus.
Li. 4. c. 27

bolꝰ, & fugit, Gerson super magnificat refert interrogationem factam esse à virgine quadam adulta, quidnam sit præcipuum illud, quo omnium maximè insultibus & insidijs dæmonum queat resisti? post multam deliberationem inde inclamasse eam, crux est, quàm vocem inquit ille, accipi tanquam cælitus delapsam, sicut & erat. Quod autem vnctio illa argumentum sit vere pij & christiani animi, vel hinc facilè patet, si quis expẽdat, quòd quemadmodum vnctus est ante baptismum vt ecclesiam ingrederentur militantem, ita nunc demum vngatur quoque intraturus in ecclesiam triumphantem. & hanc fidem suam confirmat ille, opere susceptionis huius sacramenti.

3 Hinc quis non videt obsecro, quantę superstitiones quamq; impiæ persuasiones suscitatæ sint ab hoste & insidiatore bonorum omnium diabolo aduersus hoc sacramẽtum? videns enim ille quantum defectionis fiat à sua tyrannide, hoc ipsum sacramentum, conatur id omnino subuertere vel impedire, homines quoque ab eo abalienare. *Superstitiones in hoc sacramento*

1 In hoc fraudulenter comentus est hunc errorem, quòd multi persuasum habent si suscipiant hoc vnctionis sacramentum, se celerius morituros, quum tamen diuersum iam suprà sit à nobis probatum & ostensum, pleroq; sanitatem inde recipere, qui aliàs erant morituri.

2 Non dissimile isti quod clamant alij per hanc olei vnctionem diminui calorem naturalem.

3 Nonnulli impie contendunt aliquem vnctum amittere pilos, quòd aliàs vt plurimũ fieri solet ex grauibus morbis, id isti imputant sacramento. 4 Sunt quidam adhuc tam stolidi & vesani, vt dicant mulierem grauidam ex hoc sacramento venire in periculum partus, infantulum quoq; laboraturũ ictericia. 5 Alius est error quorundã asserentium apes circum circa ædes in quibus perungitur aliquis emori. 6 Nescio ridiculum ne sit magis an impiũ, quod alij cogitant & putant infirmum, post vnctionem fortius tentari quàm ante, diuersum suprà probauimus ipsi.

7 Accesit his erroribus & inepta anicularum superstitio, qua persuasum habent, vnctos hoc oleo sacro non debere toto anno saltare quia aliàs moriantur.

8 Pro nihilo habendum est, quòd vetant ne quis integro anno nudis pedibus tangat terram, néue pedes abluat, nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

forte ad aliquot dies, in honorẽ sacramẽti, id laudi tribuẽdum foret: nihil quoq; necessariũ est semper habere lucernã succensam, quãdiu durat infirmitas. Huiusmodi erroribus implicant homines, eósq; sic dubios reddunt, vt difficilius persuaderi possint ad suscipiẽdum hoc sacramentum. ita fit quòd multi se ipsos negligunt, dumq; sibi vitã semper pollicentur lõgiorẽ, tanto sacræ vnctionis thesauro priuantur. Debent etiã singula mẽbra peruncta rursus detergi lino aut cõsimili materia, quæ deinceps vel exuratur, vel in flumen abiiciatur: similiter & sacerdos manus sale & aqua fricando abluat, quę deinde cũ lino cõburantur. ¶ Sunt quidẽ in hoc sacramẽto accidentalia multa, maximè in hac nostra diœcesi, vt in nõnullis locis obtinuit cõsuetudo, infirmos, si cõualescãt, rursus ablui priꝰ in mẽbris hoc oleo perũctis, quã admittãtur in balneũ, Alibi permissum hoc quoq; est sacerdotibus vt vngẽdo leprosos loco pollicis vtantur ligno tenui quod inde vna cum absterso, is exuratur, vel in flumen proiiciatur. In morbis contagiosis, vt in horrẽda epidimiæ peste (à qua nos præseruet Christus) potest hoc sacramẽtũ vnctionis etiã virga aut baculo porrecto administrari, pro cõsuetudine diœcesis, & vt habẽt obsequi alia. De necessitate huius sacramenti posset etiã multis disseri, sed ne lõgius euagemur & ad concludẽdã hãc quoq; materiam properemus, quãuis absolute nullũ homini est necessariũ sacramentum, siquidẽ virtuté suam Deus sacramenti nõ alligauit: attamẽ baptismus & pœnitẽtia cõmuniter perhibẽtur necessaria esse sacramẽta: confirmatio quoque, sacramentũ altaris & extrema vnctio aliquatenꝰ sunt necessaria, quãuis aliud alio magis, vt sacramentũ eucharistiæ, multis modis est necessariũ magis quã vnctio, ideoq; in interdicto vbi permittitur alicui sacramentũ altaris, vnctionis tamen sacramentũ ei interdicitur. In vniuersum ergo hoc sacramentũ ita quoq; necessarium est vt alia, nempe ne contemnatur vsqueadeo, vt dato casu, quem suprà ostendimus, vnctus possit saluari, & is qui vnctus nõ est pro merito suo dãnetur. Vnde multum necessariũ est hoc sacramentum, ex cuius susceptione quis gaudijs perfruatur æternis. ¶ Quilibet igitur lętaliter infirmus credat, certoq; sciat se hoc sacramento plurimum indigere, quod possemus explicare ad longum: simus autem contenti manifestissimis beati Iacobi verbis, quę & ipsa sonant

Accidentalia.

Necessitas huius sacramẽti.

nãt per modũ præcepti, sicuti Felix tertius hoc ipsum serio districteq; mãdauit. 4 Nũc demum & postremo quidem loco progrediamur ad cõsuetudinem ecclesiasticã administrãdi hoc sacramentum, vũ cognoscãt catholici omnes quã præclaris cæremonijs & orationibus in hoc adhibitis soleat illud sacramẽtum conferri: appareat etiã quàm iniquè hæretici omnes oblatrent & reiiciant sine caussa. ¶ Primũ omnium, quum sacerdos venit ad locum vbi infirmus decumbit, dicit, Pax huic domui & omnibus habitãtibꝰ in ea. Prouenit hæc salutatio ex præcepto Christi, quod dedit Apostolis. Deinde interrogat infirmum, an cupiat sacramẽtum extremæ vnctionis, quo affirmãte, subiungit sacerdos, Dominus tecum, & cum spiritu tuo. Exaudi nos domine sancte pater omnipotens æterne Deus, & humilitatis nostræ officijs gratiam tuæ visitationis mitte, vt quorum adimus habitaculum, tuam in eorum cordibus facias mansionem, per Christum dominum nostrum. Mox subnectit septem psalmos pœnitentiales, cum septem antiphonis, quæ sunt tales.

Cæremoniæ huius sacramẽti.

Mat. & Luc. 10.

Collectæ

Psalmi.

1 Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde, sed tu domine conuertere & eripe animam meam. 2 Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, hic quũ audisset, quia Iesus veniret in Galilæam, rogabat eũ, vt sanaret filium eius.

Psal. 6.

Ioan. 4.

3 Domine puer meus iacet in domo, & malè torquetur. Amen dico tibi, ego veniam & curabo eum.

Mat. 8.

4 Cor contritum & humiliatum ne despicias Deus, sed propter misericordiam tuam miserere mei.

5 Domine descende vt sanes filium meum, priusquam moriatur. Dicit ei Iesus, Vade filius tuus viuit.

Psal. 50.

6 Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Ioan. 4.

7 Quum sol occidisset, omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum, & curabantur.

¶ His ita peroratis sacerdos admonet infirmũ, vt Deum & electos Dei imploret: adhortatur etiam circunstantes, vt orẽt pro infirmo, atque statim incipit orare Letaniam, K. C. K. Christe audi nos, &c. sicut habet ordo, & totus Letaniæ processus, nisi quòd respõsio semper dirigitur super infirmum: & in fine addit, Vt veniã ei dones, te rogamus audi nos. Vt sanitatem animæ & corporis ei dones, te rogamus

Mat. 8.

Mat. 4. Letaniæ.

audi nos. Vt misericordia tua ei subueniat, te rogamus audi nos. Vt à lecto ægritudinis tua potentia eũ erigat ad saluté, te rogamus audi nos. Vt cœlesti eũ medicina reficias, te rogamus audi nos. Vt præsentiã & solatiũ sanctorum angelorum ei adesse iubeas, te rogamus audi nos. Vt vitam æternã ei dones, te rogamus, &c. ¶ Et inde post aliquot preces sacerdos sic orat, Omnipotẽs & misericors Deus, quæsumus immẽsam pietatẽ tuam, vt ad introitum humilitatis nostræ hunc famulũ tuum in hoc habitaculo tuo fessum iacentem salutifera cõsolatione visitare digneris, sicut visitasti Tobiã & Saram, socrum Petri, puerumq; Cẽturionis, ita & istum, vt pristina sanitate animæ corporisq; recepta, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actionẽ, per Christum dominum nostrũ. ¶ Postea sacerdos potest ex collectis sequentibus quotquot volet orare, Deus qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donasti, ita & hunc famulum tuum à lecto ęgritudinis suæ tua potentia erigat ad salutem, per Christum dominum nostrum.

Collecta

Lucæ. 4. Mat. 8.

4. Re. 20.

¶ Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris & famulum tuum ex aduersa corporis valetudine laborantem propitius respice, & visita eum in salutari tuo, ac cœlestis gratiæ ei præsta medicinã, per Christũ. ¶ Virtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnẽ languorem & omnẽ infirmitatẽ præcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuũ, instaurata protinus sanitate, benedicat, per Christum dominũ nostrum. ¶ Respice domine famulum tuũ infirmitate sui corporis laborãtẽ, & refoue animã quam creasti, vt castigationibus emundata, continuo sentiat tuã medicinam salutarẽ, per Christũ dominũ. ¶ Deinde imponit sacerdos manus suas super caput infirmi, & ait, Sanet te Deus pater qui te creauit, Amẽ. Sanet te Dei filius qui pro te passus est in cruce, Amẽ. Sanet te spiritus sanctus, qui pro te effusus est in baptismo, Amen. Sanet te sancta trinitas † vnus Deus ab omni dolore & infirmitate, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen. ¶ Hic iam porro submonet infirmũ, si forsan aliquid ei adhuc occurrat cõfitendũ, atq; ad minus generalẽ ei pronũtiat cõfessionem. In quibusdã diœcesibus multę solent adhuc legi

legi collectæ, quę nõ sunt de substãtia sacramẽti. ¶ Post hęc offert sacerdos infirmo osculandam imaginem crucifixi, ipsumq; confirmat, vt in omnibus aduersis recurrat ad passionem & mortẽ Christi, atq; subiungit hãc orationẽ, Omnipotens sempiterne Deus, qui per B. Iacobum apostolũ tuũ dixisti, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eũ, vngẽtes eũ oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei, te suppliciter exoramus, vt hic famulus tuus per ministeriũ nostræ vnctiõis, & donum tuæ sanctæ pietatis, peccatorũ suorum veniã cõsequi, & ad vitã æternã peruenire mereatur, per Christũ. ¶ In casu tamen necessitatis orationes illæ omnes omittũtur, atq; si sit periculum de morte, statim aggressurus vnctionẽ sacerdos pollicẽ modice intingit in oleum, & vngit membra infirmi iuxta formã supradictã: finita vltima vnctione, lotisq; rursus manibus cũ sale & aqua, iterum sic incipit orare, Omnipotẽs sempiterne Deus, qui subuenis in periculis, & in necessitate laborãtibus, maiestatẽ tuã suppliciter oramus, vt mittere digneris sanctũ angelum tuũ, qui famulũ tuũ hunc in angustijs & necessitatibus laborantẽ, cõsolationibus tuis attollat, quib⁹ & de præsenti cõsequatur auxilium, & æterna remedia apprehendat, per Christum. ¶ Domine Iesu Christe, qui es saluator & redẽptio nostra, q. es sal⁹ & medicina, à quo omnis sanitas & medicamentũ venit, qui voce Apostoli tui nos instruis, vt lãguidos olei liquore tangẽtes, tuæ pietatis misericordiã postulemus: respice propitius super hunc famulũ tuũ ab illa mirabili summitate cœlorũ, vt quẽ lãguor ad exitũ, & viriũ cõtractio iã petrahit ad occasum, extingue in eo libidinũ & febriũ æstus, dolorũ stimulos ac vitiorũ contere cruciatus, ægritudinũ & cupiditatum tormẽta dissolue, superbiæ inflationẽ tumoremq; cõpesce, vlcera & putredines vitiorũ euacua, viscerũ interna, cordiumq; ac medullarũ & cogitationũ sana discrimina, conscientiarũ atq; plagarũ obducito cicatrices, tuq; veteres & immẽsas remoue passiones, opera carnis sanguinisq; materias cõpone, ac delictorũ illi veniã propitiatus attribue, sicque illũ iugiter custodiat pietas tua, vt nec ad corruptionẽ aliquando sanitas, nec ad perditionẽ te auxiliãte hunc perducat infirmitas, fiatq; hæc vnctio olei illi sacra perunctio,

Collecta.

cõcita morbi præsentis expulsio, & omnium peccatorũ remissio, te cõcedẽte saluator mũdi, qui viuis ac regnas Deꝰ, &c. (His omnibus peractis, infirmus in quibuslꝺã diœcesibus suscipit etiã sacramentum corporis Christi) ad extremum sacerdos aqua benedicta aspergit infirmũ & circunstantes, sic concludẽs, Benedictio Dei patris † omnipotentis, & filij † & spiritus † sancti descẽdat super te, & maneat semper. ¶ Potest etiam apud infirmum fieri inquisitio talis vel à sacerdote, vel à quouis alio, Credis omnia quæcunque cõtinet vera fides Catholica totius Ecclesię Christi? Credo. Lætaris ne & gaudes te moriturũ in hac vera & christiana fide? Gaudeo. Agnoscis ipse peccata tua, quibꝰ per omnem vitã tãtopere Deum offendisti? Agnosco. Pœnitet iam te huiusmodi offensæ diuinæ? Pœnitet. Habes etiã propositũ firmũ porro ab huiusmodi offensis cauẽdi? Propono equidẽ adsistẽte in hoc mihi gratia Dei. Credis ne quia per meritum passionis redẽptoris nostri domini Iesu Christi venturus sis ad gloriã, & nõ per propria merita? Et id quoque credo, nam opera mea quantula erunt citra gratiam suam. ¶ Id igitur fac mi frater, & ideo vbicunq; se tibi obtulerit hostis & insidiator noster diabolus, semper ei obtrude meritũ passionis & mortis Christi saluatoris omnium nostrũ. Pax itaque Christi sit tecum, & tueatur atq; custodiat te in vitam æternam. ¶ Audistis nimirum hactenus dilectissimi, quàm pijs orationibus vtatur Ecclesia, vtique ex instinctu spiritus sancti, circa hoc sacramentum vnctionis, quibus & infirmus & circunstãtes moueãtur ad pietatem, confirmentur in fide, meminerint sedulo dilectionis & misericodiæ diuinæ: vt interim mera sit impietas & blasphemia Neochristianorũ contemnentiũ hoc sacramentũ ad contumeliã Christi & spiritus sancti. Catholici aũt cũ magno desyderio & pio quodam affectu suscipiũt illud, vt sic feliciter ab hac vita cõmigrent in patriam beatitudinis æternæ, Amen.

Quærenda ab vngendo.

Recessus sacerdotis.

HOMILIA QVINQVAGESIMANONA, *qua in vniuersum differitur de sacramento ordinis. & sextuplici potestate spirituali.*

¶ Vos sacerdotes domini, vocabimini, ministri Dei nostri, dicetur vobis. Esaiæ sexagesimoprimo.

¶ Pactum

¶ Pactum meũ fuit cum Leui vitæ & pacis. Malach. 2.

SVMMVS ille idémque potentissimus mundi gubernator Deus ita omnia ordinauit, vt sibi quoque decentis gloriæ velit exhiberi cultũ ab hominibus, vnde & per prophetam dicit, filius honorat patrem, & seruus dominũ suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? Veruntamen præter cultum latriæ quo omnes generaliter homines tenentur agnoscere, colere, & summè obseruare Deum: expetiit insuper dominus ex hominibus sibi quosdam veluti propriè esse addictos in vniuerso cultu diuino, tales fuerunt in lege naturæ primogeniti, inde pontifices, sacerdotes & Leuitæ in lege Moysi (vide Tom. 3. homiliarum) sicut ergo Moyses sacerdotium habuit Aaronicum omnibus officiis instructum, quoniã sic & vnctiones & consecrationes illorum describuntur ad longum in Leuitico & Exodo. Ita dominus Iesus legem cõstituturus nouam Euangelicam hanc, illi consultum quoque voluit de sacerdotio nouo, quod veteri isti succederet: connexa enim sunt tria hæc inter se, sacerdotium, lex, & sacrificium, ita vt aliquo illorum mutato, trãsmutetur & alterum, sic Paulus ait, translato sacerdotio, necesse esse vt & legis translatio fiat: vnde constat Christum non abrogasse sacerdotium, sed in melius transmutasse, sibíque ministros elegisse nouos. Et sicut Deus olim pactum iniit cum tribu Leui vitæ & pacis, ita & quidem fortius fœdus pepigit cum sacerdotibus noui testamenti, quibus etiam tradidit claues & potestatem claudẽdi atque aperiendi cœlum, quibus dedit potestatem, sacratissimum corporis & sanguinis sui sacramentũ cõsecrandi. Præuidit hoc ipsum in spiritu Esaias dicens, vos sacerdotes domini vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis, loquens de futuris sacerdotibus Christi, nõ de iis qui tũc erant Aaronis sectatores. id colliges ex eius capitis exordio, quod sic habet. spiritus domini super me, eo quòd vnxit me, ad euangelizandũ mansuetis misit me: quæ etiam verba propheta in spiritu vaticinatus est de Christo vero Messia, sicut ipse testatus est, dicẽs, Hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris: sicut ergo ab initio loquitur de Messia, deinde de ædificatione Ecclesiæ, ita postremo digreditur ad prophetiam de nouo sacerdotio Euãge-

Mala. 1.

1. Par. 23.

Exo. 24. Leuit. 8. Nexus legis, sacerdotij, & sacrificij. Hebr. 7.

Ioan. 20.

Luc. 22. Esa. 61.

Luc. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licæ legis: iuxta vaticinium propheticum ex quo hæc noſtra cœpit homilia, vos ſacerdotes, &c. Aue Maria.

¶ Euangelium Luc. 10. vel Matth. 10. aut Lucæ 12. ſiue Ioan. 20.

Magiſter in litera.

¶ De ordinis ſacramento dicturo mihi operæpretium videtur nõnihil primum de ordine in communi attingere, vt deinde facilior ſit probatio, qua oſtendatur ordinem eſſe ſacramentum. Eſt igitur ordo ſignum ſacrum, cum quo poteſtas ſpiritualis confertur & officium ordinato. Ordo autem Latinis ideo dici cœpit, quoniam miniſtri eccleſiæ non omnes æqualem habent poteſtatem, ſed quiſque illorũ pulchro & conuenienti ordine eſt à deo conſtitutus: vbi enim nullus ordo, ibi horror & perpetua confuſio eſt: ſic in cœlis eſt etiã ordo quidam inter beatos, ideóque & in eccleſia militanti merito eſſe debet: ſicut præcepit dominus Moyſi,

Exo. 25.

vt faceret omnia iuxta figuram quæ mõſtrata eſt ei in monte: vnde colligunt doctores eccleſiam militantem debere à

Lib. 3. de conſe.

triumphante velut imaginem quandã exemplarem ſumere. Ita & Bern. ait ad Papam Eugenium, nõ vilem reputes formam hanc, quia in terra eſt, exemplar habet in cœlo. Et inde, nõ eſt paruipendẽdum ꝙ & Deum habet authorem, & de cœlo ducit originẽ. Huc facit illud quod ſcribit B. Grego. ad epiſcopos Gallię, ad hoc diuinæ diſpoſitionis prouiſio gradus & diuerſos ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt

Ordo.

dum reuerentiã minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate cõtexio: & rectè officiorum moles gereretur adminiſtratione ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret: quia verò creatura in vna eademq; æqualitate gubernari vel viuere nõ poteſt, cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit, quia dum ſunt angeli, ſunt archangeli, liquet ꝙ non æquales ſunt, ſed in poteſtate differt vnus ab alio & ordine. ¶ Docet hoc ipſum & Dionyſius pulchrè in quadã epiſtola ad Demophylũ monachũ, quum ait, Si diſtinctiones ordineſque confundere, ſacramentiſſimas Dei ſanctiones & iura trãſgredi eſt, omni profectò ratione caret, Dei cauſa peruertere traditum diuinitus ordinem. Et inde, neq; enim ſancta ſanctorũ ſimpliciter omnibus ſunt inacceſſa, verùm iis appropinquat magis Pontificũ

ſacra

ſacra diſtinctio, deinde ſacerdotum ordo, quos deinceps & miniſtrorum ſequitur ordo. Ecce quãtopere affirmat Dionyſius hunc ordinem miniſtrorum eſſe diuinitus inſtitutum, quoniã ſicut inæqualem in eccleſiaſtica hierarchia miniſtri Dei ſortiti ſunt poteſtatem, ita gradus & ordines faciunt inæqualiter diſtinctos, omnes tamen habent poteſtatem eminentem præ cæteris hominibus in Eccleſia, quoad exercitationem eccleſiaſtici alicuius operis ſpiritualẽ, quanuis ſunt qui velint omne miniſterium ordinis directum eſſe debere ad hoc ſacramentum altaris, ſed hæc deinceps.

Sacerdotiũ à Deo inſtitutũ.

2 Etſi ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum omnes Eccleſiæ per vniuerſum mundum ſacerdotibus vſæ ſint ordinatis & vnctis, vſque ad hunc diem, attamen ne aliqua ex parte cõquieſceret, & Eccleſię ordinationem ac tranquillitatem non ſatis perturbaret perfidus apoſtata Lutherus, hic quoque abominabilem nobis errorem ingeſit, negans ordinem eſſe ſacramentũ ordinationem multis modis ſubſannat, vnctionem chriſmatis riſui habet. At nos iam probabimus ordinem imò ordinationem (nam ordo propriè eſt poteſtas collata in hoc ſacramento) eſſe ſacramentũ, vbi quanuis vel ſolus eccleſiæ vſus, vel conciliorum conſtitutiones, cuique chriſtiano ſatis poterant & debebant facere ad perſuadendum hoc, ſacris tamen literis idipſum confirmabimus. Nanque in veteri etiam teſtamento videmus vndique quomodo typicum illud ſacerdotium à Deo inſtitutum, electum, ſanctificatum & priuilegiis ſit donatum: vnde & Paulus vetat aliquem ſibi ſumere honorem, niſi ſit

Hebr. 5.

vocatus à Deo vt Aaron. In veteri autem teſtamento conſtat non quoſlibet eſſe à Deo vnctos, quoniam ſic Deus dixit ad Moyſen, Applica ad te Aaron fratrem tuum cum fi-

Exo. 28.

liis ſuis de medio filiorum Iſraël, vt ſacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar, & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabíſq; illos, vt ſacerdotio fungantur mihi. ¶ Compleuit hęc omnia Moyſes dein-

Leuiti. 8.

ceps, ſicut legimus in Leuitico, quantis cæremoniis veſtium & reliqui apparatus, tum vnctiones, tum cõſecrationes omnes ſint conſummatæ. Morituro quoq; iam Aaroni in mon-

Num. 20.

te Hor exuit Moyſes habitum pontificalẽ, quo mortuo induit illum Eleazar filio Aaronis. Officij huius ſublimitatẽ quũ affectare cœpiſſent Chore, Dathan & Abiron quanuis

Num. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuitæ essent & ministri templi, quia tamẽ temerè sibi arrogabant sacerdotalis muneris sanctimoniam (quòd nunc tentant quidam laïci Lutherani, sed quo effectu, viderint ipsi) deuorauit eos terra morsu amarissimo, & viui descenderunt in infernũ. Profectò nisi tam eximia fuisset sacerdotij dignitas, ad quam tres illi cum aliis. 250. viris idonei nõ erant, Deus tam horribili & inaudita plaga eos nõ afflixisset. Porrò quum Phinees interfecisset Zambri principẽ ex tribu Simeon, eo ꝙ palàm in conspectu Moysi & populi vniuersi ingressus esset ad mulierculam Madianitidem, voluit hoc illi rependere Deus, & ait ad Moysen, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israël, quia zelo cõmotus est contra eos, vt nõ ipse delerem eos in zelo meo, idcirco loquere ad eum, ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo, & expiauit scelus filiorum Israël. vtique nisi magnũ & eximium quiddam esset sacerdotiũ, quorsum pertineret promissum illi esse pactum sacerdotij sempiternum? Præterea fœdus quod pepigit Deus cum tribu Leui, multum exaggerat Malachias, dicens, Pactum meum fuit cum Leui, dicit dominus exercituum, pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius, in pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. labia sacerdotis custodiũt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Ecce quàm sublimis & sanctus fuit iam olim ordo sacerdotalis, vsqueadeo, vt sacerdotem angelum vocare non dedignetur Deus. Dignitas ea deinceps loco grauissimæ pœnæ adempta est sacerdoti Heli & filiis eius. 3 Dices autẽ hæc omnia pertinere ad sacerdotium Aaronis in veteri lege, quando & scriptum est ex verbo sacerdotũ pendere omnia. Atqui locus hic expostulat probationem de ordine noui testamenti, quod sit sacramentum. Quis ignorat hæc obsecro, aut quem tandem latet discrimen sacerdotij vtriusque legis? quicquid enim nunc est in veritate, illic tantum erat in figura & vmbra: sicut ipsa quoque lex vmbram habuit futurorum bonorum. Non est autem animus hîc dicere, quod ex signo sacramentali, & in virtute eius collata sit sacerdoti ordinato gratia Dei, quanuis id sensit rex Angliæ

Num.25.

Mala.1.

1.Reg.2.

Deut.21.

Hebr.10.

gliæ scribens cõtra Lutherũ, & tamen Deus præcepit Moysi vt vngeret atque sanctificaret eos, vnde satis probabile est collatam esse ibi gratiam diuinam (siue ex opere operato siue opere operante) at nos hîc confirmabimus ordinem noui testamenti propriè esse sacramentũ: omnia enim quæ ab initio dicta sunt de proprietate sacramenti, conueniunt etiã ordini. itaque â christianis omnibus pro sacramento Ecclesiæ haberi debet. Augusti. nanque sacramentum definiens sic inquit, Sacramentũ est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Sunt autem in ordine signa visibilia clauium, lucernarum, libri, calicis, panis & vini, &c. sicut inde in collatione singulorum ordinum dicetur. Vnum hic restat docendũ, quod in ordine conferatur gratia diuina ordinato. Patet autẽ hoc principio manifeste ex Paulo, quum scribit ad Timotheũ, Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij, hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Ibi Paulus & signum monstrat sensibile externum, scilicet impositionem manuum, & simul cõmemorat gratiam, quæ data sit ei cum impositione manuum presbyterij. Et inde, admonet eundem quoque vt resuscitet gratiam Dei, quæ in ipso est, per impositionem manuum suarum. Ita nimirum intellexit verba hæc B. Augusti. in lib. quæst. vet. & noui testa. postquam dixit insufflationem illam à Christo factam ad apostolos, gratiam hanc esse, quę per traditionem infunditur ordinatis. vnde & Paulus inquit, noli negligere gratiam quæ in te est. Chrysost. quoque ad eundem sensum accepit, quũ dixit, ita Timothæus electus est. prophetias autem plurimas dicit fortassis & illam per quam ipsam acceperat, quãdo eum & circuncidit atque ordinauit, quemadmodum & ipse scribit, noli negligere gratiam quę est in te.

Ordo sacramentum.

1.Tim.4.

Augusti. q.9.

4 Ad Titum etiam sic scribit Apostolus, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Ecce quomodo Paulus non solum ordinauit Titum, & cõstituit episcopum, sed etiam potestatem dedit illi alios cõsecrandi. Rursus quoque ad Timoth. Manus citò nemini imposueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. Ex iis duobus locis constat apertè, ordinem conferre gratiam in manuum impositione. Sed hic remouendum aliquid est propter vo-

1.Tim.5.

cabulum presbyteri, quod apud Græcos seniorem sonat ita vt illo vtitur etiam Lucas. Quæres ergo quur illos nō vsitato scripturæ nomine vocarint sacerdotes? Respōdetur ad hoc, quia in primordio nascentis adhuc Ecclesiæ, ante excidium Hierosolymitanum, erant adhuc pontifices & sacerdotes legales secundum ordinationem Aaron in templo, iuxta præscriptum legis, vsque ad 40. annos post Christi passionem. Ne ergo eo tempore confusionem pareret eadem in diuersis personis & officiis appellatio, non fuit tunc in vsu inter christianos, vt suos illos vocarent sacerdotes, sed presbyteros, diaconos, pastores, episcopos, quum autem impleta iam esset prophetia Oseæ, vt filij Israël sederent sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine Ephot, &c. ibi tum sancti patres rursus vti cœperunt honestissima illa veterum appellatione & dicere sacerdotes, presbyteros, qui sanctificationem vel ipsa sacra darent & porrigerent. Nec est quòd probationem illius lōgius petamus, ipsum nanque factum Christi, vt est à Ioanne descriptum, abundè magnū nobis præstat testimonium. Ita enim ait Christus ad apostolos, Pax vobis, sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. Et quum hoc dixisset, insufflauit in eos, & ait, accipite spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt. ¶ Communis autem hæc est doctorum sententia, Christum eos hic ordinasse presbyteros. habemus enim hic signū sensibile, insufflationem, & promissam inde gratiam, accipite spiritū sanctum. Obiiciet aliquis Christum apostolos cōstituisse presbyteros in vltima cœna. Sane, sed multiplex est sacerdotij potestas, quæ materia etsi ad longū posset aliquot homilijs explicari, tamen nos hic eam breuiter indicabimus. Prima igitur sacerdotum potestas est cōsecrare corpus Christi verum in sacrificio missæ, & quicquid huic potestati est adnexum, vt sacrificare, pro viuis, orare & mortuis: atque hāc potestatem contulit Christus apostolis in cœna, quum iam instituisset venerabile sacramentum, subiecit, hoc facite in meam commemorationem, & ea potestas sane est ordinis sacerdotalis. 2 Secunda potestas residet in administrandis sacramentis, præcipuè verò pœnitentiæ, quæ potestas dicitur clauiū, sicut abundè docuimus suprà de pœnitentia, & Tom. 2. Atque hęc potestas collata est in die sancto paschæ.

Presbyteri dicti nō sacerdotes

Oseæ. 3.

Ioan. 20.

Potestates sacerdotales consecrandi.

Luc. 22.

Hom. 48. suprà.

Quemadmodum

Quemadmodum enim in prima potestate dominus commisit eis consecrationem veri corporis sui, ita in hac secunda curam iniunxit corporis mystici, hoc est fidelium. Duæ illæ potestates, etiam nunc hodie, distinctum conferuntur in ordinatione sacerdotali, & sunt æquales in omnibus presbyteris, qui quia in ordinis sacramento characterem accipiūt, signum indelebile, illæ ambæ non possunt ab eis auferri. Inhiberi quidem potest sacerdoti ne celebret missam, vt quū excommunicatur, vel (vt vocant) degradatur, quum ab officio suspenditur, non tamen per hoc characterem amittit sacerdotalem, sed vsum tantummodò siue priuilegium sacerdotum. Quare & Augustinus ad Parmenianum reiicit errorem Donatistarum, qui putabant sacerdotem factum hæreticum, non quidem amittere baptismū, sed tamen ius dandi quod acceperat, hoc est, ordinem sacerdotalem. sic enim ait, Nulla ostēditur caussa, quur ille, qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrunq; homini datur, illud quum baptizatur, istud quum ordinatur, ideoque in catholico vtrunque non licet iterari.

Absoluere.

Li. 2. c. 13.

3 Tertia potestas est iurisdictionis, qua quisque imperiū habet in subditos sibi, tanquam superior in inferiores, sicut parochus in eos qui sub sua continentur parochia, episcopus in diœcesanos, papa super vniuersum christianismū. Potestatem hanc concesit dominus Petro in plenitudine, quando ter dixit illi. Pasce oues meas. Atque ea sane potestas sicut ex capite Christo prouenit in vicarium suum Papam, taquā caput administratoriū, ita vicissim ab illo effunditur in Archiepiscopos, & inde in parochos: omnino autē necessaria fuit hæc potestas ad vitandā confusionem in Ecclesia, si quibuslibet permitteretur dominiū. Ideo quoq; Vrbanus papa distinxit parochias. prohibitū etiam est, ne quisquam parochus sibi vsurparet ius alterius: atq; inde fit vt nemo possit audire cōfessionē eius, qui alteri sit parochio subiectus, nisi haberet veniā à superiori, vt religiosi quidam. Hinc etiam promanauit quòd supremus prælatus ex sua iurisdictione potest sibi quorundā peccatorum casus reseruare, à quibus nequeant subditi sui absoluere. eo referūt nonnulli, quòd apostoli non poterant eiicere dæmonium ex homine lunatico, qui subinde in ignē & aquā proiiciebat se, &

Iurisdictio.

13. q. 1. ecclc.

16. q. per uenit.

Matt. 17.

tamen reliqua dæmonia eiiciebant, hunc autem oportebat curare dominum ipsum, quasi qui casum illum tam arduum soli sibi reseruasset. 4 Quarta potestas est prædicationis, quòd officium Christus iam in perfectione sua demum cõtulit apostolis, iamiam ascensurus in cœlum, quando dixit ad apostolos, Ite in orbem vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturæ. fuerat eis quidem hæc potestas antea collata, sed imperfectè: quia tunc vetuit dominus ne abirent apostoli in vias gẽtium, neq; in ciuitates Samaritanorum, deinde 72. discipulos tantum eos misit, quo erat ipse venturus. Hanc ipsam prædicandi potestatẽ nemo sibi abroget temerario, vt nunc quidam faciunt, nisi sit vocatus: quomodo enim prædicabunt nisi mittantur? Præcepit hoc idem & Innocentius papa, dicens. Quum ordo doctorũ sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quisque indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundũ apostolũ quomodo prædicabunt nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit apostolis rogare dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Missio ea fit à summo põtifice, & aliis qui potestatem huiusmodi spiritualẽ habẽt, quibusq; prædicatores præsentari solent: interdũ tamen aliqui mittuntur immediate à Deo, atq; ij commissionẽ suam debent miraculis cõfirmare, sicut fecerunt apostoli, vel certe per scripturas, vt Ioannes, qui missus ad se Iudæis & inquirentibus quis esset, respondit, Ergo vox clamantis in deserto. Quæri solet hoc loco, an officium prædicandi competat etiã diacono, neque hîc me clã est, esse quosdam qui putẽt diaconum in sua ordinatione tantum accipere librum euangeliorum, in hoc vt legat euangeliũ pro viuis & defunctis, idq; ad orationem magis quàm ad prædicationem esse referendum, sicuti sentit Guill. Paris. de sacramentis. veruntamen quia Gregor. iam suis quoque temporibus reprehẽdit diaconos, eo quòd incumberent canticis, monens eos prædicationi insudare. 29. distinction. c. in sancta. & post eum Isidorus affirmat officium hoc esse diaconi prædicare euangelium & epistolam, subdiaconi verò minus, vt prædicaret vetus testamentum, existimo equidem eos posse iure prædicare.

Prædicare

Marc. 16.

Matt. 10.

Luc. 10.

Roma. 10.

C. ex iniũcto. de hæ.

Luc. 10.

Ioan. 1.

Esa. 40.

An diaconus prædicet.

C. perlectis. 15. di.

5 Quinta spiritualis potestas est correctio externa, ea vtitur ecclesia ad dirigendos subditos suos in finem felicitatis æternæ, potestas illa est excommunicationis, quam dominus

Excõmunicare.

minus dedit apostolis quum dixit, si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. ¶ Ex hac potestate proueniunt interdicta, fiunt suspensiones à diuinis officiis, constituuntur leges præcepta & prohibita: vsus est illa potestate Apostolus, quando Corinthum istum tradidit sathanæ, neque diuersum ab hac potestate est quod ait ad Timoth. naufragauerunt quidam circa fidem, ex quibus est Hymenæus & Alezander quos tradidi sathanæ: ad Titum quoque præcepit hominem hæreticum post vnam aut alteram admonitionem esse vitandum, sed de excõmunicatione aliàs plura.

Mat. 18.

1. Cor. 5.

1. Timo. 1.

6 Potestas & vltima hæc est, quod necessaria vitæ accipere possunt & debent ab iis, quibus ipsi sua communicãt spiritualia, iuxta cõmissum domini quando dixit, mãducate & bibite quæ apud eos sunt, multũ immoratur in hoc Paulus scribens ad Corin. & nos copiose tractauimus, dominica secunda post pascha, nunc vlterius progrediamur, Amen.

1. Cor. 9.

Tom. 2.

HOMILIA LX. QVA FORTIVS PRObatur ordinem esse sacramentum.

¶ Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 20.

COEpimus explicare vobis dilectissimi in domino Iesu, quomodo in ordinatione circa signum externum conferatur gratia interior, induximus ad hoc Paulum ad Titum & Timoth. postremo etiam verba Christi quũ dixit ad apostolos, accipite spiritũ sanctum, quorũ remiseritis peccata, &c. vbi etiam ex litera satis patet Apostolos in hac ordinatione sua sacerdotali accepisse spiritum sanctum, & sic gratiam dei. Videor autem mihi hîc audire ex Neochristianis quẽpiam oblatrare & dicere, etiamsi apostoli in ordinatione sua acceperint spiritũm sanctũ, non tamẽ idcirco id nunc quoq; fieri? At pulchrè hoc refutat Augu. in quæstio. no. & vet. test. c. 93. sic dicens, Illud quod insufflasse in discipulos dominus legitur post paucos dies resurrectionis suæ, dixisseq; accipite spiritũ sanctum, ecclesiastica potestas collata intelligitur esse, quia enim omnia in traditione domi-

Ioan. 20.

Gratia in ordinatiõe

nica per spiritum sanctum aguntur, ideo cum regula eis & forma traditur huius disciplinæ dicitur eis, accipite spiritũ sanctum, & quia vere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens, cuius tenueritis peccata, tenebuntur. & cuius remiseritis, remittuntur. Inspiratio ergo hæc gratia quę
1.Ti.4. dam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quã commendatiores habeantur, vnde Apost. dicit ad Timoth.
Matth.3. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur (inde probat prædicta) sicut enim in saluatore forma data est visibiliter, vt post baptismum spiritus sanctus credentibus de cætero inuisibiliter dari non ambigeretur: ita & in supradicta causa forma data est in principio, vt ex eo traditioni ecclesiasticę spiritus sanctus infusus credatur. Ecce quàm manifestè fidelis Christi seruus Aug. docet in sacra ordinatione semper gratiam Dei conferri, quapropter etiã est sacramentũ, siquidẽ ea forma ordinandi in
Lib. 4. epi. 9. hunc vsq; diem vtitur ecclesia, sicut infrà patebit. ¶ Eadem quoq; Cypriani sententia est ad Florentiũ Pupianũ, vbi post multã sacerdotij cõmendationẽ, subiungit reuelatũ sibi esse diuinitus inter cætera, quòd qui Christo nõ credit sacerdotem facienti, postea credere incipiet, sacerdotẽ vindicãti, & addit: quãquam sciã omnia ridicula & visiones ineptas quibusdã videri, sed vtiq; illis qui malunt contra sacerdotes credere quàm sacerdoti. Et in fine, hæc pro animi mei pura cõ
Considerã hæc Luthe rane. scientia & domini Dei mei fiducia transcripsi, habes tu literas meas & ego tuas, in die iudicij ante tribunal Christi vtrunq; recitabitur. En tibi satis magnũ testẽ Cyprianũ, qui clarè ostẽdit quomodo à Christo fiãt & cõsecrẽtur sacerdotes, quãuis per ministeriũ hominũ, & quãtopere Deus vltionẽ sumet de iis qui malũt credere cõtra sacerdotẽ quàm sacerdoti. 2 Clemens quoq; idẽ & papa, & martyr gloriosus, Petri discipulus, nimirum rectè à tanto magistro doctus de ordinatione ecclesiastica à spiritu sancto constituta, sic scribit omnibus episcopis: primus pontifex Aarõ chrismate cõpositionis perunctus, princeps populi fuit, & tanquã rex primitias & tributũ per capita accepit à populo, & iudicãdi populos, forte susceptа, de mundis immundisq; iudicabat. sed si alius ex ipso vnguento perunctus est, virtute inde cõcepta,

cepta, etiã ipse rex, aut propheta, aut pontifex inde fiebat. Quid aũt in præsenti seculo propheta gloriosius, põtifice clarius, rege sublimius? Omnis enim põtifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate cõstitutus, scripturis sacris conditus, charus & pretiosus hominib⁹, oppido esse debet, quẽ quasi Christi locũ tenentẽ honorare debẽt omnes, eiq; seruire, & obedientes ad salutem suã existere, scientes quòd siue honor, siue iniuria quæ ei defertur, in Christũ redundat, & à Christo in Deũ. Audire ergo eũ attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei. monita autẽ vitæ à patribus inquirere, à diaconibus vero ordinem disciplinæ. Quantũ ecce, extollit vir sanct⁹ ordinationẽ episcoporũ, quã strictè præcipit honorẽ eis esse impendendũ: vnde etiã liquet tres fuisse ordines statim in primordijs nascentis Ecclesiæ, sicut inde ex verbis Christi docebimus. ¶ Neque vero admirari debet quisquam huiusmodi remedium aduersus peccata, siquidem ex veteri etiam testamento cõstat manus ab aliquo solitas imponi sacerdotibus, quod vtique temere & citra significationem factũ quis credat? ita enim Isidorus ait lib. 2. c. 5. de origine officiorũ, episcopũ latine superintendentem possumus dicere, vt intelligat non esse se episcopũ, qui nõ prodesse, sed præesse dilexerit. Quod vero per manus impositionẽ à prædecessoribus Dei sacerdotibus, episcopi ordinantur, antiqua est institutio. Isaac eñ patriarcha sanctus ponẽs manum suam super caput Iacob, benedixi ei, similiter & Iacob filijs suis: sed & Moyses super caput Iosue manum suam imponens, dedit ei spiritum virtutis & ducatus in populo Israël. Sic & superimpletor legis & prophetarũ dominus noster Iesus Christus, per manus impositionem apostolis benedixit, sicut in euangelio Lucæ scriptum est, & perduxit eos trãs Bethaniam & eleuauit manus suas, & benedixit eis, factumq; est quum benedixit illis, discessit ab eis. Et in actibus apostolorũ ex præcepto spiritus sancti, Paulo & Barnabæ ab apostolis manus impositæ sunt ad euangelizandum. Quis adhuc dubitare audebit manuum impositionẽ contulisse iam olim quoq; gratiam & benedictionẽ? nec est quod hic aliquis credat nudis verbis Isidori, nã sacræ scripturę testimonijs omnia cõfirmat. Quid quod ante eũ etiã Augu, docuit, dicẽs, Nemo ignorat episcopos saluatorẽ ecclesijs instituisse, ipse enim priusquã in cœlos

Manuum impositio.

Gen. 27. & 48.

Deut. 31. & 34.

Luc. 24.

Act. 3.

De q. no. & vet. te. c. 97. col. 9.

ascenderet, imponens manum apostolis, ordinauit eos episcopos: hoc Apostolus sancto spiritui deputat, quũ ait, Attendite vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam domini Iesu. Porrò quę suprà induximus de ordinatione Pauli & Barnabæ, paulo diligentius explicanda nobis erunt, eo vel maximè, quod errorem de hoc sacramento fortissimè dissoluunt. ¶ Volens autem omitto dicere, quomodo apostoli distincte sint à Christo vocati, apud Matthæum, ordinati apud Lucam & Ioã. emissi etiã accepto in hoc spiritu sancto, apud Matthęũ & Lucã. ¶ Nolo etiã immorari quôd dicunt doctores apostolos omnes in ipsã vocatione ordinatos esse diaconos, in cœna presbyteros quoad potestatem conficiendi corpus Christi verum, in die autem paschæ accepisse etiam potestatem clauium, tandem in die ascẽsionis ordinatos & consecratos esse episcopos. sicuti iam super hoc audiuimus testimoniũ Augu. ¶ Iam ergo nunc penitus introspiciamus verba Lucæ, quoniam sic ait, de iis qui erant de ecclesia Antiochena, ministrantibus illis domino (Græcus contextus vocabulum hoc habet magis propriè impressum, quasi tu dicas missam celebrantibus, quod ibi habetur τουργούντων, nam & in hũc vsq; diem Græci λειτουργίαν vocãt missam) & ieiunantibus dixit illis spiritus sanctus, segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos: tunc ieiunantes & orantes, imponentésq; eis manus, dimiserũt illos, & ipsi quidem missi à spiritu sancto abierunt Seleuciam. Ibi principio in memoriã reuocãdum est illud quod Paulus antea quoq; susceperit impositionem manuum, & per hãc deinceps gratiam spiritus sancti, tanti semper momenti fuit manuum impositio: postquam enim Paulus profecturus Damascũ percussus esset in terram, itaq; Damasci vidisset in oratione virũ imponentem sibi manus, sequitur, & abiit Ananias & introiuit in domum, & imponens ei manum dixit, Saule frater dominus Iesus misit me, vt videas, & implearis spiritu sancto. Ecce iam vides quid in Paulo operata sit manuum impositio, vtiq; gratiam spiritus sancti. quem autem gradum siue quem ordinem sit consequutus ibi, incertum est. Verisimile est autem hãc manuũ impositionem tandẽ esse factam post baptismum: fuerit autem confirmatio an diaconatus, nolim equidem temere affirmare, quum nõ suppetat scripturę testimonium,

Luc. 9. *Luc. 22.* *Ioan. 20.*

Ordinatio Pauli.

Act. 9.

stimonium, neq; nunc facile meminerim esse hoc à doctoribus cõstãter expressum. Hæc eo libuit inducere, quòd quãuis impositæ fuerint manus Paulo ab Anania, denuo tamen illi sunt impositæ in Antiochia, vt sic posint alicui manus sæpius quã semel imponi, sicut in ecclesiastico vsu semper obseruatum est circa confirmationem, in solenni pœnitentia, & sacris ordinibus, vt infrà docebimus. Præterea certo iam constat, vel ex huius loci testimonio, gratiã spiritus sancti cõferri per impositionem manuũ, quæ quid aliud profuisset? aut quid solus ille cõtactus efficeret? ridiculum fuerit istiusmodi quid de viris sanctis affirmare sub initiũ nascentis ecclesiæ. Et doctores igitur affirmant & ipsa per se scriptura asserit cõstanter, per impositionẽ manuũ sub inde spiritũ sanctum reuelasse apostolis hoc & manifestasse, imo veluti pepigisse se hoc signo eis gratiã suã collaturũ, ideoq; tunc post impositionẽ manuum subinde spiritus sanctus in visibili forma apparuit, sicut ait Lucas, imponebant manus super illos, & accipiebant spiritũ sanctum: quũ vidisset autem Simon quia per impositionem manus apostolorũ, daretur spiritus sanctus, &c. fecit idipsum Paulus apud Ephesios quoq;, quibus imposuit manus, & datus est illis spiritus sanctus, loquebãtur linguis, &c. Nemo igitur christianus innitatur vanæ persuasioni ipsius Lutheri, qui sacramentũ ordinis cõtemnit, & ab impositione manuũ omnem aufert virtutem, quũ tamen nõ ita otiosus existat spiritus sanctus, vt hæc citra omnẽ frugem frustra instituisse credatur, cum stupore potius velut attoniti demiremur gratiam & dona Dei, gratias illi agentes, ipsumq; laudantes & benedicentes in æuũ. 4 Cæterum quomodo Paulus ordinatus sit apostolus, nunc porro explicabimus, nam licet vocatio ipsius immediatè facta fuerit à Deo, sicut ipse ait ad Gala. Paulus apostolus, non ab hominibus, neq; per hominẽ sed per Iesum Christum & Deum patrem: videntur hoc idẽ insinuare & verba Lucæ, segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos: quod poterat eis esse testimonium apertius, quia sint assumpti in apostolatũ, etiam antequã essent segregati ab alijs: atq; ideo volunt doctores Paulum sibiipsi veluti proprie vsurpasse hunc titulũ ab alijs diuersum, Paulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus, segregatus in euangeliũ Dei, &c. ideoq; Paulus susceptus &

Act. 8.

Galat. 1.

Act. 13.

Roma. 1.

vocatus est immediatè vt esset apostolus. ¶ Deinceps refert Lucas quòd orauerint ac ieiunauerint, & tãdem imposuerint eis manus. hæc nimirum eorum fuit ordinatio, ex sententia quorundam, ad dignitatem episcopalem. apostolatum enim habuerunt à Deo, sed adhuc oportebat eos episcopos. quem ordinè hic ab hominibus consequuti sunt, puta à prophetis & doctoribus Antiochiæ (quamuis sunt qui velint etiam hãc ordinationem referre ad apostolatum, quorum sententiam, vt non reprobo, ita nec approbo, propter ea quæ contigerunt cum Mattahia, & quæ adnotauimus ipsi lib. 1. de primatu Petri cap. 38.) ¶ Colligimus hinc ipsam quoque ordinationis formulam, facta enim est cum ieiunio, oratione, & impositione manuum. quis enim credat viros illos gloriosos prophetas & doctores Antiochiæ frustra compleuisse illa, quæ tamen præcepit spiritus sanctus? Atque hoc quidem plurimum facit contra Lutherum, & sui similes, hinc enim satis liquet, quòd etiam si aliquis à Deo ad officium sacerdotale assumptus est, eum tamen oportet ab hominibus ad hoc ordinari, quoniam & Paulus antea susceptus est à spiritu sancto, & tunc demum ordinatus ab illis in Antiochia. Sic Aaron quoq; à Deo electus in sacerdotem, per humanam tamen consecrationem est ordinatus. Idem planè euenit & Paulo, qui si simpliciter fuisset segregatus, quid opus erat, tantis cęremonijs, vt ieiunarent, orarent, manus imponerent? per hanc autem reuelationem intellexerunt Paulum iam electum esse apostolum à spiritu sancto, quòd illis antea non constabat. Probabile etiam hinc fit illud, quod amplius eum Lucas non vocat Saulum, vt antea fecerat, sed post hanc segregationem nominat Paulum, quamuis nonnulli putant eum id nominis sibi ipsi vsurpasse à Sergio Paulo, qui tũc fuerit in Cypro, sicut Hieron. scribit super epistolam Pauli ad Philem. alij volunt quòd ipse sibi nomen hoc indiderit, vt Paulum se vocarit quasi pusillum propter humilitatem. in eam sententiam concedit B. August. in lib. de spiritu & litera cap. 7. Mihi magis arridet hoc, vt sicut à Christo immutatum est nomen Petro, qui prius dicebatur Simon, ita idem euenerit cum Paulo, quoniam ij duo vno in loco, puta Romæ, vnaq; die vnius tyranni Neronis, toleruere sententiam, atque sic ambo principes apostolorum, imo totius ecclesiæ constituti

Act. 13.

Paulus vocatus & ordinatus apostolus.

Eckius.

Vocatus à Deo. ordinatus ab homine.

Exo. 29.
Leui. 8.

August.

Mat. 16.

constituti sunt. Et ne videatur alicui hoc minus probabile, ecce statim post hanc ordinationem. Lucas eum vocat Paulum, etiam priusquã credidisset ille Sergius Paulus, de quo sic ait Luc. hic accersitis Barnaba & Paulo, desyderabat verbum Dei: resistebat illis Elymas magus, quærens auertere proconsulem à fide, Saulus autem qui & Paulus repletus spiritu sancto intuẽs in eum dixit, ô plene omni dolo & omni fallacia fili Diaboli, &c. Ecce quomodo ille dictus sit Paulus, quum iam ad Sergium Paulũ veniisset priusquam crederet. siquidem hic tandem post miraculum, quod Paulus magum istum solo sermone mirabiliter cæcũ reddidisset, credidit admirans super doctrina domini. Hinc dissoluitur etiam quæstio, quare Luc. enumerãs viros illos eminentes, qui fuerint Antiochiæ, vltimo demum loco nominarit Paulum? ait enim erãt in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon Lucius & Manahen, & Saulus. Nam et si nunc in Ecclesia percrebuerat admiranda illius conuersio, adhuc tamen nihil illi cõstabat de apostolatu eius, & commissione diuinitus facta, vt ipse testatur dicens, eram ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo, tãtum auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant Deum. Hic autem quum iam spiritus sanctus præcepisset eum segregari cum Barnaba, dans illi quoq; testimonium quod iam assumpsisset eum in opus, certus iam erat Deum velle implere, quod antea dixerat ad Ananiam, vade, quia vas electum est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. Sed quid hic immoramur longius, quum ex tam aperto scripturæ testimonio, dubitare nemo amplius possit Barnabam & Paulum antea quoque suscepisse gratiam Dei, verum hic multo auctiorem, quòd nunc quoque fit in omnibus qui ordinantur, vt per gratiam Dei incipiant hic illic placere, & tandem corona gloriæ donentur æterna, Amen.

Act. 13.

Galat. 1.

Act. 9.

HOMILIA SEX AGESIMA PRIMA

de ordine, & quod ibi conferatur gratia, vt in sacramento.

¶ Qui bene prẽsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. 1. Timot. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Exod. 20

QVòd si præceptum de honorandis parentibus chariſsimi bene eſt à Deo latum, nobiſq; ſanctè obſeruandum, quãto magis oportet etiam ſpiritualibus patribus honorem deferre competentem atq; condignum, & quidem tanto

Matt. 6.

plus, quanto præſtat anima corpore. Pia autem eſt & planè diuina ordinatio, impẽdere cuiq; quod illi debetur cui tributum, tributum: cui honorem, honorẽ: cui victigal, vectigal: omnis enim poteſtas à Deo eſt. Quòd quũ ita verum ſit

Rom. 13.

in cõmuni, quãto magis poteſtas illa ſpiritualis erit à Deo, quoniam eã immediate Deus contulit ex ſeipſo (ſicut aliàs ex ſcripturis biblicis ſatis probauimus ipſi.) Hinc eſt quòd

1. Tim. 3.

in omnibus ſuis epiſtolis tãtopere conatus eſt Paulꝰ & laudare presbyteros, & ad eorũ honorẽ exhortari omnes ſicut in iis verbis à quibus exorſi ſumus, qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni ſunt, maximè vero qui laborant in verbo & doctrina: quamuis ea verba à multis ſic intelliguntur, quòd duplex ſit illis honor impendendus, tem-

1. Cor. 9.

poralis ſuſtẽtationis, vt ipſe etiam Paulus affirmat, & condignæ reuerentiæ, quæ merito debeat eis exhiberi tanquam

Galat. 4.

à Chriſto miſsis & angelis Dei. vnde ipſe Paulꝰ teſtatur ita ſe à Galatis acceptum, qui ſermonem eius non contempſerũt, vt angelum Dei, imo vt Ieſum Chriſtum, ſubdit, teſtimonium, perhibeo vobis, quia ſi fieri potuiſſet, oculos ve-

Honorandi ſacerdotes & prædicatores.

ſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. O charitatem immenſam, ô verum piæ dilectionis ardorem, cuiuſmodi affectum ſine dubio multi chriſtiani primitiuæ eccleſiæ habuerunt erga ſuos prædicatores, & nunc prohdolor multum defecit ſicut & alia opera bona elanguerũt, refrigeſcente nimirum charitate multorum. Magis dolendum eſt, quod miſerrimi iſti homines hæreſum ſectatores magis amant, colunt & reuerentur ſuos prædicatores, quàm catholici ſuos, vbi nil niſi odium, inuidia, contemptus, non raro etiã perſequutio, hæc inquam impenduntur prædicatoribus, vt vix reperias iam in pauciſsimis locis, vbi tamen omnes gloriãtur ſe eſſe chriſtianos, honorem condignum deferri ſacerdotibus, ſed riſui & luſui expoſiti ſunt omnium, pro Iudæis habentur, in eo pſallitur etiam à bibẽtibus vinum, atq; inter hæc omnia patientes tamen eos eſſe cõuenit, & cogitare quoniam huiuſmodi ignominia nõ ipſis tantũ, ſed ante eos iamdudum eſt illata

illata à Chriſto, qui dixit, quia qui vos contemnit, me contemnit, non ineſficax eſt hoc argumentũ venturi Antichriſti, quod ſuus negatur ſacerdotibus honor, ſicut alibi declarauimus, quoniã nemo eſt iam fere, qui obſeruet illud Pauli, presbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni ſunt.

Luc. 10.

Tom. 1.

Aue Maria.

1 Principio antequã veniam ad materiam de reuerentia ſacerdotibus exhibenda propoſitam, placet ipſam B. Pauli ordinationem ſuperiori homilia leuiter tactam paulò diligentius examinare, eſt autem ibi præter commemorata obſeruandum, quòd Lucas dicit, eos à ſpiritu ſancto miſſos abiiſſe in Seleuciã, ibi innuitur nobis, quòd quanuis homines puta epiſcopi ordinant ſacerdotes, illos tamen tales exiſtimare debemus tanquam à Deo miſſos, ſicut vtriuſque teſtamenti ſcriptura teſtatur. Deinde & hoc conſyderandum eſt, quòd opus illud ad quod Paulus & Barnabas erant aſſumpti, non tantum fuit miniſterium verbi & doctrinæ, vt ſomniat Lutherus, omne officium ſacerdotale cupiens ad ſolam prædicationẽ referre, ſed hic ſatis manifeſtè patet opus illud præter officium prædicandi fuiſſe etiam reliquorum ſacerdotum ordinationem, vbi & ipſi conſimilibus vſi ſunt cæremoniis quæ cum ipſis fuerant exhibitæ. ſuffragatur nobis & hic Lucas quum deinceps affirmat eos conſtituiſſe presbyteros per omnes eccleſias, & oraſſe cum ieiuniis, atque ſic illos commendaſſe domino, in quem crediderunt. Ecce quomodo Paulus quoque & Barnabas orauerunt cum ieiunio, nec vtique ſine manuum impoſitione commendarunt illos domino, qua forma deinceps apoſtoli & diſcipuli ſemper vſi ſunt in Eccleſia. Ad hæc vide quòd illi non perfecerunt miniſterium ſuum donec officium iniunctum compleuiſſent, ita enim Lucas ait, inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt. conſidera gratiam Dei, & quod ſine illa non facta ſit ordinatio, ſicuti etiã nũc in omnibus ordinibus. quod ſi ergo gratiam confert ordinatio, negare nemo poterit eam eſſe ſacramentum. Super hæc omnia ponderandum & hoc eſt, quod non ſolum Paulus ex collata ſibi poteſtate preſbyteros ordinauit, & conſtituit, ſed etiam conſtituti ab eo epiſcopi eandem habuerunt poteſtatem deinceps ordinandi presbyteros, ſicuti Titum ordinauit Paulus epiſcopum

Ordinatio Pauli.

Act. 13.

Act. 14.

Ibidem.

Tit. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Candia, & Titus rursus constituit presbyteros iuxta commissionem sibi datam à Paulo, qui scribit se ideo Titum reliquisse in Candio, vt ea quæ desunt, corrigat, & constituat per ciuitates presbyteros, sicut ego dispositui tibi, sed quanam alia dispositione fecisset hoc discipulus, nisi vt ipse à suo fuit præceptore edoctus, puta ieiuniis, oratione, manuúmque impositione? vt habet Lucas. Hoc est etiam quod Hierony. dicit super Esa. quod per χειροτονίαν hoc est manuum impositionem intelligatur ordinatio spiritualiũ, quę non tantum ad orationem vocis, sed etiam cum impositione manuũ perficitur. 1 Porrò, ꝙ capitibus ecclesiæ apostolis, episcopis, presbyteris, & diaconibus, gratia diuina in ordinatione sit collata per sensibile signum, superioribus sacræ scripturæ locis, quibus id confirmauimus, lubet addere & etiã rationabiles causas. ¶ Moriturus em̃ iamiam Moyses, ne non sãtis prouisum esset populo Dei, imposuit manus suas super caput Iosue, qui sic impletus est spiritu sapientiæ, sicut & superiori homilia induximus. Quòd si ergo Deus tanta prouidentia profectum esse voluit vnico isti populo Israël & synagogæ, quantò magis moriturus ipse multis modis Moyse superior cũram habuit Ecclesiæ suæ, quam non tantũ ex Iudæis, sed & Gentibus tanquã propria sua hæreditate vsque ad terminos terræ collegit, suoque adeò sanguine redemit & sibi despõsauit, atque pro illa tradidit seipsum, emundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. ¶ Præterea Moyses iam grandæuus audiuit à domino, congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti, quòd senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi atq; fœderis, faciésque ibi stare tecum, vt descẽndã & loquar tibi, & auferã de spiritu tuo, tradámq; eis, vt sustentent tecũ onus populi, atque hoc ita factum est, quum igitur. 70. illi seniores in populo Israël constituti rectores acceperint spiritum sanctum, quãto rectius rectores ecclesiæ? (de ablatione spiritus iam nõ vacat explicare, sicut & duplo spiritu Helisæi) insuper quũ deberet Moyses tabernaculum & arcam extruere, omniáque vasa ei pertinentia, dixit dominus ad eũ, ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Huri filij Hur, & impleui eũ spiritu Dei sapientia & intelligẽtia & scientia in omni opere, ad excogitandũ quicquid fabrefieri potest ex auro, & argẽto, & ære & marmore, &

Actu. 13. 14.
Esa. 58.
Gratia in ordinatione.
Deut. 34.
Ephes. 5.
Num. 11.
Exod. 3.

re, & gemmis, & diuersitate lignorum, dedíque ei socium Ooliab. Quis obsero non miretur Deum iis duobus artificibus dedisse spiritum suum ad fabricandum tabernaculum & altare? At quis non credat magis eum tribuisse gratiam spiritus sancti fundatoribus Ecclesiæ suæ, per doctrinã, exempla, administrationem sacramentorum, & cõsummationem officiorum, imò & per effusionem sanguinis? Vtique plus dilexit Christus Ecclesiam quãm synagogam, sicut & Iacob magis amauit formosam Rachelem, quãm Liã istam lippis oculis, quapropter melius illi prospexit citra fundatores & operarios ꝙ synagogæ cum Beseleel & Ooliab: scilicet seipsum vocat operarium Paulus quum ait, secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt Sapiens architectus fundamentum posui, alius autẽ superædificat, & alibi, Dei, inquit, adiutores sumus, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. sic etiam omnes ministri ecclesiæ coadiutores sunt Dei, & laborant in opere suo. 3 Esse autem huiusmodi operarios & quidem diuersos in ecclesia cõstitutos, Paulus ipse in alio loco affirmat dicens, Christus dedit quosdã quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij in ędificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam nõ simus paruuli, fluctuãtes, & circũferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circũuentionem erroris. Verba hæc eo libẽtius ad longum induxi, quòd quilibet Christianus ea multũ considerare debet, hoc præcipuè tempore, quo tãtum errorum & hæresum vndique concitatur. Primùm enim hic varios & distinctos videmus in ecclesia gradus, atque id sanè ornatus & decor ipsius exposcit, dicente Psalmista, astitit regina in dextris, circumamicta varietate, quoniam illa multum horribilis est dæmoni, vt castrorũ acies ordinata. Enumerat autem hic Apostolus quinque ordines seu gradus à Christo in ecclesia institutos, vnde manifestum est quantopere delirent, qui illis ordinibus nunc despoliantes ecclesiam Christi, omnẽ clerum laïcis conantur subiicere, quam ob causam iam olim Tertullian. reprehendit hæreticos de quibus dicit, faciunt ex sacerdotibus laïcos, & sacerdotalia

Gene. 29.
1. *Cor.* 3.
1. *Cor.* 4.
Ephe. 4.
Varietas ordinum.
Psal. 44.
Cant. 6.
De præscrip. hæret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munera laïcis iniungunt. ¶ Nunc ipsum quoque finem consyderemus, quur tandē Christus illos in ecclesia gradus ordinarit? ad plenitudinem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Ecce tres causas, quarum prima est plenitudo sanctorum, puta in se, qua per ordinem constituuntur in statum perfectionis etiam ij qui per administrationem atque doctrinā sacerdotalem sanctitatem acquirunt. 2 In opus ministerij, vt sic sacerdotes officij sui ministerium adimpleant, cantando, legendo, orando & sacrificando. 3 Ad edificationem corporis Christi scilicet mystici, quod ædificatur à sacerdotibus per administrationem sacramentorū, per verbū Dei, &c. (vide hic Thomam, quia abūdè tres sermones fructiferos hic colligere poteris, nos breuitati studentes, reiicimus etiam in parte necessaria, adeò nō anxiè inquirimus, quæ librum faciant auctiorem.)

Finis institutionis sacerdotij.

Ordo ex Paulo.

4 Progrediamur vlterius in enarrandis Pauli verbis, poterat enim ex dictis adhuc quispiam cogitare secum, quandiu ordinatio illa esset duratura? hoc pulchrè explicat Apostolus, quum subiungit, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, vnde patet cultus huius ordinationem permansurā semper in ecclesia, neque tantum institutam pro primitiua ecclesia, sed duraturam tantisper dum impleatur hoc verbū Christi, erit pastor vnus & vnū ouile: itaque semper adhuc sunt in ecclesia qui successerint in locum apostolorum & euangelistarum, ea successio officiorum per vices durabit in ecclesia vsque ad diem nouissimum, quando iam occurremus omnes in virum perfectum, quòd demū fiet post resurrectionem, iuxta illud parabolicum, ecce sponsus venit, exite obuiam ei, & quomodo prophetā omnes exhortatur animas, præparare in occursum dei tui Israël. inde Paulus nomine occursus intelligi voluit vltimam resurrectionem, quum ait, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Ad hæc resurrectionis quoque formā præscribit hic Paulus, ostendens eam neque infantuli, neq; senili specie futurā, sed in plenitudine ætatis qua tunc fuit Christus, quādo resurrexit (vide Tom. 2. Homil. de resurrectione.) Idem affirmat etiam alibi Paulus dicens, quoniam reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, quare nihil efficiet Lutherus cum omni furore & vniuersō suo suorúmque insultu, quicquid

Ioan. 10.

1. Cor. 12.

Mat. 26.

Amos. 4.

Phil. 3.

Resurrectio cor.

quicquid denique moliantur omnes, semper verbum domini manebit inuictum, & triumphabit perpetuo, quū inter rim Lutheranum istud v. d. m. i. æ. & in numismate liquescet, & in manicis computrescet. Deinceps docet Apostolus quomodo per huiusmodi spirituales ecclesiæ præfectos deueniamus in vnitatem fidei, atque, vt sapientissimus architectus diligenter admonet, quæ sint nobis fugienda, quibúsque auertamur ab hac fidei vnitate, ne simus, inquit, paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ: quo verbo docere ille nos voluit cognitionem hæreticorū, & eorundem doctrinam, quæ instar vētorum instabilis est, hinc inde circunfertur, vt paruuli solent fluctuare, vnde & Iacobus ait, quia qui hæsitat in fide, similis est fluctibus maris qui agitantur à vento. Hanc hæreticorum incōstantiam commemorat & beatus Hieronymus super illud Psalmi, Decidant à cogitationibus suis, vbi dicit, in singulos dies mutant hæretici doctrinas suas, non quærunt quomodo sal uentur, sed quomodo vincant & superiores euadāt, id quis quæso nō videt in Lutheranis & Zuinglianis omnibus, qui semper alios ex aliis texūt errores, & quum putant se rem acu tetigisse, paulò pòst inuertunt, & rursus mutant omnia? causam huius venti & fluctuum ostēdit Apostolus, esse nequitiam hominum, astutiam & circunuentionem erroris. An non præclarè vidit nostrorum hæreticorum malignitatem Paulus, de qua non satis dici posset iustis aliquot voluminibus, profecto enim præter iactūram centum millium rusticorum & ciuium atque vltra, plus incommodorū perpessa est vniuersa Germania tantum ex Lutheranis commentariolis, quàm antea 100. annis datum sit ad indulgentias, quarum tamen isti magnum grauamen conqueruntur fuisse, de pecunia Romam missa. præmonuit tamen nos iam Paulus cauere huiusmodi nequitias, dum inquit, timo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. In hunc sanè finem tendunt omnes conatus eorum, vt decipiāt quàm plurimos, súisque adiungant erroribus, nihil prius habentes nihilque antiquius, nisi vt impios errores suos promoueant maximè, sicuti Paulus, veluti ex proposito de iis dixisse videtur, mali homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittētes. Sed quid desyderamus

Hæretici inconstantes.

Ephe. 4.

Iacob. 1.

Psal. 5.

Hæretici instabiles.

2. Cor. 11.

2. Timo. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc vltra manifestum hoc Pauli testimonium, quomodo varios in ecclesia sua dominus constituit ministros, ad ædificationem illius, qui etiam perpetuo sunt in ea permansuri, donec tradat Christus patri suo regnum, in quo sancti & electi cum eo regnabunt in secula. facigitur & nos domine Iesu regni huius & consortij participes, qui viuis & regnas in æternum, Amen.

1.Cor.15.

HOMILIA LXII. IN QVA *materia hæc concluditur, simúlque Lutheri obiectiones diluuntur.*

¶ Qui bene præsunt presbyteri, &c. 1.Timoth.5.

Nihil nobis reliquũ esse credo ex sacris literis, quo non sit satisfactũ huic rei adstruendæ circa probationem externi sacerdotij in ecclesia, neminem quoque dubitare iam suspicor in sacramento ordinis conferri gratiam, quam ipse Timoth. suscepit per impositionem manuum presbyterij, tantum vos admonitos volo, ne ab hac certissima Ecclesiæ fide resiliatis, sed indubitato hæc ita credatis & seruetis, vt sunt ab ipsis iam inde apostolorum temporibus ad nos profecta. 1 Nec enim vnquam quisquam pro Christiano habitus est, qui senserit diuersum, siue docuerit. nec aliquod supereſt scripturæ vestigium, quod in sano intellectu aduersetur sacerdotio, sed in vtriusque testamenti scriptis illud efficacissimè confirmatur, sicut partim induximus suprà. 2 Aut quis non merito miretur obsecro, Christum ecclesiam suam suo pretiosissimo redemptam sanguine, tanto tempore reliquisse in tantis erroribus fluctuãtem, atque in tam seria re tangente negotium, imò periculum fidei, quum tamen ipsa sit columna & firmamentum veritatis?

1.Tim.4.

1.Tim.3.

3 Neque verò minus mirum videbitur de spiritu sancto, qui in hoc potissimum missus est vt ecclesiam doceret omnem veritatem, vt eam ille.1500. hactenus annis deseruerit.

Ioan.16.

4 Sic etiam verisimile non est prælatos & præpositos ecclesiæ, qui ad eam regendam cõstituti sunt à spiritu sancto, simul omnes in tantis tenebris fuisse & caligine errorum, vt rem minimè veram tanto tempore palàm vniuerso mundo prædicarint. 5 Ad hoc verò admirationem omnẽ longe superat, quandoquidẽ tot sunt per vniuersum terrarũ orbem Ecclesiæ dispersæ, idque curante prouidentia Christi & spiritus

spiritus sancti, propositis in hoc magnis prẽmiis & adminiculis à Christo pro tuenda ecclesia: quis persuaderi queat tã immensam hominum multitudinem in vniuerso christianismo, tot hactenus seculis adeò miserè in tã periculoso & execrabili errore esse versatam? Itaq; quum tanta semper fuerit Christo ecclesiæ suæ cura, tam diligẽs spiritus sancti administratio, tantiq; labores omnium patrum pro tuenda vera fidei christianæ vnitate & vnica veritate, quàm illi verbo doctrinæ, vitæ sanctimonia, & miraculorum admirãda exhibitione declararunt atq; confirmarunt, quum etiam constans totius ecclesiæ consensus iam inde ab ipsa Christi passione satis nos queat instruere, quis erit tam fatuus atq; delirus, quis adeo impudens, vesanus & furiosus, qui votifrago appostatæ Luthero credere præsumat aduersus Ecclesiã, doctores, Christumq; adeo ipsum & spiritum sanctum, aut distulit hic omnem suam curam ecclesiæ vsque ad istum apostatam, cuius vita offendiculis plenissima est, cuius omnis cõuersatio carnalis & à spiritu Dei aliena, cuius doctrina hæretica, & sibi ipsi cõtraria palàm cernitur, sicut hæc omnia vir doctissimus idemq; optimus episcopus Rossensis peculiari in hoc edito libro edocuit, quem & inscripsit titulo defensionis sacri sacerdotij aduersus Lutherum, scripturis & rationibus apertissimis omnia probans, dignus sanè memoria sempiterna: cuius vel solius (nimirum viri sancti) nomine nunquam pœnitebit me Angliam vidisse.

Luther tãtum carnalis.

2 At nunc animus est Lutheri cauillationes & calumnias diluere. id dum paro, aliud ex alio subinde mihi venit in mentem, nec tamen ea omnia licet, ita vti deceret proponere. Omitto igitur multa, ex multis vnum hoc tacere non possum, pro confirmãda fidei veritate, quæ dona gratiarum Christus apostolis suis contulerit: at hoc quoque alias memini me ad longum explicasse. Christus ergo apostolis suis potestatem dedit super spiritus immundos, dedit eis sapientiam & prudentiam loquendi corã regibus & principibus. Potestatẽ insuper contulit illis excõmunicandi inobedientes conſecrandi corporis sui sacramentũ, absoluẽdi peccatores, prædicandi verbũ Dei per vniuersum orbẽ, plantandi insũ per ecclesiam, constituit etiã eos in lucem mundi, gubernatores ecclesiæ, & principes super omnem terram, vt omittamus reliquas dignitates, de quibus vide Tom. nostrũ tertiũ.

Tom.3.

Marc.10.

Mat.18.

Luc.12.

Ioan.20.

Marc.16.

Ioan.15.

8.& 11.

Cæterum Lutherus suo more procaciter insultans, & contemnens tum vniuersum sacerdotium, tum ipsius ordinis sacramentum, blanditur & adulatur laicis, perhibens omnes
2. Petr. 2. christianos esse sacerdotes, inducit in hoc verba Petri, Vos
Apoc. 5. estis genus sanctum, regale sacerdotium: addit & illud Ioannis, Occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo, & fecisti nos Deo regnum & sacerdotes. Ad hæc, inquit, christiani, omnes vncti sunt à Christo: omnes ergo sunt sacerdotes, quum sint filij summi sacerdotis Christi. ¶ Age nunc accingamur ad respondendum istis locis quos dilaniat Lutherus pro consuetudine omnium hæreticorum, sicut egregiè su-
Lib. 20. moral. Duplex sacerdo. per hac re ei respondit rex Angliæ, Omnes enim ferè hæretici susceperunt quidem scripturas, sed illas pro suo libitu dilaniarũt, falséque sunt interpretati, iũxta istud Gregorij, Hæretici rodunt scripturas, & sanctos patres nobiscum laudant, sed deprauato intellectu pugnant cum laude eorũ contra nos. Quantum ergo attinet ad verba Petri, sciẽdum est scripturam dupliciter de sacerdotio loqui, simul & de regno: alterum enim internum est & spirituale, quod quisq; in seipso & erga se debet habere, atque hoc iam commune est omnibus christianis, siquidem nos Christus & regnum fecit & sacerdotium: regnum quidem, quia Christus in nobis regnare debet per fidem & gratiam suam, per dilectionem & charitatem spiritus sancti, per quam regat illæ vires animæ nostræ. Sicut ergo medicus rex est, ita pari quoq; ratione sacerdos, in spiritu scilicet & erga seipsum, vt Christo offerat fidem suã, pietatẽ & preces. huiusmodi sacerdotes instituit Apost. quando dixit, Fratres oro vos per miseri-
Rom. 5. cordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, Deo placẽtem, rationabile obsequium vestrũ, &c. Atqui extra regnum illud internum & spirituale, oportet etiam esse externam quandam administrationem, quæ à potestate superiori proficiscatur, oportet & esse regnũ & imperium, sic quoque præter interius sacerdotium spirituale, necessarium est esse aliud externum in hominibus, ad hoc ordinatis & constitutis, ad officium & ministerium suum
Li. 4. c. 1. coram hominibus exequendum. Ita B. Ambrosius apertè inquit in libro de sacrament. Quid hoc ad populum, si virga sacerdotis aruerat, & reflorui? populus ipse quid est nisi sacerdotalis? quibus dictum est: vos autem genus electum, regale

regale sacerdotium, vt ait Petrus, Vnusquisque vngitur in sacerdotium, vngitur in regnum, sed spirituale regnum est & sacerdotium spirituale: potest hoc idem exemplis confirmari, quilibet enim christianus existens in gratia Dei, Dei templum est, iuxta illud Pauli, Templum dei sanctum est, 2. Cor. 5. quod estis vos: templa autem hæc spiritualia sunt, extra quę necessum est habere etiam externa & materialia templa. Id ita esse vt credas, en tibi scripturæ testimonium inuincibile, neque enim cuiquam dubium esse crediderim facilè, in veteri testamento sacerdotium fuisse externum saltem circa Aaronem & eius successores: quoniam quum illud offi- Nume. 16. cium sibi vsurpare conarentur Chore, Dathan & Abiron, clamarentq́ue aduersus Moysen: sicut nunc Lutherani, vniuersam populi multitudinem esse sanctam, & dominũ quoque in ipsis esse, deglutiuit eos terra, & sic viui descenderũt in infernum: non dissidet inde quod admirando virgæ flore declarauit Deus hoc munus sacerdotale veluti propriè pertinere ad Aaronem in tribu Leui, neq; ad vllam aliã tri Num. 17. bũ populi Israël, & tamen Deus ita dixit ad populũ Israël, Si audieritis vocẽ meã, & custodieritis pactũ meũ, eritis mi- Exo. 19. hi in peculiũ de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta: vbi iam non omnes ita constituit sacerdotes vt Aarõ, sed internè & spiritualiter tantum. Sicut ergo Iudæi laici in veteri testamento sacerdotes fuerunt in spiritu: ita nunc quoque christiani sacerdotes sunt & reges spiritu tantum. Atque ad eundem modum intelligi etiam debent verba Ioannis.

3 Quod prẽterea inducit Lutherus omnes christianos vn Sup. 19. ctos esse à Christo, nemo est qui inficias eat: ideo enim parvulus in baptismo vngitur, sicuti supra duabus homiliis ostendimus, & Augustinus affirmat nos omnes à chrismate vel potius à Christo dici christianos. Veruntamẽ vniuersalis illa omnium christianorum vnctio, non est ordinata ad ordinem hunc sacerdotalem, sed potius ad militandum & seruiendũ Christo sub vexillo crucis contra hostes nostros, diabolum, mundum & propriam carnem: lõgè alia ratio est de hac vnctione, quæ nec laicis, neq; mulieribus competere potest: causam nobis suppetit propheta, imò Christus ipse: Esa. 61 qui, vt ait Lucas, quum venisset Nazareth, intrauit in syna- Luc. 6. gogam die sabbati, & surrexit legere: & traditus est illi li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ber Esaię prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locũ vbi scriptum erat, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Vnde satis constat Christum fuisse vnctũ ad euangelizãdũ. In ea vnctione adhuc prælati prædicant, & qui præpositi sunt cæteris, vt parochi magis sunt illius participes, quàm laici. Lutherus autem omnes christianos ad vnum ordinem sacerdotum redigere conatur, nihil reliqui faciens laicis & reliquæ hominũ multitudini. ¶ Quanto verius docuit nos Paulus, dicés, Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in iis quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: nõ permittuntur hæc cuiuis ex plebe homini, nulli chore siue Dathan licita sunt ista munera tanta, sed iis tantum qui ad hæc sunt vocati & constituti, vt non tantum pro se, sed etiam pro populo orent & intercedant. ¶ Atq; hîc quidem manifestè Neochristiani redarguuntur de errore, quod Lutherus contendit sacerdotes tantum à vulgo & plebe esse eligendos, non ab episcopis per ordinationẽ constituendos: deinde ex omnibus seniores tanquã magis exercitatos ad hoc muneris ascíscendos. Luthæri hæc sunt somnia & deliramenta, quibus conatur laicos irritare aduersus episcopos & capitula, dũ pollicetur eis sacerdotalis electionis ius contra omne ius, præter æquum & bonũ. Quondã fuit id quidẽ in vsu, vt populus alicuius ciuitatis eligeret episcopum, sicuti libere confitetur Orig. super Leui. quũ ait, Requiritur in ordinãdo sacerdote & præsentia populi, vt sciãt omnes & certi sint: quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminẽtior: ille eligitur ad sacerdotium, & hoc astante populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Quò faciunt & hæc apostoli verba, dicentis oportere episcopum habere bonũ testimonium ab iis qui foris sunt. Morem hunc etiam omnes cõprobant historiæ, ex quib⁹ cõstat electionem etiã episcopi, quanto magis parochi, fuisse penes plebem. Hæc ita esse nemini dubiũ est, verum nobis id nunc considerandum venit, vbi hîc allucinetur Lutherus qui quidem principio ibi statim impingit, quod putat id ita semper ab initio primitiuæ ecclesiæ esse obseruatum, diuersum & verbo & suo ipse exẽplo Paulus apostolus testatur. Nam Timotheum solus ipse ordinauit Paulus, sicut & ait,

Electio episcopi à plebe.

Hom. 6.

1. Timo. 3.

2. Timo. 1.

Admoneo te, vt resuscites gratiã Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum. Ecce dicit, mearum: vnde patet Timotheum à Paulo esse ordinatum, non à plebe. Similiter & ad Titum scribit, Ideo reliqui te in candia, vt consti tuas presbyteros: non relinquit hoc populo, sed iniũgit Tito, qui nõ multos adhuc habebat annos, sicut & Timotheo: palam igitur sit ambos illos à Paulo esse ordinatos episcopos, neque sine omni ordinatione intrusos, vt putat Lutherus: nam si sacerdotes veteris testamenti oportuit esse consecratos, quanto magis nunc presbyteros nouæ legis. *Tit. 1.*

4 Aude nunc, quisquis es, Paulo esse impudentior, & affirma Lutheri fundamentum esse solidum, quando ait electionem episcoporum in primitiua ecclesia tantum fuisse penes plebẽ, cõtra tã manifesta ipsius Pauli testimonia. Adhuc longè lateq; superabit errorẽ hunc, quod deinceps docet plebeiam isthanc episcopi electionẽ esse de iure diuino, & inducit ad hoc epistolã Cypriani scriptam à concilio Aphricano ad quendam presbyterum Felicẽ, licet autẽ id in epistola non inueniatur, concilium tamen affirmat ordinationem hãc deueniſſe ab authoritate diuina, & allegatur in hoc exemplum Eleazari, qui successit patri suo Aaron. Iam si reuoluamus librũ Num. non inueniemus vtique eum esse electum à plebe, sed quia Deus præcepit Moysi, vt Aaron vna cum Eleazaro duceret re mõtẽ Hor, & vestimẽta Aaronis indueret Eleazaro. Id ita factũ est coram vniuerso populo, & Aaron mortuus est, neq; in locũ plebs, vt somniat Lutherus, elegit filiũ suum Eleazar. Quur autẽ morem hũc eligendi dimiserint patres, palam fit ex epistola Augustini. quando Eradium assumpsit in coadiutorem & successorem suum in episcopatu, ait enim, Scio post obitus episcoporum per ambitiosos aut contentiosos solere ecclesias perturbari, quod sæpe expertus sum, & dolui. Meritò itaq; plebeia ista electio per ecclesiam sublata est, & presbyteris relicta, primum pluribus, mox paucioribus, sicut in concilio Constantinopolitano & Laodicensi constitutũ legimus. Vide de primatu Pet. li. 3. c. 28. ¶ Priusquã finiam⁹ hãc materiã, operępretiũ videtur, respõdere etiã ad illud quod inducit Lutherus verba hæc Pauli ad Cor. In vno spiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus, & omnes in vno spiritu potati sumus: infert ille, ergo æqualiter omnes sumus sacerdotes. *Num. 20.* *Electio plebeia nõ iuris diuini.* *Epi. 110.* *Eccl. 2.* *1. Cor. 11.*

O lanienam hæretico dignam, hoccine est sacras literas tractare? Aut quis non videt ineptiã hominis, quis nõ condoleat merito tam ineptè delyrãti? Quid enim magis absurdũ? quidve cõcludit minus efficaciter, quã hoc quod ait, Omnes nos Christiani vnũ sumus in corpore Christi, cuius spiritũ accipimus & in eo potamur, ergo omnes sumus quoq; sacerdotes? Quasi si quis colligat in hũc modũ, Omnia mẽbra corpus vnũ sunt, vitamq́; vnã habent, ergo omnia erũt manus vel pedes, siue capita: quum tamẽ etiam in vno corpore membrorũ diuersitas sit, vt ipse fatetur Paulus, dicẽs, *1.Cor. 12.* Multa quidẽ membra, vnum autem corpus: & subijcit inde verba à Luthero allegata, cuius falsitas luce clarius inde patet, quòd etiam Paulus vnius corporis mẽbra tamen asserit esse diuersa: ꝙ tamẽ negare præsumit Lutherus, ęqualitatẽ membrorum cupiens adstruere, affirmãs christianos omnes æquè esse sacerdotes: quod vt erroneũ est, ita cũ textu per diametrũ pugnat. *Docere nõ est plebis.* ¶ Neq; à proposito desinit Lutherus, sed vt institutũ suũ magis persuadeat, dicit officiũ docendi esse cõmune, & cuiuis ex plebe permissum: addit & aliud, quod nulla iam amplius doctrina sit opus, eo ꝙ nũc post aduentum Messię omnes ęqualiter doceãtur à Christo, sicut scriptum est, *Ioan. 6.* Erunt omnes docibiles Dei, & ait Propheta, Repleta est terra scientia dñi, sicut aqua maris operientis. Nec discordat Hieremias, dicens, Nõ docebit vltra proximum suum, & vir fratrẽ suum dicens, cognosce dominũ: omnes enim cognoscent me à minimo eorũ vsq; ad maximũ. His *Esa. 54.* locis multũ innititur Lutherus, cum quibusdam cõcordantibus. Adducit eñ & illud Esa. Dabo vniuersos filios tuos doctos à domino. atq; per hoc multũ laborat, si forte queat, tollere sacerdotiũ ecclesiæ, sicut quidã alij adducũt hęc verba Ioãnis, *1.Ioan. 2.* Nõ necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed vnctio eius docet vos de omnibus. Et quãuis Lutherus cũ omnibus suis fere huic doctrinæ innitatur, eáq; prædicet, adeo tamẽ excæcati sunt omnes, vt si vel mediocriter aliquid facere videatur ad eorum causam, tunc vniuersam eam semel reiiciunt, licet hi loci omnes nihil omnino faciant cõtra officiũ sacerdotale in docẽdo: primũ omnium quod ait Ioãnes, *Ioan. 6.* Erunt omnes docibiles Dei, hoc est, quòd omnes christiani veram habẽt fidẽ, fides autẽ donum Dei est, sicut eam *Omnes docti à Deo* Paulus in numero reliquorum donorum enumerat. Quũ ergo

ergo fidem habeamus à Deo, sumus & à Deo docti (si scrutaris fidem, nõ solum quoad assensum, sed etiam quoad apprehensionem) deinde etiã ideo christiani omnes dici possunt edocti à Deo, quia & Christus ipse eis prædicauit, ipsósq; docuit, & inde spiritũ sanctum illis misit, qui apostolos eorũq́ue successores christianos doceret omnẽ veritatẽ. Quum itaq; ecclesia in fide susceperit omnia illa quæcunq; Christus docuit apostolos simul & spiritus sanctus, recte dici potest eã à Deo doctã, per apostolos quidẽ & sanctos doctores. Quid ꝙ etiã nũc spiritus sanctus quotidie suo instinctu docet Ecclesiã, nã hoc illud est quo Deus pater attrahit homines, puta per suã doctrinã, quã vel immediate inspirat, vel p reuelationẽ angelorũ, vel ministeriũ humanum, (vide Augu. de prędest. sanctorum) vsqueadeo magnũ Dei donũ est fides, vt doctorẽ habeat in cœlis. Reliqua ex prophetis inducta, licet partim sint in apostolis in die Pentecostes impleta, qñ acceperunt spiritum sanctum, *1.Cor.13.* perfectè tamen implebuntur in statu gloriæ futuræ, quãdo quicquid imperfectũ est, euacuabitur: sicut ad longũ explicat Augustinus in lib. de spirit. & litera. Aliàs si pro hoc statu *Augusti. cap. 28.* sublatũ foret omne docẽdi ministerium, quur præcepisset *Ioan. 21.* Dominus Petro vt pasceret oues suas? quur cõmisisset Paulo apostolatũ in gentibus? quur ipse etiã Paulus tot scripsisset epistolas? quur tantũ prædicasset vbiq; cum alijs apostolis, neq; ipsi tantũ, sed & per discipulos suos, sicut officium *Galat. 2.* hoc iniunxit Paulus Timotheo & Tito. Petrus quoque subornauit Maternũ, Euchariũ, Valeriũ, &c. ¶ Imo & scriptura vniuersa vana futura erit, si omnẽ doctrinam immediatè expectabimus à Deo, sic nobis Lutherus prophetas omnes tollet è medio, & Euãgelistas, totamq́; bibliam: neq; vero sanctorũ tantũmodo patrũ scripta corruẽt, sed & sua propria cõmenta, ac figmẽta suorũ procul ableganda erunt verum sic cõtendit cæcus iste & stupidus Andabata, prẽter oẽm rationem, neque sciens quid dicat. ¶ Supereſt vltimus *1.Ioan. 2.* Ioãnis apostoli locꝰ, quẽ inflatis buccis velut inde triũphãs, serio proclamauit Zuinglius, & hũc quoq; nodũ paucis dissoluemus. Nõ est aũt hic sensus, quasi nõ debeamus extrinsecus doceri mutuũq́; docere, propter vnctionẽ: aliàs enim & hanc (qua id docemur) frustra scripsisset Ioãnes epistolam. Aut quid tantũ clamatur passim in cõcionibus? Quur

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ omnes cõtenti sumus eo quod vnctio docet nos omnia? Ita beatus Augustinus scribens super hãc epistolam obiicit & ipse sibi respondet, dicens, Videte magnum sacramentũ fratres, sonus verborum nostrorũ aures percutit, magister intus est, nolite putare quẽquam hominem aliquid discere ab homine: admonere possumus per strepitũ vocis nostræ: si nõ sit intus qui doceat, inanis sit streptus noster: adeò fratres vultis nosse, nunquid nõ sermonem istum audistis omnes? quàm multi hinc indocti exituri sunt: quantum ad me pertinet omnibus loquutus sum, sed quibus vnctio illa non loquitur, quos spiritus sanctus intus non docet, indocti redeũt: magisteria forinsecus adiutoria quędã sunt & admonitiones, cathedram in cœlo habet qui corda docet. Præterea & ipse ait in Euangelio, Nolite vobis magistrum dicere in terra, vnus est ergo magister Christus. ¶ Super eundem locũ & Beda sic inquit, Vnctio eius docet vos de omnibus, quomodo in Euangelio dominus de eodẽ spiritu loquens discipulis ait, Ipse vos docebit omnia, quia nisi idẽ spiritus cordi adsit audiẽtis, ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docẽtis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vanum laborat, nec tamen doctor cessare debet, quin quòd valet, faciat. ¶ Nullũ itaque reliquum est Lutherano errori fundamentum, quando nec scripturæ per eum inductæ ipsius probare possunt institutum: sequantur ergo catholici omnes apostolorum & euãgelistarum doctrinam, neque contẽnant sanctorum patrum scripta, prædicationes suorum superiorum audiãt attentè. vtique hic gratiam, & illic gloriam æternã consequuturi à summo sacerdote Christo Iesũ domino nostro, qui est benedictus in secula, Amen.

Vnctio nos docet.

Matt. 11.

HOMILIA SEXAGESIMATERTIA,

de multitudine graduum in sacramento ordinis.

¶ Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Exod. 25.

NOn me clà est, dilectissimi, verba hæc à moyse scripta, quo ad literam, de septẽ candelabris aureis & lucernis in tabernaculo, quapropter fugillare forsitã queat Neochristianus aliquis hema istud à nobis hoc loco positum: sed nos iam breuiter ostendemus, quomodo verba inducta nobis multum valeant ad confutandum eorum errorem, siue literam inspiciamus, siue spiritum: quoad literam certe infringit furiosam ipsorum insaniam, siquidem vna cum hæretico Vigilantio deridemus simplicitatem ecclesiæ, quæ lucernis vtitur accensis in cultu diuino: ita isti in lusum vertunt, clamitantes inique nos incendere luminaria Deo vt videat, qui omnia videt, cuiq; nunquam defuit visus, & tamen seriò adeò præcepit ille sibi luminaria succendi ad honorem.

Hieron.

¶ Præterea pungit & hic locus fastidium Neochristianorum, quod conceptum habent aduersus magnos templorum sumptus & apparatum cultus diuini, neque vident Deum præcepisse, vt etiã candelabra fierent ex auro purissimo, cum omni ornatu, & emũctorijs similiter ex auro puro, auri quoque pondus exprimit scilicet talentum. Verùm quantũ ad sensum mysticum attinet, neq; hic eis facilè cesserо, præcipue adiutus à Paulo, qui præclaram nobis in hac re regulam dedit dicẽs de patribus veteris testamenti, Omnia in figura contingebant illis: operæpretium igitur est videre quid sibi velint lucernę cum candelabris, quidq; nobis in veritate significent. Sicut aũt de Sara & Agar dicit Paulus atq, filijs earum, quæ vtiq; vera erat historia: ait tamen, hæc sunt per allegoriam dicta, quanto magis in ijs candelabris atq; lucernis sensum allegoricum & mysticum debebimus indagare? candelabrũ ergo, inquit Beda, significat vniuersalem ecclesiã præsentis temporis, ideo nanq; sunt ante velum, intra quod arca posita, quia nondũ ad visionem redemptoris meruit intromitti. Et ecclesia recte per candelabrum intelligitur, quoniam errantibus viam veri luminis monstrat. ¶ Nõ alienum est quòd doctores per septem luminaria accipiunt septẽ dona spiritus sancti, quæ catholicis pro voluntate domini distribuũtur. Quia autem lumen in sacris literis fere significat illustrationẽ, siue per gratiam, siue doctrinã, sicut & dominus seipsum vocauit lucem, & Ioannẽ appellat lucernã ardentẽ. Sed ecclesiastici ministri sunt à Christo instituti, & repositi super candelabrũ ecclesiæ, ad illuminandum, & dispergandã ecclesię lucẽ per vniuersum orbem, idq; ue per radios splendoris euangelici, iuxta hanc Christi commissionem, Ite in orbem vniuersum. Quãuis sunt ex doctoribus nonnulli, qui apostolos intelli-

1. Cor. 10.

Galat. 4.

Ioan. 1. & 8.

gere volũt per emunctoria, in quibus emuncta à luminaribus sint deleta, quod nimirum emũxerint illi lucernas veteristestaméti, eásque deleuerint vt minus fœterent, factúmque id affirmant in abrogatione præceptorũ legaliũ. Quicquid est, certe à mysterio huius sacraméti diuersum nõ est, quod ibi etiam ordines septẽ significẽtur, vt ita, sicut ad finem illius capitis insinuatur, inspiciamus exemplar, sicut in monte monstratũ est, Facies lucernas septem, & pones, &c.

Mat. 16.

Act. 15.

Aue Maria.

¶ Nunc demũ hîc locus exposcit, charissimi, vt de septem ordinibus disseramus iuxta cõsuetudinẽ ecclesiasticá à sanctis apostolis traditam, & ad nos vsque deductá: deinde de tonsura, & episcopali ordine quoq; dicemus: ita, vt si quid hæreticum & christianæ veritati contrarium occurrerit, id obiter reiiciamus. Et principio constat in ecclesia catholica ordines seu ordinationis gradus esse septem, ordinẽ autem dicimus eximium & eminẽtem aliquẽ in ecclesia gradum, qui nõnihil præparet ad sanctissimum illud opus cõsecrationis corporis & sanguinis Christi perficiendũ, vel etiam qui pertineat ad id quod inde adiuuat eiusmodi præparationẽ, id infrà in singulis ordinibus plene docebimus. Esse autem plures ecclesiasticæ dignitatis gradus, rationabilis assignari potest caussa: docet em̃ Paulus ecclesiá corpus Christi esse mysticũ, aliqua ratione, simile vero & naturali corpori Christi, Atqui corpus eius naturale mẽbra habet diuersis officijs & ministerijs distincta, ideoq; decet & in ecclesia esse varia mẽbra itidem varijs functiõibus instructa: Atq; ij nimirum sunt gradus ecclesiasticæ dignitatis & status. ¶ Nouum nanq; testamentũ dignitate ministrorũ longe superat vetus, dicẽte domino, Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Valide probat idipsum Paulus ad Corint. & aliquanto fortius ad Hebr. quomodo lex vetus vmbrã tantum habuerit futurorum bonorum. In veteri autem testaméto non tantum sacerdotes, sed & Leuitæ, & præcipue Pontifices consecrabantur. Quid igitur prohibeat quo minus sint etiam in ecclesia distinctæ consecrationes? In eius rei figuram legimus quomodo regina Saba quũ venisset Hierosolymam, conspicata ordinem ministrorũ Salomonis vsqueadeò admirata est, vt ita attonita præ stupore magno velut extra se raperetur:

Rom. 12.
1. Cor. 12.

Luc. 10.

1. Cor. 3.
Heb. 10.

3. Reg. 10.

peretur: neque iam sufficeret admirari sapientiam Salomonis. Quanto magis admirari conuenit quanuis animã piam, super admirando illo ordine famulitij ecclesiastici veri Salomonis Iesu Christi, in domo ipsius, hoc est, ecclesia sancta, &c. ¶ Petrus Longobardus egregium dedit huic tractatui principium, & ait, Septem sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis apertè traditur, & capitis nostri, scilicet Iesu Christi exemplo monstratur: qui omnium officia in seipso exhibuit, & corpori suo, quod est ecclesia, eosdem ordines obseruandos reliquit. Septem autem sunt propter septiformẽ gratiam spiritus sancti, cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indignè accedunt: illi autem, in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti, quum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

2 Porrò in electione presbyterorũ, & omnium ecclesiasticorum ministrorũ maturior & grauior quondá diligentia obseruabatur, nũc tamen vsqueadeo opus esset. vt cùm maximè seueriter admodũ super hoc statuit Clemens Papa & martyr: Tales, inquiens, ad ministeriũ eligantur clerici, qui dignè possunt dominica sacramenta tractare: melius est em̃ domini sacerdotiũ paucos habere ministros, qui possent digne opus dei exercere, q̃ multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducunt. Eadẽ quoq; sententia est Leonis magni, quando tractat verba Apostoli de nõ imponendis cito manibus alicui, docens idipsum nõ esse aliud, nisi ante tẽporis maturitatem ante tempus auditionis siue probationis, ante obediẽtiæ meritũ, ante experimentũ disciplinæ, dignitatem sacerdotalem cõferre nõ probatis. Atque hoc etiã nunc ecclesia habet in vsu, nã imminente iam ordinationis tẽpore, diaconus primo dicit ad episcopũ, Reuerende pater, postulat sancta mater ecclesia, vt hos præsentes ad onus diaconatus vel presbyterij ordinetis. Episcopus subiungit, Vide vt ij natura, scientia, & moribus tales ad te adducantur, vt per nos tales in domo Dei ordinẽtur, per quos diabolus latè expellatur, & ordinati domino Deo nostro augeãtur. Archidiaconus inde respõdet, Quantũ ad humanã pertinet experientiã, natura, scientia & moribus digni sunt reputati: qui, fauente Deo, in ministrando boni inueniãtur coadiutores.

C. tales. 23 distin.

1. Tim. 5.

Numerus ordinum.

¶ Cęterùm ab initio diximus, septem esse ordinum gradus: ex iis quatuor dicuntur minores, ostiariorum, lectorum, exorcistarum, & acolythorum: tres reliqui maiores vocantur, subdiaconorum, diaconorũ, & presbyterorum. Quanuis autem omnes ordines sint sancti, quia sacramentum, attamen tres maiores tantum sacri solent vocari, nõ ideo tantum, ꝙ præ cæteris minoribus ordinib⁹ sint excellentiores, sed quia quilibet illorum officij sui ministeriũ exequitur cum materia sacramenti corporis aut sanguinis Christi consecrata.

Ianitor. 1. Par. 26.

3 De singulis iam porro ordinibus dicturi, viam ingrediamur cõmunem, & principio se nobis offerunt ianitores, quorum figura in veteri testamento etiam præcessit: eorum autem officium fuit aperire & claudere templũ, & ab eius ingressu prohibere immundos. Hodie autem ianitoris officium est in ecclesia discernere inter bonos & malos: malos in ecclesiam nõ admittere, vt eos qui in excommunicatione sunt, vel interdicto, aut hæreticos, &c. Paludensis putat æditum nunc gerere officium ostiarij. Quicquid illud est, nõ despiciamus ordinationem ipsius. finita iam letania super ordinandos, dicit episcopus ad eos, Suscepturi charissimi filij officium ostiariorum, videte quid in domo Dei agere debeatis. Ostiarium oportet percutere cymbalũ & campanã, aperire ecclesiam & sacrariũ, & librum aperire ei qui prædicat. Prouidete igitur, ne per negligentiam vestram illarũ rerum, quæ intra ecclesiam sunt, aliquid depereat, certísque horis domũ Dei aperiatis fidelibus, & semper claudatis infidelibus, quòd dominus vobis concedat per suam misericordiam. Amen. ¶ Arrepta deinde claue ab altari, exhibet illam episcopus eis, dicens: Sic agite quasi reddituri rationẽ pro iis rebus, quæ in iis clauibus recluduntur. Mox archidiaconus deducit eos ad ianuam, vt eandẽ aperiant & claudant, ac rursus adducit ad episcopũ, qui facta super eos oratione, benedicit illos. Officio hoc vsus est dominus Iesus, quando facto ex funibus flagello eiecit vendentes & ementes ẽ templo: neque absurdum id est, quum ipse se quoque dixerit esse ostium, adeò vt quisquis per illud ostium sit ingressurus, seruetur. ¶ Secundus ordo est lectorum, quibus ex officio incumbit prophetas legere coram populo, & illis itaque episcopo oblatis, sic dicit ipse: electi fratres charissimi, vt sitis lectores in domo Dei nostri, officium vestrum agnoscite

c. cleros. 21. distin. & c. per elect.

Ioan. 2.

Ioan. 10.

agnoscite & implete: potens enim est Deus, vt augeat vobis gratiam perfectionis æternæ. ¶ Lectorem enim oportet legere ei qui prædicat, & lectiones cantare & benedicere panem, & omnes fructus nouos (fit hoc ex more veteris ecclesiæ, sicut adhuc & in Græcia & Gallia obseruatur, vt singulis diebus dominicis benedicatur panis, sicut apud nos sal & aqua. ostendimus hoc ipsum & suprà ex Augusti. lib. 2. de bapt. paruu. c. 26.) Studete igitur verba Dei videlicet lectiones sacras distinctè, etiam apertè ad ædificationem fidelium absque omni mendacio falsitatis proferre. Quòd autẽ ore legitis, corde credatis atque opere compleatis: quatenus auditores vestros verbo pariter & exemplo vestro docere possitis: ideóq; dum legitis in alto loco ecclesiæ statis, vt ab omnibus audiamini & videamini, figurantes positione corporali, vos in alto virtutum gradu debere cõuersari, vt cœlestis vitæ formam eis præbeatis, quòd in vobis Deus impleat per gratiam suam, Amen. ¶ Deinceps episcopus eis librũ porrigit, & ait, Accipite, & estote verbi Dei zelatores, habituri (si fideliter & vtiliter impleueritis officiũ vestrum) partem cum iis qui verbũ Dei bene ministrauerũt ab initio. Ad extremum præmissa oratione episcopus, benedictione quoq; absoluit hanc ordinationem. Ordinatus autẽ in lectorem, inquit Hugo, debet esse doctus, vt intelligẽter & distinctè possit legere scripturam. Typum huius ordinis gessit in veteri testamento clamor prophetarum, qualis fuit hic Esaiæ, Clama, ne cesses, exalta vt tuba vocẽ tuam, & annuntia populo meo delicta, & domui Iuda scelera sua: quãuis hoc ꝓpriè pertinet ad prædicatores. ¶ Hoc officio perfunctus est & dominus Iesus, quando in Nazareth ingressus synagogam, reuoluto libro, cœpit legere illud Esaię, Spiritus domini super me. Qua lectione docere voluit lectorem sacræ scripturæ debere habere vnctionẽ gratiæ spiritus sancti, sicut intellexit Augusti. lib. 1. de bapt. paruu. c. 32.

C. lecto distinct. 23.

Esa. 58.

Luc. 4.

Esa. 61.

Exorcista.

4 Tertius ordo est exorcistatus, ibi episcopus primũ admonet illos officij sui, vt meminerint eiicere dæmones, & cum aqua ministrare in ecclesia. hinc subiungit, Studete igitur, vt sicut à corporib⁹ aliorũ dæmones expellitis, ita à mẽtibus & corporibus vestris omnẽ immunditiã & nequitiam eiiciatis, discite per officium vestrum vitiis imperare, ne in moribus vestris aliquid sui iuris inimicus valeat vendicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tunc enim rectè in aliis dæmonibus imperabitis, quũ prius in vobis eorum multimodam nequitiam superatis. ¶ Post hæc exhibet eis librum, in quo exorcismi sunt descripti, & ait, Accipite & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue catechumenos. ¶ Postremò episcopus, vt suprà, oratione & benedictione hunc quoque cõcludit ordinem.

23. distin. exorcista.

¶ Præcessit autem & hunc gradum figura in veteri testamento, quando rex Salomon inuenit modum, quo dæmones coniuraret remanentes in templo Hierosolymitano, sicut Hierony. commemorat Matth. 12. & Beda in Homil. Luc. 8. 11. Luc. 11. Sed & Christus vsus est officio illo, nec semel, neque raro, quoties obsessos à dæmoniis liberauit, præcipuè quum tetigit sputo suo aures & linguam muti ac surdi, dicens, Effeta, quòd est adaperire. Vide suprà in materia baptismi. Neque verò ipse tantum modo Christus hac potestate vsus est, sed eandẽ quoq; dedit apostolis, sicut in Matthæo & Marco legimus. Apud Lucã quoque sic dixit ad Iudæos, Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, in quo ergo eiiciunt filij vestri? ideoq; ipsi iudices vestri erunt, intelligens apostolos, qui tũc erant exorcistæ. ¶ In Actibus apostolorũ legimus, quoniam tentauerunt quidam de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini Iesu, erant autem septem qui hoc faciebant. Et insiliens in eos homo in quo erat dęmoniũ pessimum, & dominatus amborũ, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Temerariè nanque vsurpauerant isti officium sibi non contraditum, nec à quopiam commissum, contigit igitur eis merces condigna.

Matth. 8. Luc. 8. 11. Lucæ 7. Mar. 8. Matt. 10. Mar. 3. Luc. 11. Actu. 19.

5 Quartus ordo est acolythorũ, (Lõgobardus post Isidorum in Etymologia lib. 7. dicit Græcè acolythi, Latinè cæroferarij dicuntur, à deportandis cæreis. fateor paruitatem meam hoc nondum attigisse, sed cum ἀκολουθέω sequi significat & seruire, inde ἀκόλουθος sequens, consequens, minister, sectator, puer. Quomodo ad cæram flectatur, fateor me nescire, ego arbitror ita voluisse præfatos, non quòd illa sit interpretatio nominis è Græco, sed quòd voluerit assignare morem ecclesiæ Græcæ, quæ Acolythos appellat, quos in Latina ecclesia cæroferarios nominemus.) Officium eorum accipitur ex iis quæ ad ipsos dicit episcopus.

Ita iudicaui & Agricola me die? lector Græcæ linguæ.

¶ Susceпturi,

¶ Susceпturi, charissimi, acolythorum officium, pensate q̃ suscipitis. acolythum enim oportet cæroferarium ferre, luminaria ecclesiæ accendere, vinum & aquam ad eucharistiam ministrare. Studete igitur susceptum officium dignè adimplere: non enim Deo placere poteritis, si lucem Deo manibus præferentes, operibus tenebrarum inseruiatis: & per hoc aliis exempla perfidiæ præbeatis: studeatis potius fructibus lucis, qui sunt apostolo teste, in omni bonitate, iustitia & veritate, vt sic & vos & Dei ecclesiam illuminetis. Tunc enim in Dei sacrificio digne vinum suggeretis & aquam, si vos ipsi Deo per sacrificium, per castam vitam & bona opera oblati fueritis, quod vobis dominus concedat per misericordiam suam, Amen.

2. dist. acolythos.

(Pontificale Romanum est auctius.)

¶ Deinde porrigit eis episcopus candelabrum cum lucerna extincta, & ait, Accipite cæroferarium cum cæreo, & sciatis vos ad accendẽda lumina ecclesię mãcipatos in nomine domini. ¶ Mox & vrceolũ dat vacuũ, dicens, Accipite vrceolũ ad suggerendũ vinum & aquã in eucharistia sanguinis Christi in nomine domini. Vltimo quoq; præmissa oratione benedicit eos de ministerio quod sunt cõsequuti. ¶ Circa hũc ordinẽ meminerit quilibet christianus, & cõsideret nõ hoc esse acolythorũ officium vt sicut æditui discurrant hinc inde in tẽplo accendentes luminaria, sed tanquã & ipsi cõsecrati incendant lucernã, eãmq; deferant ante diaconum iam lecturum euangelium, vel ad missam sacerdote consecraturo. Quoniã lucernæ illæ ab eis gestantur accensæ nõ ad discutiendas tenebras, quæ tunc nullæ sunt, sed clarissima dies: in hoc autem deferuntur, vt sic veluti signũ prodant lætitiæ, quódque sub lucerna illa materiali lux intelligatur, de qua scriptum est, Erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominem. Hugo ita ait, Sicut visibile lumen manibus gestant, ita opera lucis proximis ostendant, & more lucis errantibus viam, in tenebris palpantibus ducatũ præbeant. ¶ Ordinis huius figura in veteri testamento penes eos fuit, quibus incũbebat cura candelabri aurei cũ septem lucernis, atque ij sane erant filij Aaron, sicut præceperat dominus, etiam de iugi igne in templo, potest accommodari ad hanc figuram. Sed in nouo quoque testamento videbimus Christũ in se plus quàm ministerij huius functionem habuisse, quando dixit, Ego sum

Ioan. 1. *Exo. 27.* *Num. 6.* *Leuit. 24.*

lux mundi, qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. ¶ Hi sunt igitur quatuor ordines sacri in ecclesia catholica ad illuminationem fidelium, & cõmemorationem eorum quæ in ecclesia fiunt. ¶ Superest nũc porro vt nonnihil dicamus de reliquis tribus ordinibus sacris, idque in proxima homilia, &c. Rogemus dominum.

HOMILIA LXIIII. DE SACRO *ordine subdiaconatus.*

¶ Facies tibi lucernas septem, &c.

C. à multis de æta. & qual. ord.

ORdines minores hactenꝰ ex ordine declarauimus, idque breuiter, quamuis nõ pauca in iis quoque lateant mysteria, nũc ad reliquos tres maiores progrediemur. Est ergo quintus ordo subdiaconorum, quorum officium, ex iis quæ eis iniungit episcopus, poterimus colligere: primum enim iuxta ordinationem ecclesiæ Romanæ sic dicit ad eos, Fratres dilectissimi, ad sacrũ subdiaconatus ordiné promouendi, iterum atque iterũ considerare debetis attentè, quòd onus hodie vltro appetitis: hactenus enim liberi fuistis, licetque vobis pro arbitrio ad secularia vota transire: quòd si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit à proposito resilire, sed Deo (cui seruire, regnare est) perpetuo famulari, & castitatem illo adiuuãte seruare oportebit, atque in ecclesiæ ministerio semper esse mancipatos. Proinde dum tẽpus est cogitare, etsi in sancto proposito perseuerare placet, in nomine domini huc accedite. ¶ Afferant ergo singuli ordinandi secum humerale vestem albam, cingulũ, & manipulum habeãt in sinistra, vna cũ veste Leuitica, in dextra autem cereum (quilibet episcopatus habet suas cęremonias, modo non differant in substantialibus.) Exhortationis huius causam offert nobis lex, & constitutio ecclesiastica de perpetua castitate seruanda, sicut in multis conciliis decretũ est & sancitũ. ita enim statuit papa Stephanus, ita & Leo. 2.

Bern.

C. ante triennium c. alter. c. lex. cũ concord. 2. di.

Qua de re plura dicemus infrà circa matrimonium. Quantum ad ordinationem subdiaconi pertinet, sane sic ait Hugo, lib. 2. par. 3. c. 10. patribus placuit, vt qui sacra mysteria contrectant, legẽ obseruent continentię, sicut scriptum est, Mundamini qui fertis vasa domini. ¶ Atq; subdiaconũ etiã Græci hypodiaconum vocant, quod diacono subditus esse debeat, illiúsque stare iussioni, & in omnibus ei obedire.

Esaiæ. 52

2 Post

2 Post hanc primam admonitionem, dictaque Letania, episcopꝰ denuo exhortatur eos, & ait, Adepturi fratres charissimi, officium subdiaconatus, sedulo attendite, quale ministerium vobis traditur: subdiaconum enim oportet aquam ad ministerium altaris præparare, diacono ministrare, pallas altaris & corporalia abluere, calicem & patenam in vsum sacrificij eidem offerre, de ipsis oblationibus tantũ in altari ponere, quantum possit populo sufficere, ne aliquid putredinis in sacrario remaneat. Pallæ altaris, & corporalia in alio vase lauẽtur: nam ipsa lotionis corporalium aqua in baptisterium mergi debet. Studete itaque, vt ista visibilia ministeria nitidè & diligentissimè complentes, inuisibilia horum exemplo perficiatis. Altare quippe sanctæ ecclesiæ ipse est Christus, sicut Ioannes in Apoca. vidit. Estote ergo tales, qui sacrificiis diuinis, & ecclesiæ Dei digne seruire valeatis, in vera & catholica fide fundati, quòd ipse vobis præstare dignetur, qui viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen. ¶ Mox vnicuique calicem porrigit episcopus vacuum, vna cum patena, & archidiaconus (quia illi velut in adminiculum ordinantur) dat eis vrceolos cum vino & aqua, gutturnium cum mappula: episcopus autem dans illis calicem dicit, Accipite calicem salutis in nomine domini. Ad omnes verò subdiaconos sic ait, Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur, ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quòd deo placere possitis. Postremò, præmissa oratione, benedicit ordinatos benedictione finita, episcopus cuilibet imponit humerale super caput, & tunicam Leuiticam tradit intuendam, librum quoque epistolarum porrigit, & ait: Accipite librum epistolarum, & habete potestatem legendi eas in ecclesia sancta Dei, tam pro viuis quàm defunctis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ad extremum iniungit singulis vt orent quotidie septem horas Canonicas, pro consuetudine diœcesis. Et nota quando diximus calicem debere esse vacuum, & similiter patenam, hoc non est necessarium secundum archidiaconum & Hug. Et forma ordinandi fuit conscripta in concilio Carthaginensi quarto, sine dubio ex veterum instituto.

Apoc. 8.

C. subditi dist. 23.

3 Habuit & hic ordo figuram in veteri testamento, siquidem Nathinæi in hoc erant constituti à Dauide, & principibus, vt inseruirent Leuitis, sicut eorum 122. missi sunt ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæos, cum reuerterétur ex captiuitate Babylonica. Quẽ admodum ergo nunc in ecclesia subdiaconi ministrant diaconis, & seruiunt ad omnem nutum, ita quõdam Nathinæi seruiebant Leuitis, nomen autẽ habuerunt à Natham q̃ est dare, eo quòd illorum officiũ erat Leuitis porrigere signa, aquas, & omnia necessaria in templo (scio quod Hugo, & post eum Petrus Longobardus interpretantur, Nathinæi, id est in humilitate Deo seruiẽtes, nos linguam sanctam sequuti sumus.) Sunt qui putẽt Nathanaëlem vnum fuisse ex illis, qui Christum cognouit, & laudatus est ab eo, quando dixit dominus, Ecce verè Israëlita, in quo dolus nõ est (ego arbitror esse nomen proprium.) ¶ Christus quoque ordinis huius ministerio vsus est, vt quidam volunt, quando vinum fecit ex aqua. Magis tamẽ arridet sententia Hugonis, qui dicit Christum hoc officio functum, quando post cœnã linteo præcinxit se, & fudit aquam in peluim, cœpitq; lauare pedes discipulorum, & tergere linteo. Quia ministerium aquæ olim fuit penes Nathinæos, nunc autem penes subdiaconos. Quæres, cur subdiaconus legat epistolam in missa, cum tamen liber epistolarum ei tandem post ordinationem conferatur? Obseruanda hîc principio est regula Hugonis, quia quum non expressè constat, quæ sint essentialia illa in quibus ordo confertur, ideo tota debet obseruari forma, sicut habetur in põtificali cuiuslibet diœcesis, sunt tamẽ quædam quæ singulariter in singulis ordinibus vsurpantur, in quibus putant doctores essentialiter conferri ordinis sacramentum: vt in exhibitione clauiũ aiunt cõferri ostiariatum: in oblatione libri exorcismorũ exorcistatũ, lectoratũ verò in acceptione libri prophetarũ, acolythatum in exhibitione vrceolorũ & candelabri, subdiaconatum in porrectione calicis & patenæ, diaconatũ autem in eo dum recipit librũ euangeliorum, de presbyteris infrà dicemus. ¶ Quãuis ergo nõ sit præcipuũ subdiaconi officium, legere epistolam, sed porrigere diacono vasa ad consecrationẽ, & quod est offerẽdũ: tamen quia diacono subiectus est, & hîc quidẽ euangelium cantat, decet omnino eũ legere seu canere epistolam, ideoq; post suã ordinationem demum recipit librum ab episcopo.

¶ Sequitur inde ordinationem subdiaconi non fieri cũ impositione manuum, sicut manifestè testatur concilium Carthaginense quartum. Quo tamẽ modo diaconus & presbyter

Ioan. 1.

Ioan. 2.

Ioan. 13.

Subdiaconus legit epistolam.

Manus impositio. 23. dist. subdia.

ter ordinatur (varia imponitur manus, vt suprà de confirmatione.) Nihil autem per hoc decedit sanctimoniæ huius sacramenti, quæ aliundè prouenit quam ex manuum impositione. Est & hæc sanctorum patrum sententia, quod quãuis diaconorum & presbyterorum ordinatio in sacris literis nomine impositionis manuum exprimatur, tamen neque illorum ordinum substantialis pars est impositio manuum cum sine ea possit ordinari presbyter, sicuti Grego. 9. scribit, Presbyter & diaconus cum ordinantur, manus impositione tactu corporali, ritu ab apostolis introducto, recipiunt, quòd si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos, cautè supplẽdum, quod per errorem extitit omissum.

1. Ti. 4.
2. Tim. 1.
C. presbyter. de sac. non iter.

4 Rursus audio obgannire aliquẽ ex Neochristianis aduersus hos quinq; ordines, eo quòd nec aliqua eorum fiat in sacris literis mentio, neque sint à Christo instituti, quum tamen omnia sacramenta institutionem nisi à Christo habere non possint: etiamsi enim vniuersus conueniat mundus, minimum tamen sacramentum instituere non permitteretur. Quapropter isti quoq; ordines illos ex numero sacramentorum reiiciunt, quemadmodum & prima ecclesiæ congregatio, duos tãtum habuit ordines, presbyteratum & diaconatum, vt affirmat Vrbanus. ¶ Verùm hoc quidẽ est, quod omnia sacramenta à Christo sunt instituta, ideoq; & nos profitemur Christum omnes instituisse sacrorum ordinum gradus, quanuis illis ecclesia demũ cœpit distincte vti, siquidem & in primitiua ecclesia etiam ij ordines fuerunt essentialiter distincti, sed ob paucitatem ministrorum solus diaconus officio & ministerio functus est omniũ ordinum inferiorum, sicque velut implicitè in diaconatu ordines reliqui omnes fuerunt. Et ne quis dubitet tẽporibus apostolorum fuisse hos ordines omnes, & quidem à Christo institutos affirmat Ignatius, is enim in epistola ad Antiochenos sic scribit, Saluto sanctũ presbyterũ vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborãtes, exorcistas atq; confessores. Sic & Cyp. scribens ad Cornelium papã, meminit literas illius accepisse se per Saturũ acolythum suum, & Hiero. asserit Paulum Thessalonicẽsibus epistolam misisse per Onesymum acolythũ. Nimis longum foret, omnium doctorũ locos concordantes adducere.

C. nullus. 60. dist.

An omnes ordines à Christo instituti.

Lib. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vnum hoc tacere non possum, quod nemo ad hũc ordinem admittitur, nisi cui sit prouisum de beneficio, vel patriis bonis. vel vndecunque quoad victus necessitatem, ne cogatur ex mendicato viuere ad ignominiam status sacerdotalis.

Titulus. ¶ Memini me iam olim puerum adhuc audire, Cæsarem quoque esse subdiaconum. Nunc etiam video quosdã fuisse in ea sententia, sed illa communiter reiicitur. Vide glo. in c. Valentinianus. 63. dist. vbi notabilis glos. & notant do. in c. ad apostolicæ. de senten. & re iud. lib. 6. vide Bal. in prouerb. C. & Ioan. Andr. c. 2. de preb. li. vj. Spec. in tit. de legato par. nunc ostendendum vers. 39. In die tamen coronationis, accipitur imperator pro canonico ad sanctum Petrũ Romæ ab ipsis canonicis ibidem, qui & induũt ei habitum Canonicorum, Pontifice quoque canente tunc missæ officium imperator loco subdiaconi calicem porrigit ad altare cum patena & hostia, exhibet etiam aquam fundendam in calicem ad vsum pontificis. Simili modo in Aquileia quoq; Canonicus est imperator, sicut ibi Cæsar Fridericus astitit, vt Canonicus, in choro, neque tamen idcirco ordinem siue gradum habuit subdiaconatus. Oremus dominum, &c.

C. accepimus, de æta. & qualit. or. Vide in cæremo.

HOMILIA LXV. DE ORdinatione diaconi.

¶ Considerate ex vobis viros boni testimonij septem. Act. 6.

Diacon.

Act. 6.

NEmo verus vereq; pius christianus ambigere potest diaconatum esse ordinem sacrũ: in scripturis quoq; fundatum: ita enim refert Lucas in actis apostolorum, Conuocãtes duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, Considerate fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: & elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum: hos statuerunt ante conspectum apostolorũ, & orantes imposuerunt eis manus. Hæc autem ipsa fuit ordinatio, sicut alibi docuimus. Neq; hic quicquam iuuare potest Lutherum, qui ideo conatur. S. Stephanum despoliare hoc ordinationis suæ gradu, quoniam hæc electio facta non sit ad opus aliquod diuini cultus, sed vt tantum ministrarent ad mensas

1. Tim. 4. Parali. 2. Act. 13.

mensas viduarum. Quid autẽ ad hoc profuisset eis impositio manuũ. Ministrasse quidẽ eos nemo negat, sed nõ in hoc tantũ, verũ etiam in cultu diuino, vnde nõ longe post electionem diaconorũ subiũgit Lucas, quia Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Ecce qũo hic nõ ministrauit tm̃ ad mensas, sed miracula magna fecit, non sine doctrina, qm̃ omnes Iudæi nõ poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur per eum. ¶ Constat idipsum ex apostolo quoque, is enim post enumeratas episcopi virtutes cõditionẽ quoq; diaconi subinde describit, & inter cætera dicit, Diaconi habeant mysterium fidei in cõscientia pura, & ij probentur primũ, quia cũ bene ministrauerint, gradũ bonũ sibi acquirent, & multam fiduciã in fide, quæ est in Christo Iesu. Philippus insuper vnus è septem à Luca vocatur euangelista, & sic sentit Ambrosius super epist. Pauli ad Ephes. 2. dedit quosdã quidẽ apostolos, alios aũt prophetas, alios vero euãgelistas, vbi Ambrosius putat per euãgelistas intelligi diaconos: qui etsi nõ sint presbyteri, euãgelizare tamen possunt, quãuis non in cathedra doctrinę, sicut Stephanus & Philippus fecerũt, sed hæc suprà latius tractauimus homilia quinquagesimaoctaua. Non aũt hoc septem tm̃ modo fuisse diaconos, vel ex hoc liquet, quod Apostolus quoq; diaconũ habuit nomine Tytichum, per quẽ epistolã suam misit Thessalonicensibus, vt affirmat Hieronymus. Dionysius etiã ordinationẽ diaconorũ describit, quanto cũ apparatu cæremoniarum sit exhibita iam olim tẽporibus apostolorũ. Clemens insuper à beato Petro edoctus mysteria fidei meminit diaconorum, & ait, Si nobis episcopis nõ obedierint oẽs presbyteri, diaconi, subdiaconi, & reliqui clerici, &c. Origenes quoq; vetustissimus autor ita scribit super Num. Putas ne qui sacerdotio funguntur, & in sacerdotali ordine gloriãtur, secundũ ordinem suũ incedunt, & agunt omnia quæ illo ordine digna sunt? Similiter aũt & diaconi, putas secũdum ordinẽ ministerij sui incedunt? Ecce quã aperte meminit sacerdotũ & diaconorũ statim in primitiua ecclesia.

S. Stephanus diaconus.

1. Tim. 5.

Act. 21.

In argu. epist.

2 Cæterum quid exigat officium diaconorum, optimè colligitur ex eorum ordinatione, ita vt obseruatur in ecclesia: ita enim ad eos dicit episcopus, Prouehendi dilectissimi filij ad Leuiticum ordinem cogitate magnopere, ad

quantũ gradum ecclesiæ ascenditis, diaconum nãque oportet ministrare ad altare, baptizare & prædicare. Curate vt quibus euangeliũ ore annuntiatis, viuis operibus exponatis, vt de vobis dicatur, beati pedes euangelizãtium pacem, euangelizantiũ bona. habete pedes vestros calceatos sanctorum exemplis in præparatione euangelij pacis, quod vobis dominus concedat per gratiã suam. (pontificale Romanum est auctius.) ¶ Et post hæc episcopus alloquitur populum dicens, Commune votum communis oratio prosequatur, hinc adhortatur omnes orare pro diaconis: ipse quoq; subiungit, Collectã piam cũ præfatione, vbi & imponit manum suam super caput diaconi, & ait, Accipe spiritũ sanctũ ad robur & ad resistendũ diabolo & tẽtationib⁹ eius in nomine domini (quæ manuũ impositio nõ ad presbyterium fit, sed in ministeriũ.) Mox stolam arreptã induit illi dicẽs, Accipe stolã candidã de manu Dei, imple ministeriũ tuũ, potens enim est dominus, vt augeat tibi gratiã suam, qui viuit & regnat in secula seculorũ. Deinceps induit ei dalmaticã, & ait, Induat te dñs vestimento salutis, & circundet te semper indumẽto lætitiæ in nomine domini, Amẽ. ¶ Porro episcopus porrigit illi librũ euangeliorũ inquiens, Accipe potestatem legendi euangelium in ecclesia Dei, tam pro viuis quã pro defunctis, in nomine domini. Et ad extremũ concludit ordinationẽ hanc cum benedictione & collecta. (Quomodo diaconi etiam dalmatica vtãtur, est textus & glossa. fi. in cap. cõmunis. dist. 23. & cap. episcopus presbyter. 11. q. 3.) In ecclesiæ primordio præter ea que Paulus scribit plures fuerunt de diaconis sanctiones, qm̃ sic de eis ait Clemẽs, Diaconi sint tanquã oculi episcopi oberrãtes & circũlustrantes cũ verecundia actus totius ecclesiæ, perscrutãtes diligentius, si quem videant fieri vicinũ præcipitio, & proximũ esse peccato, vt hoc referant ad episcopum, & ita episcopo suggerere, quæ ad cultum ecclesię & disciplinam eius pertinent, diaconibus cura sit. Euaristus insuper ad Aphos ita scribit, Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaque ciuitate iuxta apostolorũ constituta septem debent esse, qui custodiãt episcopũ prædicãtem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis. idem plane cõstitutũ est in concilio Neocæsarienſi, Cano. 14. Præterea in cõcilio Carthaginenſi legimus

23. dist. diaconi. Num. 1. Ro. 10.

S. Euar. & S. Fabianus sub Decio.

mus permissum esse diaconibus etiã in præsentia sacerdotum, tempore necessitatis ministrare sacramentum, cap. 38. ¶ In eodem decretum est etiam, vt diaconus tantum inter offerendum, & cum legit, induat albam: quamuis deinceps in concilio Laodicensi vetitum rursus est, ne diaconus vel panem porrigat, vel calicem benedicat. 3 Quid multa? officiũ constat esse diaconi, vt assistat presbytero, illiq; in omnibus seruiat quæ ad sacramenta Ecclesiæ pertinent, in baptismo, in chrismate circa patenam & calicem, in porrigendo hostiã ad altare, altare quoq; præparando ad sacrificiũ, in ferenda cruce, in legendo & prædicando euangelium Christi. ¶ Typicè iam olim figurauit hunc ordinẽ, gradus Leuitarũ, quorum intererat seruire Aaroni sacerdoti loco totius populi Iudaici, sicut præcepit Moysi dominus, tolle Leuitas pro omnibus primogenitis filiorũ Israël, ego sum dominus, sicut in lib. Numerorũ describitur seruitus filiorum Caath, qũ dixit domin⁹, Tolle summam filiorũ Caath de medio Leuitarum, vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. Hìc est cultus filiorũ Caath, Cũ inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium, & omnia vasa eius in cõmotione castrorum: tunc intrabunt filij Caath, vt portẽt inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath, in tabernaculo fœderis, super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis. Aaron & filij eius intrabunt, ipsiq; disponent opera singulorũ, & diuident quid quisq; portare debeat. Sic ordinatum est, quid Leuitæ filij Gerson portare debebant sub sacerdote Ithamar filio Aaronis, & filij Merari, hi omnes Leuitæ dicti sunt à Patriarcha Leui, à quibus omne ministerium templi peragebatur. ¶ Et sicut ordini Leuitico impositũ est onus à Moyse portandum, ita nunc in nouo testamento diaconibus stola imponitur in humero sinistro (miror quomodo Hugo & magister meminerint Leuitas numeratos ab anno vigesimo vsque ad quinquagesimum, cũ litera nostra, sicut & Vaticana, habeat ab anno trigesimo, vsq; ad quinquagesimũ.) In diebus quoq; ieiunio indictis vestis illa conuoluta iniicitur eidem humero sinistro, ad signandum quòd quascunq; passiones sustinemus in hac vita, tãquam in sinistra portamus, tantisper dum perueniamus ad dexteram requiem fœlicitatis æternæ. Vnde incumbet & hoc diacono officium, vt

Hugo li. 2. par. 2. ca. 11. Num. 4.

Officium diaconi.

cantet Letanias, & Neophytorum nomina legat, homines exhortetur attentis auribus obseruare quæ circa diuinum cultum tractantur, vt annuntient pacem, vt admoneat homines flectere genua ad orationem, & inclinare capita ad benedictionem. Huiusmodi plura quædam officia adimplent in ecclesia. ¶ Ordinis illius officio vsus est dominus, quando post cœnam, corporis & sanguinis sui sacramentum porrexit apostolis, quando eosdem à somno suscitatos adhortatus est orationis sedulitatem, dicēs, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 4 Honestè admodum perfuncti sunt hoc ordine apostoli post acceptū spiritum sanctum, quādo ordinarunt septē diaconos, vt suprà diximus. Atq; ex hoc apostolorum facto natus est mos ille laudatus, quòd à sanctis episcopis institutū est, vt in qualibet episcopali ciuitate sint diaconi septem, qui & significati sunt per angelos septē tubis canentes in Apocalypsi per candelabra septem, quæ ante Deū vniuersam illustrāt ecclesiā, per voces septem tonitruū. Ita nūc habemus ordines. 6. inferiores presbyterio, qui omnes à veteribus sunt obseruati, iam inde à principio nascentis Ecclesiæ, sicut ex Ignatio probauimus. Idē patet ex quarto, statim cōcilio Carthaginēsi, quomodo oēs ordines debeāt obseruari, ita & Syluester apertā omniū ordinum facit mentionē, & Fabianus refert accepisse se à maioribus suis, vt septem diaconi diebus dominicis, & alijs festiuitatibus vnà cum subdiaconis & acolythis, reliquorū etiam ordinū ministris, ministeriū sibi impositum procurent diligenter: siquidem & in veteri tęstamēto plurimi fuerunt ministri in templo domini, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, cantores, psalmistæ, ianitores, sicut suprà ex Ambros. super Paulum satis declarauimus. ¶ Sed vt tandē huic rei supremam imponamus manum, præter ea quæ suprà diximus, nūc quoq; breuiter indicabimus, quæ proponi debeant ordinandis iuxta constitutionem & morem ecclesię sanctæ: principio oportet eos examinari, vt sic audiātur atq; probentur sint ne digni & idonei, qui admittātur ad ordinem can. Quando episcopus, 24. distinct. Quatenus ita impleatur præceptum Pauli, de non imponendis facilè manibus cuiuis, id nos etiam suprà ex Leone mōstrauimus.

2 Non decet pecunia comparari ordinē aliquem sacrū, quia hoc simoniacum foret, & quisquis in hoc casu vel accipit

Mat. 15. Luce 22.

Act. 7.

Apoc. 7. & 1.

Concilio Cartha.

1. Esd. 7. & 11.

Super Ephes. 2.

1. Ti. 4.

cipit vel exponit, erit excōmunicatus. 1. q. 1. can. quicquid: nam id aduersabitur dicto Christi, gratis accepstis, gratis date. 3 Neq; magis conuenit mancipiū siue seruū promoueri ad ordines, saltem sine consensu domini & assertione in libertatem. 4 Homicidæ quoque ordinari non debēt, de ætat. & quali. or. c. vlt. de temp. ord. c. vlt. gloss. in. c. ex pœnitentib. l. dist. 5 Nemo qui ætatis competentem maturitatem non habet, prouehi debet ad ordines: est autem ætas in presbytero. 25. annorum, in diacono. 20. in subdiacono. 18. Cle. Venerabilem, de ætat. & quali. or. Ordines quoq; minores nulli ante. 7. ætatis annum debent conferri. 6 Illegimitimi similiter ab ordinibus arceantur. de fil. presby. cap. 1. 7 Nemo ex aliena diœcesi sine permissione superiorum, nullus quoque religiosus citra prælati suī licentiam ordinandus est. 71. dist. c. 1. cum seq. & c. ad aures de temp. ord. &. 58. distinctione.

Mat. 10.

Ordinandi audiant.

8 Coniugati quoque prohibentur ab ordinibus, intellige sacris, de cle. coniu. c. l. &. 28. dist. nullum.

9 Nullus apostata siue schismaticus admittatur ad ordines, distin. 1. cap. vlt. de apost. cap. 1. & cap. vt periculosa ne cle. vel mona. lib. 6.

10 Nullus excommunicatus ordinari debet. c. cum illorum de senten. excom.

11 Nullus quoque bigamus, nullus qui vxorem habuit viduam est ordinandus.

12 Nemo irregularis, vel simoniacus, vel qui laborauerit epilepsia, admitti debet ad ordines cap. ex tua. de Simo. 31. distin. can. communiter.

13 Nemo, qui captus sit aliquo membro, & mutilatus, vel aliàs habeat notabilem in corpore defectum, vel incurabili aliquo morbo oppressus, vnde ministerium sui ordinis exequi non valeat, debet ordinari cap. exposuisti capite ex parte. de corpor. vin. 14 Nemo minorem trāsiliens ordinem, suscipiat maiorem, nemo simul ordines suscipiat duos, vel etiam subdiaconatum cum minoribus, de cle. per saltum. promo. c. literas, de temp. ord. & cap. vin. l. 2. dist.

15 Nemo in peccato aliquo mortali constitutus, & antea non confessus, cum sit in excommunicatione minori, & quantum in se est, irregularis siue suspensus, admittatur ad ordines cap. nuper, de senten. excommu.

16 Multo minus aliquis non confirmatus præsumat ad ordines irruere. ¶ Communiter etiam prohiberi solet, ne quis ante decedat, quàm literas acceperit, quibus se ordinè susceptum esse testetur quas formatas vocãt. Quòd ad scientiam attinet, examinantur omnes pro conditione ordinum, quos sunt suscepturi, & pro statu quem volunt subire. ¶ Nemo quoque in subdiaconum ordinari debet, cui non sit prouisum in aliquo sacerdotio, vel cui alias non suppetat ex patrimonio quãtum satis est ad victus necessitatem, vel cui nõ sit aliquis titulus collatus, ne quis cum ignominia status sacerdotalis cogatur inde pauperem vitã ex mendicato agere. Profecto enim maiores nostri præclarè omnia ordinarunt, vnà cum ecclesia catholica, bene constituerunt vniuersa, edocti à summo doctore & magistro spiritu sancto. ¶ Vos quoque dilectissimi in domino, profusis precibus Deum implorate, vt gratiam suam conferat prælatis & rectoribus Ecclesiæ, qui omnia ordinate cõponant & perficiant in laudem & honorem Dei, ad ędificationem Ecclesiæ, quatenus tales in Ecclesia sancta ordinentur, per quos viui in melius semper proficiant & emendentur, defuncti consolationẽ sentiant, Deúsque laudetur in sęcula, Amen.

HOMILIA SEXAGESIMASEXTA,

de ordinatione presbyterorum.

¶ Hoc facite in meam commemorationem. Lucæ. 22.

QVàm eximio honore dignatus iam olim sit dominus Deus ordinem sacerdotalem in veteri quoque testamento, partim scriptura testatur, partim nos iam suprà commemorauimus, siquidem ibi Aaroni soli permissum erat gestare nomen Dei ineffabile in fronte, ipse quoque vngebatur oleo sancto, portabat in fine pectoris cum lapidibus pretiosis duodecim, vbi & descripta erant nomina duodecim filiorũ Israel. ¶ Summus ille sacerdos semel ingrediebatur in sancta sanctorum, qui locus erat sacratissimus, solis iam tum sacerdotibus licebat ex commissione diuina offerre, oblationes à plebe suscipere, & cũ ijs Deo seruire in templo. Soli tunc sacerdotes (exceptis quibusdam casibus) potestatem habuerunt manducare panes sanctos propositionis, vt omittamus reliquas prærogatiuas & dignitates plurimas.

Exod. 28 & .29. Leuit. 8. Heb. 9.

1. Re. 22.

rimas. Verùm iam nũc, teste Paulo, sacerdotium Christi in ecclesia multo dignius & sublimius est, quando non amplius, vt apud Iudæos, ex vnica tribu sacerdotes eliguntur, sed ex omnibus omnium nationum populis & gentibus assumuntur presbyteri. Iam quoque ineffabile nomen domini non soli possunt exprimere sacerdotes, sed omnes Christiani, quoniam nomen eius est Iesus. An non est illa dignitas immensa, quòd Deus sacerdotibus suis potestatem dedit dimittendi peccata, aperire cœlum, quod nulli vnquã permissum fuit homini? Multo sanctiora sacramenta commisit iis dispensare Deus, quàm illis in veteri lege. Quóde; pretium rerum omnium longe superat, vbicunque sacerdos legalis sacrificia vitulorum, ouium, & boum tractabat tantũ, atque quæ cum sanguine illorum fiebat, aspersionem. Ibi iam Christus sacerdotibus suis potestatem dedit cõsecrandi corpus & sanguinem suum offerendi, manducandi, & bibendi, potestatem illam longe excellentissimam presbyteris nouæ legis contulit post cœnam vltimam, nunc quoque eandẽ ex iussione & cõmissione diuina distribuit Ecclesia, adhibitis in hoc verbis Christi quando dixit, Hoc facite in meam commemorationem, &c. Aue Maria.

Hebr. 7.

Luc. 7.

Ioan. 20.

Hebr. 9.

Luc. 22.

1 Dicturo de sacerdotio nouæ legis operæpretium videtur principio differere, quibus & quàm præclarè cæremoniis presbyteri ordinentur, quoniam per hoc facilè patebit, quod sit eorum officium ministerium, & quanta dignitas. Primum itaque omnium vestiuntur illi, instar diaconi, amictu, stola alba, cingulo, manipulo & casulam ferunt in humero cõuolutam, in manibus quoq; lucernam & strophiolum: ibi tum inuocata gratia spiritus sancti, hoc cantico, Veni sancte spiritus, incipit eos exhortari episcopus, vt sic digne suscipiãt ordinis huius sacramentũ, oportet enim presbyterum offerre, benedicere, præesse prædicare & baptizare, ideóque præparare se quisq; debet ad digne suscipiendũ sacramentum, sicut illi septuaginta, quod sibi adiũxit Moyses in auxilium ex præcepto domini. Tunc archidiaconus siue presbyter adducit eos ad episcopum, ipsumq́ue orat loco totius ecclesiæ, vt per eum isti ordinẽtur presbyteri. Ibi episcopus quærit, sciat ne esse eos dignos. Qui subdit, Quãtum humana permittit nosse imbecillitas, testimoniũ perhibeo esse illos dignos & idoneos suscipiendo muneri huius

Ordinatio presbyteri.

Num. 11.

officij. Episcopus subiungit, det Deus vt omnibus modis efficiantur digni & iusti, talésque in suo cultu perseuerent. (in aliquibus diœcesibus fit hoc ante exhortationem) Postea episcopus imponit manus super ordinandos, & vnà cum eo reliqui etiam presbyteri præsentes: episcopus autem ad singulos dicit, Accipite spiritũ sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. In quibusdam locis cum spiritu insufflantur hæc verba in aures eorum. Illud autem quòd vnà cum episcopo sacerdotes quoque cæteri imponũt manus super capita ordinandorum, iam olim constitutum est in concilio Carthaginensi. 23. dist. presbyter. Hæc enim manuum impositio significat resuscitationem operum spiritus sancti, siquidem caput designat animum, digiti dona spiritus sancti, & manus opera. Quanuis autẽ etiam diaconis in ordinatione sua imponuntur manus ab episcopo, qui mos ab apostolis profectus est, tamen illa manuum impositio in alium fit finem, quia ad sanctificationem ministerij: at hic in presbyterio imponuntur ad opus longe sublimius, puta ad oblationem & sacrificiũ corporis ac sanguinis domini nostri Iesu Christi: proinde sanctior est hæc manuum impositio in sacerdotio. Deinde episcopus subiungit orationes duas, tum prolixas, tum pias, ac præfationem multum deuotam super ordinandos, cum multis figuris hunc & alios ordines concernentibus. Ad finem præfationis stolam arripit episcopus, quæ antea super sinistrum tantummodo humerũ fuit imposita, illius ergo partem posteriorem deflectit super humerũ dextrum, & per modũ crucis complicat in anteriori parte, dicens, Accipe iugũ domini, iugum enim eius suaue est, & onus eius leue. Posthac singulis induit casulas, ita vt pars eius anterior depẽdeat tota, posterior autẽ leuiter iaceat super humeros, & ait, Accipe vestem sacerdotalẽ, per quã charitas intelligitur. potés est enim dominus augere tibi charitatem, & opus perfectũ. Deo gratias Et inde rursus incipit orare episcopus, & petere à Deo gratiã diuinæ cõsecrationis, & postulat virtutes ac dona Dei, quorũ participes fieri ordinatos testatur Paulus ad Titũ & Timoth. 2 Inde incipit chorus cãtare hymnũ, Veni creator spiritus, atque interim episcopus intingit in oleũ catechumenorũ, ordinãdis autẽ vtrãque manũ cõplicantibus, crucẽ obliquã S. Andreæ per

4. *Concil.* c. 3.

Actu. 7. Impositio manuum.

1. *Tit. 3.*

per transuersum cõsignat à pollice dextro vsque ad sinistrũ indicem, & rursus à pollice sinistro vsque ad dextrũ indicẽ, similiter inungit & volas manuũ, dicens, Cõsecrare & sanctificare digneris domine manus istas per istam vnctionem, & nostrã benedictionẽ, vt quæcunq; benedixerint, benedicantur: & quæcũque cõsecrauerint, cõsecrantur & sanctificentur: in nomine domini nostri Iesu Christi, Amen.

¶ Porrò deinceps præparat diaconus calicẽ cum vino & modica aqua, atq; imponit patenã desuper cum hostia, quę omnia sic arripiens episcopus, dat eis in manus, dicens, Accipe potestatẽ offerre sacrificiũ Deo, missásq; celebrare tam pro viuis q̃ pro defunctis, in nomine domini, Amen. Hinc benedicens eis osculatur manus singulorũ, & ait, Pax domini sit vobiscũ semper. Sicque solẽnis presbyterorũ ordinatio est cõsummata, quãuis adhuc supersunt plæræq; aliæ cæremoniæ, quæ nõ ad necessitatem, sed ad decorũ pertinent. Hoc tantũ aduertant, vt quilibet ordinatus habeat Canonẽ missæ, quẽ legat vna cum episcopo, licet nõ sit necessariũ, vt dicit Guil. in suo rationali, sed in hoc seruetur consuetudo diœcesis. Ad hanc cautelã S. Thomæ aduertat nouus sacerdos, vt intentionẽ suam cõsecrandi referat ad illud instans, in quo episcopus profert verba consecrationis: nam sic nec propositũ episcopi, nec concelebrantiũ fraudabitur, dist. 13. 4. tit. art. 2. q. 2. & fulcit dictũ suũ authoritate Innocentij. Possent hic multa dici de immensa sacerdotum dignitate, & de prærogatiuis eorũ, sed breuitatis studio illis explicandis supersedebimus, neque à necessariis circa hoc sacramentum recessuri, neq; omnia quæ ad presbyterium spectant enarraturi, quia ordo non est sacramentum, sed ordinatio.

Cautela.

¶ Audiuimus ergo officiũ esse sacerdotũ, vt cõsecrẽt sacramentũ corporis & sanguinis Christi in altari dominico, vt prædicent, benedicant, orent pro viuis & defunctis. Atque hæc omnia ex ipsa vi vocabuli satis patent. Sacerdotes enim dicuntur, quoniã sacra dent, & in principio nascentis ecclesiæ, apostoli vocabãt eos presbyteros, hoc est seniores, non quòd oporteret eos grãdæuos esse, & annorum numero valentes, siquidẽ Timoth. teste Paulo, annosus nõ erat, & tamen voluit Apostolus, atq; adeo imperauit, ne quis adolescentiam eius contẽnat: decet autẽ animis eos esse fortes, ratione & intellectu bene valentes, morũ integritate & bonæ

1. *Tim. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hugo. Sapiē. 4. conuersationis maturitate spectatos, sicut scriptum est, Senectus venerabilis est, nō diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. faciunt ad hoc & vestes ipsæ, & singuli ordines suam mysticā habentes significationē. Ideo enim inunguntur eis manus, vt intelligant suscepisse se gratiam ordinationis, & quòd erga omnes obseruare debeant ac exercere opera charitatis. Stolam vtrique aptant humero, in hoc vt sentiant se armis iustitiæ esse debere munitos, ne vel prosperis extollantur, vel in aduersis desperent, sed vt iugum domini vltro & libenter deferant. In susceptione calicis atque patenæ considerent, oportere eas offerre domino oblationem sanctam & bene placentem. 3 Sacerdotij huius figuram gesserunt olim filij Aaron, & successores eorum, similiter quoque 70. seniores à Moyse electi, & à spiritu sancto edocti, illiúsque gratia impleti, vt Moysen adiuuarent in regendo populum aliàs effrenem, cui solus ille non sufficiebat moderando, sicut & dominus ipse supra duodecim apostolos, alios elegit 72. discipulos, qui opus apostolorum & laborem promouerent: eorum iam locum & vicem gerunt in Ecclesia sacerdotes, sicut episcopi apostolorum, vt ait Beda. Ordinis huius ministerio ipse quoq; perfunctus est dominus, quando post cœnam consecrauit panem & vinum, atque transmutauit in corpus & sanguinem suum, idémque facere in sui memoriam iussit apostolos. Omniū verò maximè & eminentissimè officio hoc vsus est idem in ara crucis, vbi nō sacramentaliter tantum, vt in cœna, sed tanquam verus ipse sacerdos & pontifex, seipse vere & essentialiter obtulit victimā pro peccatis omnium hominum Deo patri, sicque per propriū sanguinem suum introuit in sancta, vt pacificaret omnia quæ in cœlis sunt, & quæ in terra. ¶ Hinc iam sacerdotes longe sanctissimū gerunt officium, opus administrant, si quid aliud, perfectissimum consecrantes corpus & sanguinem Christi, quod vtique superat omnia totius mūdi opera, quum sit ipsum omnium saluberrimū, deinde non minus hominum promouet salutem, quod solis illis datum est absoluere à peccatis. Vnde & talis cōsecratio præclaris & deuotis missæ cęremoniis perficitur, multóque pluribus solennitatibus q̄ vel baptismus, vel confirmatio, vel absolutio, vel vnctio extrema.

Leuit. 8. Num. 11. Luc. 10. Luc. 22. Hebr. 9.

¶ Dicat

¶ Dicat hic aliquis forsitan, Si hoc præclarissimum est in ecclesia officium, deceret vtique & conueniret illud supremis tantum ecclesiæ ministris esse commissum, vt episcopis & archiepiscopis, neque tam excellentem potestatem veluti vilescere, dum simplicibus hominibus cōfertur, quibus tamen non licebit, vel confirmare, vel altare aliquod consecrare? ¶ Audiat ille rursus, quisquis ita cogitat, Si reuerentiam & immensam inspiciamus huius sacramenti dignitatem, cōueniat vtique solos episcopos, imò solum Pontificem summum illud administrare, sicut olim solus summus sacerdos, idque toto semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorum. Atqui ob immensos & innumeros fructus, quos ex hoc sacramento percipiunt fideles, Christus ipse ex sua ineffabili gratia & misericordia voluit huius sacramenti administrationem esse penes quoslibet sacerdotes. Ex multis autem fructibus sunt ij sex non postremi, si rem in vniuersum consideremus.

Sacerdotium simplicib. dator.

De consec. dist. 5. Euseb. Papa.

Hebr. 9.

Cur multi sacerdotes

1 Quia per hoc cultus diuinus affatim adaugetur.
2 Humana fragilitas restauratur.
3 Defunctis pœna mitigatur.
4 Immensa Christi benignitas in opere redemptionis subinde in memoriam reuocatur.
5 Communicatio Dei nobiscum manifestatur.
6 Nostra quoque superbia deprimitur fortius, sicut hæc omnia possent ad longum extendi, quoniam cultus hic Dei in terra maximus est, cum dignitati venerari & adorare illud glorioſissimū sacramentum, ideoque maiori deuotione plebs fidelis audit missam, quam aliquot aliud diuini cultus officium, & ob id sacerdotes diligentius horas Canonicas adimplent celebraturi, quàm alias. Laïci quoque tum cōsitendo, tum ieiunando, tum orando prępparare se debent deuotius, quādo suscepturi sunt hoc sacramentum tempore Paschali. Quid multa? Vbicunque missarum obseruatio diligens non est, facile corruit omnis deuotio. Vnde & hoc opus est Sathanæ, quod nunc Lutherani, illo instigāte, missas in tam arctas redegerunt angustias Zuingliani & Catabaptistæ penitus abrogarunt, qui nimirū præcursus est Antichristi certissimus. ¶ Volens hic omitto illud vulgò quod quæri solet, vtilius ne sit missam vel verbū Dei in concione audire, quoniam certo quidem verum id est, quod si in vna

Missa.

Dan. 12.

Vtilius ne audire missam vel seruorem.

prouincia cõtinuis triginta annis prędicaretur euangelium, & non legerentur missæ, in alia autem totidem annis missæ legerentur sine prædicatione verbi, meliores tunc futuri sunt Christiani ibi, vbi conciones fierent, quàm vbi missarum solennia tantum peragerentur. ¶ Ideóque suprà dictũ est ob maiorem vtilitatem, dominum Iesum humili pietate & clementia motum, vt permiserit se à pluribus & humilibus presbyteris confici in sacramento altaris, propter quam bonitatem & misericordiam nos illi perpetuas & immensas agere gratias debemus. 4 Quæras adhuc præter hos septem ordines: quis locus erit primæ tonsuræ, cuius nulla hucusque facta est mentio? Ideo scilicet, quia nonnulli eam pro sacramento non habent, sed aiunt eam esse præparationem tantũ ad ordines suscipiendos, & sic in numero sacramentalium solum reponũt. Ego autem quum putem etiam illud esse sacramentum, sequutus Innocentiũ, qui dicit per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam clericalem ordinem conferri, credo nõ temerè permansisse in ecclesia ritum conferendi hunc ordinem, qui omni & loco & tempore dari potest etiam extra missam. debet enim ibi præsto esse forpex cum pelui, ordinandus quoque sit indutus veste alba linea, & lumen gestet in manibus. Atque si forte cõfirmatus nondum fuerit, debet prius confirmari (quia character clericalis habet ordinem ad characterem cõfirmationis & baptismatis.) Ita deinceps incipit ordinare episcopus, & ait, Adiutorium nostrum in nomine domini, Qui fecit cœlum & terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nũc & vsque in seculum. Mox subiungit orationes aliquot multum deuotas, canente interim choro Psalmum, Conserua me domine. Quod quum sit, episcopus detondet eis capillos in quatuor partibus capitis, in fronte, ceruice, & iuxta vtranque auriculam. ad extremum etiam in summitate capitis tres fasciculos pilorum auellit paruulos. Quilibet eorum, dum tondetur dicit, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Deinde canitur Psalmus, Domini est terra, & episcopus orat Collectam vnà cum benedictione, & cuique induit vestem illam lineam, dicens, Induat te Deus hominé nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, hæc omnia postremo concludit cum Collecta.

Prima tõsura.

C. cum cõtingat de etate & qualit. ord.

Psal. 15.

c. prohi. dist. 23.

Psal. 21.

¶ Multa

¶ Multa seruauit hîc ordo nomina, nam & Psalmistatus dicitur & Clericatus vt Leo vocat, & Cantoratus appellatur in Concilio Toletano. 22. dist. si Psalmista, per hunc ordinem acquirit aliquis priuilegium Clericorum. 21. dist. cleros, ita vt etiam coniugatus non bigamus coronam ferens, merito gaudeat priuilegio clericorum. c. clem. si tonsura. de vit. & honesta. cler. nemo tamen ad hoc impellendus est, vt gestet coronam, sed quisque potest quum vult priuilegium illud à se amouere: sic qui viduam duxit, & qui bigamus est, coronam ferre nõ permittitur, & si præsumpserit portare, clericorum tamen priuilegis non gaudebit. C. quisquis cle. 84. dist. & C. altercationis. de biga. Habuit & hîc ordo figuram in veteri testamento Nazareos, qui capillos suos seruabant donec consecrarentur, & tunc demum offerentes sacrificium tondebantur, idque sub ostio tabernaculi, capilli autem proiiciebantur in ignem. Neque verò mysterio caret, quod hic capilli rescindãtur in capite, vt sic liberrimus eorum animus in Deum eleuatus significetur, & resolutus ab illicitis temporalium rerum desideriis insinuantur ibi & sensus liberi, à quibus illi pili auelluntur, quare Dominus Deus dixit ad Ezech. Fili hominis, sume tibi gladium acutum, & duces eum per caput tuum & barbã. Inde legimus Priscillam & Aquilam se totondisse. Atque hic quidem ingressus est, & primus aditus laicorum in statum clericorum, vbi quilibet vocatur in sortem domini, vt illi seruiat cum laude & benedictione in secula, Amen.

31. dist. seriatim. C. vt consul. de vit. & ho. cler.

Ezech. 5

Act. 18.

HOMILIA LXVII. DE DIGNITATE *Episcopali.*

¶ Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos. Act. 20.

DIximus hactenus de ordinibus septem, sicut in ecclesia Catholica constanter obseruantur, & quomodo prima tonsura debeat in ordinum numero computari: superest adhuc ordinatio episcoporum, quam semper crediderunt christiani esse sublimiorem & digniorem super ordinem aliorum sacerdotum. an autem sit peculiaris ordo & sacramentum singulare, controuersum quidem est à nonnullis, qui putarunt eo quòd consecratio corporis & sanguinis Christi sit officium eminentissimum, ideo quoque

Episcopatus ordo.

non esse ordinem alium sublimiorem sacerdotali. Sed quòd quis ordinatur episcopus, id aiunt eo tantum fieri, quòd se ordo ille extēdat & diffundat ad quasdam operationes, quo antea sacerdotalis ordo non pertigerat vt sunt confirmatio paruulorum, sacerdotum ordinatio, altarium consecratio, & similia: quæ vtique multo sunt inferiora consecratione corporis & sanguinis Christi. Fundamētum eorum qui ita sentiunt est tale, quòd omnes ordines qui sacramentorum numero censentur, vel immediatè, vel per media debent sacere ad consecrationem sacramenti altaris, vel ad præparationem ad ipsum. Et quum episcopus non habeat opus dignius, quantum ad illud sacramentum, quolibet sacerdote, aiunt non esse illum ordinem peculiarem, sed extensionem ordinis sacerdotalis ad aliquas operationes digniores. Atq; idipsum sane nemo est qui eat inficias: nam si quis sit episcopus, & non idem sit sacerdos (posito per possibile & impossibile, propter verba Innocentij papæ, pontificale officium sine altaris ministerio non valet adimpleri) profecto sacerdos aliquis missam celebrans, dignior futurus esset eo, qui tantum foret episcopus. At quia dignitas episcopalis includit sacerdotalem, & reliquos inferiores omnes essentialiter ideo merito cēseri debet superior sacerdotali. Porro si paulo diligentius considerentur sacræ literæ, primitiuæ ecclesiæ consuetudo, authoritas ecclesiæ, sanctorúmque patrum testimonia, & rationes euidentes, tunc sanè patebit episcopalem dignitatem non tantum esse sacerdotali superiorem, sed & ordinem sacrum atq; adeo sacramentum, vt reliqui sunt ordines. Testatur hoc historia iam supra inducta de cōfirmatione, quando apostoli miserunt Petrum & Ioannem audientes quòd & Samaria recepisset verbum Dei, iamque illi essent baptizati à Philippo diacono, cōfirmati deinceps sunt ab apostolis istis duobus, tanquam episcopis & non ab aliquo ex septuaginta duobus. ¶ Ad hæc iam antea induximus Bedam, & est sententia glossæ, quòd Christus elegerit duodecim apostolos, quibus successerunt episcopi: deinde alios septuaginta duos, in quorum locū subrogati sunt presbyteri. Ita Hugo ait de S. Victore, presbyteri successores & vicarij sunt septuaginta discipulorum, qui præcedebant dominum Iesum in omnem ciuitatem & locum, quo ipse erat venturus: ita quippe presbyteri, qui adiutores sunt episcoporum:

Act. 8. 19

Mat. 9.
Luc. 10.

scoporum, rudes populos catechizando initiant, baptizando vnitati ecclesiæ incorporant, & in sacramētis vsq; ad manus impositionem populo Dei ministrāt. episcopi verò successores sunt apostolorum, qui ex necessitate ad adiutoriū & supplementum sui officij in tanta multitudine populorum regendorum, ministerium sibi expetūt sacerdotū, sicut Moyses in eremo elegit septuaginta viros prudētes. Quanuis non ignorem B. Ignatium S. Ioannis discipulum dare aliam collationem in quadam epistola ad Smyrnēses, quum ait, Omnes episcopum sequimini, sicut Christus Iesus patrem: presbyteros sicut apostolos, diaconos autem veneramini sicut Dei mandato ministrantes. Multo plura ibi habē tur de dignitate, sublimitate & veneratione episcoporum. At hinc obiiciat aliquis, quomodo cōueniat quòd Ignatius presbyteros apostolis confert, quorum successores nos diximus esse episcopos? Facilè hoc dissoluitur: nā si episcopi cōferantur Christo, quod hoc Ignatius facit: ipse enim episcopus est animarum nostrarum, ipse ille episcopus est, qui per sanguinē suum intrauit in sancta sanctorū. Hinc nemini mirum videri debet, presbyteros successores dici apostolorū, licet Ignatius non dicat eos in locū apostolorū esse suffectos sed sequendos & venerandos. ¶ Hoc quoq; expendēdū est, quòd Ignatius tres distinctos ordines commemorat, episcopos, presbyteros, & diaconos, nam inde euincitur, Episcopatum peculiarē & sublimiorē esse ordinē super presbyteriū, Deinde licet Lucas alibi referat diaconos electos à plebe, tamen præclarè hic testatur Ignatius eos Dei mādato seruire.

Numer. 11.

Episcopi successores Christi & apostolorum.

1. Petr. 2.
Heb. 9.

2 Constat hoc etiam ex perpetua apostolorum consuetudine ita enim Timotheus, & Titus ordinati à S. Paulo, alios potuerunt ordinare & constituere presbyteros, dūmodo curarent, ne cui nimium leuiter imponerent manus, sicuti non male intellexit Ambrosius, quando Paulus Titū, Lucam & Timotheum commemorans, Titū vocat sociū suū, quia & ipse erat episcopus. Patet idē ex septimo Canone apostolorū, qui sic habet, Episcopus aut presbyter, aut diaconus nequaquàm seculares causas assumat. Et Canō octauus. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum Paschæ diē ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abiiciatur. Rursus Canone 13. sic habetur, Si quis presbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relin-

Act. 6.

1. Tit. 4.
1. Cor. 8.
Canon 7.

Canones apostol.

Universidad de Deusto Biblioteca

quens propriam parochiam, peragat ad alienam præter epi
scopi sui conscientiã, hunc vlterius ministrare nõ patimur.
Vide primatum Petri lib.3. c.31. ¶ Canones autem illos esse receptos testatur Isidorus, qui
ait eos approbatos synodali authoritate. Idem testatur. S.
Zepherinus, & approbati fuerunt in sexta synodo, cap. pla
cuit, c. sexaginta, sicut meminit Gratianus, capi. placet, dist.
16. D. Ioan. Chrysostomus quoq; plurimum fidei & autho
De eccles. hier. ca.5. par.1. ritatis tribuit illis. ¶ Præterea manifestum fit hoc ipsum &
ex beato Dionysio Pauli discipulo, qui non tantum trium
istorum ordinum facit mentionem, sed & ordinationẽ sin-
gulorum commemorat: atq; de episcopis sic inquit, Pontifi
cum ordo sacratior, primus est diuina speculãtium ordinũ
idemq́; & summus & vltimus, quippe in quo desinit & im-
pletur sacerdotij nostri distinctio omnis. Et probat. Porrò
Episco. pontificalis ordinis virtus in sacris omnibus distinctionibus
capitur, & per omnes sacros ordines operatur propriè hie-
rarchiæ mysteria, Et inde. Etsi à sacerdotibus perficiuntur
quædam venerabilia signa, nunquam tamen diuinam rege-
nerationem sine sacratissimo consummabit vnguento, neq;
sacrosanctæ cõmunionis sacramenta perficiet, nisi signis tan
ti mysterij altaribus venerãdis impositis: nec ipse quidem
sacerdos erit, nisi pontificalibus officiis ad hoc fuerit pro-
motus, vt sic pateat constantissime semper fuisse in ecclesia
discrimen inter episcopos & sacerdotes: deinde penes epi-
scopum iugiter mansisse peculiaria quædã officia sacerdo-
tibus non permissa. discrimen quoque illud non esse cõfun
dendum docet idem in epistola ad Demophylum, sicut ab
initio induximus. ¶ Affirmat hoc ipsum & Philo, qui bea-
tum Petrum Romæ vidit, cum eo loquutus est, & prædican
Lib. 2. ca. 16.17. tem audiuit, sicut testatur Eusebius: is enim librũ scripsit de
viris apostolicis (de vita contẽplatiua supplicũ, quòd videli
cet cœlestia contẽplentur & semper Deum orent, vt inquit
Hieronymus.) Ait ergo Eusebius eũ in isto libro scribere,
quomodo diaconi & presbyteri officia sua ꝑficiãt, & ꝙ sit
super omnia cathedra episcopalis sublimitatis & dignitatis.
¶ Quumq́; aduersarij nostri multum innitãtur verbis bea-
ti Hieronymi ad Euagrium, sicut eum ipsum citauimus su-
per discrimine episcoporum à presbyteris, scribẽs enim ad
Nepotianum, quãuis insolentiam reprehẽdit episcoporum
contemnentium prę se presbyteros, tamen differentiam in-
ter

ter eos constituit, dicẽs, Esto subiectus põtifici tuo, & tan-
quam animæ parentẽ suscipe. Et inde, Quod Aaron & fili-
os eius, hoc episcopũ & presbyteros esse nouerimus, vnus
dominus, vnũ templũ, vnus idemq́; cultus. Quæ verba om-
nino refellũt veteres nouósque errores, qui dignitatẽ epi-
scopalem reiiciunt, quoniã dixerat Hieronymus Nepotia-
num debere subditum esse pontifici, id inde probat exem-
plo Aaronis & filiorum eius. Si aũt ad libros Exodi & Le-
uitici recurrimus, tũc sane videmus Aaronem summũ fuis-
se sacerdotẽ, & filios eius inferiores, hocq́ue adeo manife- *Exo. 29. Leui.8.*
stum fit ex tribus, quia scriptura ipsum & successores suos
semper appellat summos sacerdotes, deinde solus ille decẽ-
tius vestiebatur & magnificentius ex ptæcepto domini: ad
hæc in Leuitico pater Aaronem etiam vnctũ fuisse in capi-
te, quum interim in Exodo legamus filios eius tantum vn- *Exo. 18.*
ctos in manibus, sicut in hunc vsque diẽ obseruatur, & nos
infra breuiter aperiemus. Ideoq́; pręclarè dixit Hugo, Vn-
ctio capitis peculiariter ad episcopum pertinet, vnde reco-
gitet illius se esse vicariũ, de quo scriptũ est, Vnxit te Deus
oleo lætitiæ, quamobrẽ in ordinatione episcopi canitur hic
Psalmus, Sicut vnguentum in capite, quod descẽdit in bar- *Psal. 44. Psal.32.*
bam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, quo-
niam ibi mandauit dominus benedictionẽ & vitam vsq; in
seculũ, quẽadmodum & supra locũ hunc allegauimus. Ad-
huc autem verbis beati Hieronymi paulo diligentius præ-
monẽdi sunt episcopi, vt ne nimis contemnant sacerdotes,
dum Aaroni & filijs eiꝰ cõparat episcopos atq; sacerdotes.
Amare igitur debent episcopi prebyteros, nõ eis quoslibet
præferre venatores, assentatores, musicos & mimos, sed di-
ligãt eos vt filios, quẽadmodũ Aarõ dilexit filios suos sacer
dotes. extẽde quia campũ habes amplissimum cõtra quosdã *In episcopos.*
episcopos nostri seculi, qui parũ reuerẽter tractant clerũ e-
tiam doctum & bene meritũ. 3 Communi hoc consensu
semper est obseruatũ in ecclesia, vt mera iã sit malitia, quod
Lutherus & eiꝰ magister Vuiclef ausi sint hoc inficiari. Vo
lens hic omitto Anacletũ (vide. c. in nono. dist. 21. & quã-
do Lutherus pro solita temeritate ausus fuerit eum reii-
cere, tamen nos vindicauimus eum ab illius iniurijs, lib. *De primatu Petri.*
1. ca. 23. similiter & Anicetum, qui idem affirmant quod
nos iam ante induximus ex Beda, Hugone & alijs, Leonem

tamen magnum præterire non possum, qui scribés ad Anastasium episcopum Thessalo. quomodo etiam subdiaconi non debeant vxores ducere in codice canonum, cuius meminimus in lib. de primatu Pet. lib. 1. c. 20. habetur. cap. 34. subdit. Quòd si in hoc ordine, qui est quartus à capite dignum est custodiri. qnanto magis seruandum est, ne aut Leuitico aut presbyterali honore aut episcopali excellentia quisquā idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frenasse detegitur. Ecce quàm manifestè hîc patet ex verbis Leonis ordinem subdiaconorum esse quartum, vnde oportet tres alios eos superiores esse, diaconorum scilicet, presbyterorum, & episcoporum. Atque hoc sanè nostrum est institutum, vt doceamus dignitatem episcopalem quoque esse ordinem (vel potius ipsam ordinationem, ne quis Corycæus auscultet.) amplius hîc nō placet insistere, quamuis possent adhuc multa ex sacris literis & doctoribus induci, quæ tamen fastidium forsitan ingererent piis & catholicis hominibus nihil super hac re dubitantibus, sicuti in hoc nemini christiano est dubitādum. ¶ Quapropter omissis scripturæ & patrū testimoniis, simul atq; conciliorū decretis, obiter enim nunc succurrit, quàm omnino prudēter & circunspectè prouisum sit, vt episcopus à tribus, presbyter ab vnico tantum ordinetur, vnde satis constat magnum esse vtriusque ordinis discrimē (vide Cano. apost. c. 1. & 2. Canones Anacleti ca. 1. Canonem concilij Nicæni 4. cum multis aliis similibus (imò Eusebius refert hunc modū obseruatum in consecratione episcopi primi Hierosolymitani, vnde forma posteriati sit data cōsecrandi episcopos. Res est plus quàm in aperto, ideo nolo esse diffusior. Vnum hoc omittere non possum, vt sententiam illam meam propositam, sed quid dico meam? quum sit decisio totius ecclesiæ, sicuti satis declarauimus, rationabilibus causis confirmem: quoniam episcopus præstare potest & exequi opus in ecclesia aliis sacerdotibus non permissum, vt confirmare templa, altaria, & ipsos quoque sacerdotes consecrare. Quum ergo posit opus perficere spirituale in corpore Christi mystico, quod non quilibet potest præstare sacerdos, sequitur eum illud facere virtute ordinis episcopalis: nam cui tandem poterit ista potestas attribui.

Tres conse crāt episc.

Damasc. ad episcopos Aph.

¶ Adhæc episcopus etiam excommunicatus siue depositus, quamuis

quamuis neminem debeat sacris innitiari, si tamen hoc tentat, erit ille vtique consecratus: confert enim ordinem, sed non exequutionē ordinis. Idque non aliunde prouenit, nisi quòd ei in sua episcopali ordinatione, sicut & in alijs ordinibus cunctis imprimitur animæ illius character indelebilis, de ord. ab eo qui renunc. episc. nā si episcopū esse dignitas foret tantū, siue iudicialis potestas, posset tūc id omnē simul auferre Papa, ita vt etiā si tentaret aliquid facere, tamē nihil faceret, sed sicut presbyter, licet excommunicatus, vel in interdicto cōstitutus vel degradatus, vt loquuntur vulgo, tamē si tentat consecrare, consecrat, ita vt episcopus ordinat. ¶ Præterea ordo episcopalis iterari non potest, ita vt quis semel ordinatus in episcopū, rursus ordinaretur, idque sit propter characterem qui deleri non potest. ¶ Postremo etsi plures sint etiam in episcopali dignitate gradus: sunt enim quidā episcopi tm̄, vt Augustanus, Herbipolen. Alij archiepiscopi, puta Moguntinus, Treuerensis, Alij primates, vt Madeburgen. per Germaniā, Lugdunensis in Gallia. Alij patriarchæ, qui fuerunt ab initio tres, Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus: nunc autem sunt quinque, additis etiā Constantinopolitano & Hierosolymitano: atque ex ijs supremum locū obtinet Romanus: quāuis ergo plures sint episcoporum gradus, tamen omnis ille ordo vnicus est tantum. 4 Ridebunt autem hæc Neochristiani sat scio, quoniā negant characterem, quē constanter affirmat ecclesia imprimi in tribus sacramētis, in baptismo, confirmatione & ordine: vñ hæc sacramēta in vno iterari & repeti non possunt, quod diffuse ostēdimus suprà in materia baptismi, quādo induximus Paulum ad Ephe. 1. &. 4. cum expositione B. Hieronymi, Athanasij, Brunonis: similiter & Esaiam ca. 66. Dionysius, Damasce. & Augustin. in quatuor locis. Hîc tm̄ illum Pauli locū ad Corint. latius tractabimus, quū ait, Qui confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos Deꝰ, & qui signauit nos, & dedit pignꝰ spiritus in cordibus nostris. ¶ Quæ verba Pauli si expendamus diligētius inueniemus vtique characterem trium illorum sacramentorū iuxta expositionē Haymonis. Nam quū ait, Qui confirmat nos, significat sacramentū confirmationis. quū addit, Qui vnxit nos, intelligit baptismum, in quo non soli reges & sacerdotes vnguntur, sed omnes in vniuersum christiani

Character probatur.

1. Cor. 1.

exterius inunguntur, & interius cum gratia spiritus sanctiꝰ vnde & illi omnes spiritualiter sunt reges & sacerdotes, sicuti suprà ex Petro induximus. Quumq; subdit Paulus, qui signauit nos, respexit ad sacramentũ ordinis, siquidẽ quando dominꝰ dixit ad apostolos, Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, ibi signum suum posuit in eis, & pignus spiritus sancti dedit in corda illorũ: iuxta illud Hieronymi qui dicit, Quoniam istud signatur quod aliquid intrinsecus cõtinet pretiosum, signauit autem nos Deus, idcoq; que quia corda fidelium consignantur, argumẽtum euidẽs est in eis contineri aliquid pretiosum. Ambrosiꝰ paulo diuerso nomine rem eandẽ exprimit, trãscriptionem enim vocat, neq; aliud intelligit nisi characterem, quũ ait, Baptizati sunt hæredes Dei, quia transcribitur in eos gratia Dei, cohæredes autem sunt Christi, quia renouãtur in vita ipsius. Et si nihil aliud haberemus quàm verba Augustini lib. 2. c. 13. cõtra Parmenianum, deberent ea cuiq; christiano satisfacere: quum enim duplicem similitudinẽ induxisset de hoc charactere, alterum de imagine quæ insculpitur monetę, alterum de symbolo militari adiungit. An forte minus haberẽt sacramẽta christiana quàm corporalis hæc nota, quũ videamus nec apostatas carere baptismate, quibus vtiq; per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur?

¶ Multa subiicit de hoc signo, quomodo maneat, & in malis ad dãnationẽ, & in bonis ad remunerationẽ. Vt autem rẽ hanc tandẽ finiam, nemini sane christiano dubium esse debet, se in baptismo & cõfirmatione accepisse characterẽ signum hoc spiritale, perpetuo in anima sua duraturũ: deinde nõ minus oportet ambigere ordinationem sacerdotum, episcoporum & aliorum esse sacramentum, quo separãtur ordinati à laicis, ne sit confusio inordinata in ecclesia, sicut inducere conatur Lutherus. Longe enim aliter docuit nos Paulus dicẽs, Donationes habemus differẽtes, siue prophetiam secundum rationẽ fidei, siue ministerium in ministrãdo, siue qui docet in doctrina, &c. Ecce quomodo Paulus velit differentię nonnihil esse oportere inter christianos, quũ interim Lutherus conetur vniuersum christianismum redigere sub vnicũ ordinẽ sacerdotum: differentiã autem illam ordinibus constituit testatur Ambros. quũ ait, Gratiam dari ordinato significat per ꝓphetiã & manuũ impositionem,

Rom. 12.

Super 1. Tim. 4.

nem, prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Manus vero impositiones sunt verba mystica, quibus cõfirmatur ad opus electus, accipiens authoritatẽ, testẽ cõscientia sua, vt audeat vice domini sacrificium Deo offerre (vide illud quod addit, vice domini sacrificium offerre.) Quapropter credere nos cõuenit spiritui sancto, qui manifeste nos in sacris literis distinctos gradus & ordines docet esse ministrorum Ecclesię. Inde quoque profusis dominum precibus rogemus, vt illi sedulam & diligentẽ gerant ecclesiæ curam, gratia nimirum diuina adiuti atque suffulti, qua possint fideles regere, vt sic presbyteri simul cum subditis vita tandem perfruantur æterna, Amen.

HOMILIA SEXAGESIMAOCTAVA,

de ordinatione Episcopali.

¶ Pro patribus nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Psal. 44.

INcõparabilis ecclesię doctor, & propugnator inuictus August. in illo amplissimo opere quod ædidit super explicatione Psalmorum, dum versum iam inductũ exponit, sic ait, Genuerũt te apostoli, ipsi missi sunt, ipsi prædicauerunt, ipsi patres, sed nunquid nobiscum corporaliter semper esse potuerunt? ergo illorũ discessu deserta est Ecclesia? Absit, pro patribus tuis nati sunt tibi filij, patres missi sunt apostoli, pro apostolis autem nati sunt tibi filij, constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia eos patres appellat, ipsa illos genuit, & constituit in sedibus patrum. Nõ ergo te putes desertam, quia nõ vides Petrum, quia non vides Paulum, quia nõ vides illos per quos natales, de prole tua tibi creuit paternitas. Inde in concilio Nicęno, in Carthaginẽsi quoque discrimẽ semper obseruatum est episcoporum & presbyterorum, tantisper dum sacerdos quidam infelix Arrius Ecclesiæ perturbator, dum conabatur fieri episcopus, factus est hæreticus, negãs vllam ordinum differentiam, commẽtus etiam in hoc quosdã alios perinde impios errores, quos iã olim fortiter impugnauit Augustin. ¶ Nunc demũ sectatores istius Vuiclephi & Lutheri susceptum prosequi conati sunt laborẽ, & illos errores nobis inculcare, quasi sint veritati conformes, quos tamẽ ipsi supe-

Arrius hæreticus Aug. de hæres. ad quod vuls.

riori homilia satis fortiter refutauimus. Hìc quoque antequã ad ordinationem episcopalem veniamus, operæpretium videtur, fucatam hæreticorum obiectionem dissoluere, non quidem per modum disputationis, ne simplices seducantur & auertantur, non satis intelligentes quę pro sententia ecclesiastica, & quæ pro aduersarijs inferuntur: proinde excludemus errores illos ab negando, dummodo attendant hic catholici, perpetuum hunc esse hæreticorum omnium morem, vt velut vno consensu aduersentur ecclesię.

Iud. 15. Hæretici inter se dissident.

Quamobrem Orige. dicit, quia colligauerunt caudas, sicut vulpes Sansonis, & quãuis in hoc conueniunt, in reliquis tamen nunquã concordant, sad à se inuicẽ semper discrepãt, sibiq; ipsis aduersantur, sicut & vulpes Sansonis capita à se mutuo auertebant. Ita planè se res habet circa istos tres à Deo reiectos homines, Arrium Vuicleph & Lutherũ, nisi quòd qui sequutus est, deterior semper extitit priori. Arrius enim episcopalem tantum ordinationem impugnauit, Vuicleph duos tantũ affirmauit ordines, presbyterij & diaconatus, Lutherus semel simulq; omnes reiicit, negat insuper ordinem esse sacramẽtum, quod non solũ sacris literis, sed & patribus & sanctorũ cõciliorum decretis ex diametro aduersatur. 2 Quamuis Paulus ad Timotheũ scribens, tantũ meminit episcoporum & diaconorũ, admonens illos officij sui, tamen inde colligi nec potest, nec debet, eo tempore duos illos ordines in vsu tantũ fuisse, quin potius ratio inspicienda est, cur Paulus in eo capite duos istos ordines tantũ commemorat, nec aliquam facit ibi mentionem presbyterij, sed deinceps in duobus locis eã porro causſam Hieronymus sic exprimit, cũ ait, Cur Paulus de presbyteris nullam facit mẽtionem? sed etiam ipsos in numero episcoporum comprehendit, quia secundus imò pene vnus est gradus, sicut ad Phil. episcopos & diaconos scribit, cum vna ciuitas plures episcopos habere nõ possit. Quasi dicat, quia virtutes episcoporum etiã competunt presbyteris, tãquam in proximo gradu constitutis, ideo necessarium non fuit de virtutib⁹ & officio presbyteri sigillatim aliquid prę scribere, & ob hanc cognationẽ vtriusq; ordinis Paulus prebyteros etiam nomine episcoporũ intellexit. probat hoc inde, quòd vna ciuitas nõ nisi vnũ episcopũ habere potest, presbyteros plures potest habere. Obserua hũc locũ contra hęreticos, qui Hieronymũ in suam sententiam conantur pertrahere, cum tamen hìc expresse dicat, quia secundus est gradus, ita quãuis presbyterium episcopali ordini proximũ est, non tamen vnus, sed pene vnus est gradus. Præterea vide q̃ Hieronymus asserit temporibus Pauli ordines illos duos fuisse diuisos episcopalem & sacerdotalem, quoniam in vna ciuitate, non quidem plures episcopi, sed multi fuerũt presbyteri. ¶ Aliam adhuc causſam proponit Ambros. super epistolam ad Ephes. 4. dicens, in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hic est princeps sacerdotum, & propheta, & euãgelista, & cætera adimplenda officia ecclesiæ in ministerio fidelium. Hoc ipsum planè est quod & Augu. dicit maiorem ordinem in se continere etiam minores, siquidẽ sacerdos in ecclesia (quod etiam nunc fit) potest officio fungi diaconi, lectoris, exorcistæ. Itaque quãdo Paulus in loco suprà citato nõ meminit officij sacerdotalis, vult hũc gradũ in superiori, qui illum in se cõcludit, intelligere. ¶ Tertiam insuper rationem proponit Ambrosius in eodem loco cum ait, Post episcopũ diaconatus ordinationem subiicit. Quare? Nisi quia episcopi & presbyteri vna ordinatio est, vterq; enim sacerdos est, sed episcopus primus est: nam quilibet episcopus etiam sacerdos est: sed non omnis sacerdos etiam episcopus est: docet insuper Timotheum quoque fuisse episcopũ, eo quòd Paulus officium & munus illi iniunxit alios quoque ordinandi episcopos, nõ decet autem maiorem & inferiorem ordinari à superiori, quoniã nemo præstat quod ipse antea non accepit. ¶ In primitiua quidem ecclesia facilè cõcesserim non perinde omnia cum tanto apparatu, támque solennibus cæremoniis esse tractata, sicut postea fieri est ordinatum: quia primum prædicabant & baptizabãt, ita vt forsitan vsus tulerat, sicut testatur Ambros. super epistolam ad Ephes. non habita magna siue loci, siue temporis, ratione. Quemadmodum & Philippus diaconus non magnopere consideraſuit, quo nam die baptizaret Eunuchum, & an ieiunaret, siue tunc presbyter aliquis interueniret. Ad hæc Petrus neque diaconum aliquem habuit neque quadraginta dies expectauit, quando Cornelium baptizauit. Paulus quoq; nihilo amplius distulit, cum baptizauit custodem carceris. Id adeò in primitiua ecclesia factum semper est, donec accresceret magis, quãdo demum

Paulus notat duos ordines.

Ephes. 4.

Actu. 8.

officia ordinata sunt in ecclesia, singulísq; officiis sua tẽpora destinata, & modus certus præscriptus, quo fierẽt omnia. ¶ Cæterùm quòd Hierony. in epist. ad Euagrium dicit, & inde super epistolam ad Titum, Quia idem sit presbyter qui episcopus, & antequam diaboli instinctu fierent studia in religione, & diceretur in populis ego sum Pauli, ego Apollo, cõmuni presbyterorũ consilio ecclesiæ gubernabantur: postquam autẽ vnusquisque eos quos baptizauerat, putabat suos, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus ex presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quẽ omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatũ semina tollerẽtur. Ibi non ea est Hieronymi sententia, quasi velit ordinationem episcopi non esse superiorem, quam cuiuslibet sacerdotis, sed hoc dicere voluit, quomodo in primitiua ecclesia non fuerit distinctum illud officium inter humiles apostolos, quando etiam nomina ita erant permixta, vt iuxta suam significationem episcopi dicerentur sacerdotes, & vicissim sacerdotes episcopi: dico iuxta significationem, quia presbyter seniorem sonat & sapientiorẽ: sicut & seniores à senio dicti sunt, episcopus autem dicitur quasi superintendẽs & speculator, teste August. sed quia & presbyteri inuigilare debent super populũ, possunt etiam illi dici episcopi (significatione saltem à quo est nomen impositum.) Verùm hæc cõfusio iam olim tempore apostolorũ è medio sublata est, quia hæc dissensio dicentium, ego sum Pauli, ego sum Petri, à Paulo deleta est, ad Corint. ¶ Estq́ue illud in Hieronymo bene ponderandũ, quando dicit ex hac cõfusione, quòd non erant magistratus exortas esse sectas & dissensiones, ex iis rursus blasphemias cõtra Christum, vnde tandem constitutus sit ordo inter sacerdotes. Vellem nunc audire Arrium aliquem, Vuiclephum aut Lutherum, an dum magistratuũ ordines tollere conantur, incipiant istam cõfusionem rursus reuocare. Cur autem placeret hoc istis rerum omnium perturbatoribus quòd olim displicuit Paulo? ¶ Profectò nõ apparet istos hic aliud velle, nisi vt optimas quasque sanctiones iam inde à Christi & apostolorũ temporibus in vsu habitas, destruãt & euellant. Aliter nos docuit Ambro. in recepta olim cõsuetudine obseruatum, vt senior semper fieret episcopus, illique defuncto succederet is qui proximus videretur numero annorũ: sed quia non omnes hac

93. legi. 95. olim Vnidem episcopus & presby.

Lib. 19. de ciuit. Dei. c. 19.

Actu. 16.

Ephe. 4.

hac successione sacerdotes erant ad episcopatum idonei, hic quoq; modus tandẽ sublatus est, & statutũ in cõcilio, vt episcopi non ordinarentur respectu senij, sed meriti. Vnde & hoc in epistola Hiero. ad Euagrium expendendũ est, q̃ nõ præcipuè ibi tractat, an episcop⁹ sit superior presbytero, sed illud eius erat institutũ, quia animaduerterat quendã diaconum conatũ fuisse, vt se æquaret presbytero, hoc nimirũ ibi reprehendit Hiero. atq; vt ostenderet diaconũ esse inferiorem presbytero, intantũ extollit sacerdotiũ, vt dicat à principio cõmunẽ fuisse sacerdotis & episcopi appellationem. Non diuersum est q̃ etiam Augusti. similem redarguit remeritatem cuiusdã diaconi Falcidei, qui quoque sacerdotibus se nitebatur æquiparare. in q. no. & vete. testa. cap. 101.

3 Cum itaque satis iam constet etiam ex sacrarum literarum testimoniis, episcopos in sua ordinatione accipere sacramentum, gratiæ augmentum, & characterem, cuiusdam insigne imprimitur animæ hominis in ordinatione à reliquis diuersum. Nõihil iam differendum nobis est, in quonam consistat ordinatio episcopalis. ¶ Principio tres oportet esse episcopos, qui alium consecrent, sicut & alibi diximus, ex iis tamen vnus quispiam est præcipuus, qui consecrat, alij tantum simul cum isto cõsecrant: inde vsu venit, vt interdum abbates quibus insulam licet gestare, & præpositi possint locum eorum, qui simul cõsecrent, supplere: debent autem illi omnes pronuntiare verba, quia inter cætera sic legi primum solet. ¶ Episcopum oportet iudicare, interpretari, cõsecrare, ordinare, offerre, & baptizare. Atq; hoc est quod ex Augustino iam suprà induximus, quia semper maior & superior ordo includit minorẽ. Insuper inungi solet quilibet episcopus in capite cum chrismate, ad quam vnctionem sic dicit consecrans: Vngatur & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine põtificali, in nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen. Pax tibi, Et cum spiritu tuo. Mox ad hæc chorus succinit psalmum illum, Ecce quàm bonum & quàm iocundum. Huius vnctionis causam refert Hugo illam cum dicit, Omnis cõsecratio fluit ex spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis in vnctione chrismatis sanctificatur & datur. ¶ Præterea inunguntur illi & manus sacro chrismate (vide hic immensam eius eminentiam super ordinem sacerdotalem.) Ad hanc autem vnctionem

Ordinatio episcopalis.

Psal. 132.

Hugo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subdit qui consecrat, Vngantur manus istæ de oleo sanctificato, & chrismate sanctificationis, sicut vnxit Samuel Dauid regem & prophetam, ita vngantur & confirmentur in nomine Dei pa † tris, & fi † lij, & spiritus † sancti.

¶ Sciendum quoque quòd in hac consecratione episcopi imponunt super caput eius, qui ordinatur, librum euangeliorum, qui in parte postica dependeat à capite vsque ad ceruicem. Neque verò cõsecrans tantum, sed & cæteri episcopi assistentes imponere debent manus super caput ordinati, statutúmq; adeò id est in cõcilio Carthaginensi quarto. episcopus cũ ordinatur, duo episcopi ponant & teneant euãgeliorum codicem super caput & ceruicem eius. (Menda est in quibusdam libris, vbi pro ceruicem legitur vertice.) & vno fundente super eum benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. ¶ Cæterùm cur episcopo in sua ordinatione liber euangeliorum ponatur super caput, ratio hæc quidem ambigua nõ est, scilicet vt admoneatur Enangelium iugiter & in sensu & intellectu suo habere, deinde vt meminerit, quantum onus ipse sibi hoc munere susciat. Episcopus enim nomen est oneris, non honoris. ¶ Ad hæc scire debet quilibet episcopus sibi sarcinam illam prædicationis euangelicæ vndique per diœcesim esse perferendam: præterea quantũ ad ipsum attinet, sciat, eo q; iam ad summam ordinationis dignitatem peruenerit, plus sibi porro studendũ, vt secundum euãgelium quàm proximè viuat, illíque obediat, quapropter etiam episcopus nõ ordinatur nisi die dominico, debétque officiũ tunc incipi ad horam tertiam die quoniam in hoc ordine confertur spiritus sanctus, sicut & apostolis datus est die dominico Pentecostes hora tertia. Itaque cum episcopi succedant in locum apostolorum, eadem & die & hora conuenit nunc ordinari episcopos, vt testatur papa & martyr Sanctus Anacletus.

C. epist. 23 distinct.

Aug. lib. 19. de ci. Dei.

Par. 3. fo. 134. 45. dist. ordinat.

¶ Insuper ordinari solent & baculus episcopalis, & insula, & annulus, & chirothecæ. Baculus quoq; ideo illi traditur vt meminerit se in pœna malorũ, clementer esse debere austerum. Liber euangeliorũ cum ei offertur, dici solet, Accipe euangeliũ, & vade, prædica populo tibi cõmissõ: potens est enim Deus augere tibi gratiam suam, qui viuit & regnat cum Deo patre in vnitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum, Amen. Vide Guliel. in rationali, & Hugonem.

4 Audiuistis hactenus de nouem ecclesiasticis ordinibus in ecclesia (cur enim alij septem nominent, suprà assignauimus causam) neq; verò temere est hìc numerus, quoniã inde apparet etiam hãc ecclesiam militanté habere choros nouem, sicut illa triumphãs sanctorum & angelorum. Atque ordinati illi in ecclesia non malè comparantur angelis, cum etiam dicantur angeli à propheta, cum ait de sacerdotibus, labia sacerdotis custodiunt sciẽtiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Hæc etiam ratio solida est, quare Dionysius simul atq; posuerat in angelis tres actus hierarchicos, quos exercẽt angeli superiores in inferiores, illuminant enim, purgant & perficiunt illos, ita similiter affirmat hos actus non diuerso modo esse in ecclesia militante, vbi Hierarchę illi, scilicet qui supremas tenent officiorum partes, debẽt etiam illuminare, purgare, & perficere inferiores. ¶ Quanuis autem superiores episcopis obtineant dignitates archiepiscopi, primates, &c. dignitates tamen illæ sunt tantum, & non sacramenta, sicut etiam papa electus si sit antea episcopus ordinatus, amplius non ordinatur, sed & benedicetur solùm, & coronatur.

2. ordines.

9. angeli.

Sacerdotes angeli. Mal. 1.

De cœl. hier. c. 3.

De eccles. hier. ca. 5.

¶ Et si quoq; ordo quidam essentialis sit inter baptismum & reliqua sacramenta, similiter inter sacerdotium & episcopatum, ordo tamen huiusmodi non est inter reliquos ordines, quanuis enim peccaret aliquis in hoc, & fieret irregularis si faceret, ordinatus tamen in sacerdotem, etiamsi prius ordines nullos haberet, ordinatus tamen esset, quãdo etiam ordines minores in primitiua ecclesia specialiter collati nõ sunt, licet perinde omnes sint à Christo instituti, sicut suprà meminimus ipsi. Ad hæc sine dubio ecclesia illorum speciem collationem in vsum non adduxit, citra instinctum & inspirationem spiritus sancti docentis eam omnem veritatem, sicut & Papa alicui non existenti episcopo potest facultatem dare conferendi ordines minores, quemadmodũ infulatis, Abbatibus, Præpositis, & de facto cõcesit Papa fratribus minoribus, quãdo proficiscebantur in Tartariam prædicaturi, quanuis illà propriè sint episcoporũ officia, quorũ numerantur nouem, ordinare clericos, virgines vestales benedicere, episcopos consecrare, confirmare, templa & altaria dedicare, clericos & ordinatos degradare, synodos ob-

Ioan. 16.

Officia episcoporum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruare, chrisma consecrare, vestimenta & vasa sacra ad cultum diuinum benedicere, tamen quædam illorum possunt etiam inferioribus, quàm sunt episcopi, conferri. ¶ Quemadmodum etiam in primitiua ecclesia, quando pauci adhuc erant christiani, sufficientes erant ministri exiguo quoque numero, ita vt triplices essent tantũ, episcopi, sacerdotes, & diaconi: sic ea quoque ratio est, cur iam ordines quatuor minores vno conferuntur die, quia quum ampla iam facta esset christianorum congregatio, populúsque tum sæpe cum ingenti gaudio sacramentũ corporis Christi susciperet, oportebat quadruplices adesse ministros: nunc verò cum refrixerit charitas multorum, & deuotionis gaudium immutatum longe, vt bona pars toto vix semel in anno suscipiat sacramentũ, iámque Neochristiani vix in multis annis meminerint illius, ideo tanta ministrorũ multitudine iam porro non indiget ecclesia ad sacramentorũ administrationem, ideóque in superioribus ordinibus ordinatus, potest minores ordines exequi commodè. Sic cum quis secum ipse reputat tantam defectionem christianæ disciplinæ, charitatis & deuotionis, vel sic saltem cogetur ad concipiendum sibi vere pium affectum, & ad admirandum, cur fiat, quòd nõ seuerius vtatur Deus virga sua in puniendo peccato, quàm nunc facit. Est quòd hic nonnulla inducam verba ex Epistola S. Papæ Cornelij, quam scripsit ad Fabianum episcopum Antiochenum, cuius meminit & Eusebius de hæretico Nouato, qui non raro apud suos peierauerat, se non ambire episcopatum, & tamen illius desiderio fecit se à tribus alienis ac peregrinis episcopis ordinari. dicit ille Nouatus, qui proprie sibi vendicabat euangelium, nesciebat in catholica ecclesia vnum episcopum esse debere, vbi videbat presbyteros esse quadraginta & sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos quadraginta & duos, exorcistas & lectores cum ostiariis quinquaginta & duos, viduas cum indigentibus 1500. quos omnes Deus alit in ecclesia sua.

¶ Ecce quomodo tunc temporis erat adhuc Roma infidelis, & tyrannus iste Decius christianos grauiter affligebat, & inauditis suppliciis persequebatur, ita vt nullus pro christiano habitus, auderet palàm ambulare, quando ab eo occisi tunc erant Fabianus papa, Cyprianus quoque sub illo, & hic ipse Cornelius, Sixtus, Laurentius, & ipsa martyr glorios-

4. ordines minores cõferuntur.

Cessat actio. 4. ordinum.

Euse. lib. 6. cap. 33.

Euse. lib. 9. cap. 31.

glorioſa & inuicta Apolonia, aliique innumeri christiani diuersis tormentis sunt interfecti, Romæ tamen cum hoc Papa Cornelio fuerunt ministri ecclesiæ ordinati. 144.

¶ Cum ergo Deus bonum summum existat, sic & creator noster & conditor & gubernator & sustentator & redemptor, merito illi deferendus est cultus omnium summus, sic enim ipse dicit, si ego dominus vester sum, vbi est honor meus? ideo sibi iam olim in veteri testamẽto delegit vniuersam tribum Leui: ad exequendum cultum diuinum: quanto plures nunc conuenit esse, qui cultum Dei prosequantur & perficiant, non tantũ ad gloriam Dei, sed & propter nostram imbecillitatem & fragilitatem, vt sic per illos porrigantur nobis sacramẽtorum remedia, ideoq; bene meminerint omnes clerici officiorum suorum, suamq; vitam optimè componant, quomodo velint & possint ratione de omnibus reddere, sic quilibet ordinatus studeat tantum habere scientiæ, quantum suæ conuenit conditioni, quoniam officium eorum est docere populum, qui & legẽ Dei requirat ex ore eorum. Quapropter Paulus Timotheo commisit diligenter illud dicens, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ, insta in illis. Ideo quoq; in concilio Toletano quarto, satis prospectum & cautum est, vt sciant omnes sacerdotes literas sacras, norint & ordinationes ecclesiæ, omnis quoq; eorum status consistat in prædicatione & doctrina, vt sic scientia fidei ędificent quamplurimos in bonorum operum disciplina. c. ignorantia. distinct. 58. Quòd si autem nolint sacerdotes docere secundum suæ tum ordinationis tum conditionis necessitatem, dicet illis dominus istud per prophetam Oseam, Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Profecto quicũque in spiritualibus præsunt, sarcinam gestant onustam & grauem, quia redemptos esse illos oportet sanctimonia vitæ & integritate doctrinæ, sicut ipse ad apostolos Christus dixit, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Maxime verò quilibet ordinatus cogitare debet iam publicum se esse ministrum Ecclesiæ, quapropter nihil sinat tum ab orationibus suis, tum officio vniuerso decedere, quia aliàs non solùm peccabit in seipsum, sed in totam ecclesiam. Quomodo autẽ debeant ordinati orare pro tota plebe christiana, possem

Malac. 2.

1. Tim. 4.

Ose. 4.

Matth. 5.

Sacerdotes orent.

Nume.16. ad longum inducere, sicut Aaron stetit inter viuos & mortuos medius, serioque orauit dominum pro populo, quando Hiericho etiam debebat euinci, sacerdotes prius circuierunt cum septem tubis, quo non aliud significatur nisi oratio septem horarum canonicarum, orantibus sacerdotibus, percussit dominus propriis hostium aduersitatibus omnes aduersarios regis Iosaphat: orante sacerdote Eliachim cum suis, data est gratia Iudith occidendi Holofernem: oratio quoque Oniæ pontificis & omnium sacerdotum tãtum valuit apud Deum, vt Heliodorus à domino grauiter afflige-
Iud.4. retur. Iohel quoque paucis verbis magnam orationis efficaciam complexus est, quum ait, inter vestibulum & altare
2. Ma.3. *Iohel.2.* plorabant sacerdotes dicentes, parce domine, parce & misere populi tui. nam si sic in officio suo tales se gesserint sacerdotes, vtique à Deo gratiam, coram populo honoré consequentur & reuerentiam, atque post hanc vitam miseram, illam æternam & glorioſam, quam omnibus nobis donet pius pater & misericors dominus, Amen.

Ioſ.7. *1. Par.21.*

HOMILIA LXIX. ET PRIMA DE SACRAMENTO MATRIMONIJ, & quibusdam erroribus circa illud.

¶ Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Ephe.5.

IN vltimum sacramentorum locum seruauimus nobis dilectissimi, hoc ipsum matrimonij sacramentum, de quo tamen animus nobis non est differere plenissime, & circa omnia euagari, quoniam id & prolixum & molestum nimis fuerit, satisq; ea omnia dilucide sũ à sanctis patribus descripta, quibus nolle præbere fidem, extremæ stultitiæ erit argumentum. Tantum ergo hîc explicabimus ad omnium christianorum præmonitionem, quantã aduersus hoc quoque sacramentum exerceant temeritatem Neochristiani, deinde pio animo ostẽdemus, quibus modis quilibet catholicus possit sibi ab huiusmodi erroribus cauere. De matrimonio itaq; præclarè inquit Hugo lib. 2. par. 11. c.1. Quum omnia sacramenta post & quidem propter peccatum cœperint, solùm matrimonium est institutum ante peccatum, non tamen in remedium, sed officium tantũ siue ministeriũ. Deus enim author & institutor est matrimonij, quando

Boetius.

¶ quando creauit mulierem in adiutorium viri, vt magis dilataretur genus humanum, sicut in spiritu cognouit hoc Adã cuius gratia mulier esset creata quũ dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, ideo relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: quapropter dominus Iesus nuptias in Cana Galilææ, non corporali tantum præsentia, sed & miraculi exhibitione voluit cohonestare & approbare. Vnde satis constat coniugiũ & bonum esse, & originem habere à Deo. nemo enim cogitare debet Adamũ instituisse matrimonium, sed Deus Adã adhuc dormientẽ illustrauit intrinsecus, & inspirauit cognitionem diuinæ suæ volũtatis, quam rationẽ matrimonij vellet esse inter coniuges. Sequitur quod vinculũ voluntarium magis ligare potest, q̃ naturale: nã quis ostendere potest inter homines vinculum firmius, & minus dissolubile q̃ sit inter patrem & filiũ, inter matrem & filiã? vinculum autem matrimonij, quanuis liberũ & voluntarium, superat tamen illud naturale: quoniã relinquit homo patrem & matrem, adhærens interim vxori suæ. ¶ Ad hæc sequitur inde matrimoniũ habere tria tẽpora, vnũ in paradiso, secundum quando iam expulsi sunt protoplasti ex paradiso, tertiũ nũc tandem sub gratia & euangelio. Pulchrè dicit Augu. super Gene. de nuptiis ad Valerianũ, quod sanis fuit in officium, infirmis factũ est remediũ. ¶ Sani adhuc erãt Adam & Eua in paradiso sine omni ægritudine animarũ, quando erat thorus immaculatus, honorabile coniugiũ, concipiente tũc Eua sine omni inordinata cõcupiscentiæ accensione, & pariente sine dolore, atq; hoc ad incrementum generis humani tãtũ vergebat, sicut præcepit eis dominus Deus in paradiso. ¶ Sed post Adæ lapsum, infirmitas incontinẽtiæ, quæ est in carne per peccatũ mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarũ, quoniã propter peccatũ adhæret mẽbris nostris lex peruersæ istius & lætalis concupiscentiæ, sine qua nõ fit carnalis cõmistio: verum quando superuenit dominus Iesus, ille etiã sacramentum ex eo fecit, atq; sententiã Adæ confirmauit, libellos diuortij coniugibus à Moyse admissos sustulit, & marito iniũxit, ne relinquat vxorem suã nisi causa stupri. promulgauit hoc idẽ apostolus Christi Paulus sic dicẽs ad Ephesios, sacramentũ hoc magnũ est, ego autẽ dico in Christo & ecclesia, &c. Aue Maria,

Gene. 2. *Mat.19.* *Ioan.2.* *Gen.2.* *Gene. 2.* *Hebr.3.* *Aug.ibi.* *Rom.7.* *Matt.19.* *Epheſ.6.*

Euangelium Matth. 19. Accesserunt ad Iesum Pharisei tentantes eum & dicentes, si licet homini, &c. vsque, qui potest capere capiat.

NON est animus vniuersam huius sacramenti materiam euoluere, sicut iam inde ab initio proposuimus, sed ea tantum proponere, quæ in controuersiam à veteribus pariter & nouis hæreticis sunt rapta: prima enim eorũ fuit hæresis, qui dixerunt matrimonium & prohibitum esse & iniustum, atque adeò peccato non carere, ita vt omnes tum coniugati, tum ad coniugiũ aspirantes eo ipso facto peccẽt mortaliter. In eo errore fuerunt, teste Aug. Taciani & Martionitæ, qui affirmarunt opera coniugij esse peccata, quotiescunque fiant. Non autem ita diu durauit hæc hæresis, eo q̃ ex diametro repugnat ordinationi diuinæ, sacrisq; literis, & humanæ tum rationi tum politiæ atq; conuictui: matrimoniũ enim à Deo ante peccatũ est institutũ, sicut antea induximus, post peccatum quoq; præceptum est seruari, quando post diluuium dominus Deus latam iam antea legem renouauit dicens, Crescite & multiplicamini. Confirmauit insuper præceptum hoc dominus in nouo testamento, plane ibi professus cõiugale vinculum esse à Deo, quũ ait, quos Deus coniunxit, homo non separet. Ad hæc si peccatũ adnexum haberet cõtractio matrimonij, Christus vtiq; illud sua præsentia non cohonestasset. Præterea Paulus manifestè testatur virginem, quum nubit, non peccare: idem quoq; in spiritu præuidisse videtur istas hæreses, quando dicit, discedẽt quidã à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendũ cum gratiarum actione. ¶ Et quanuis concupiscentia illa nobis innata multum ibi accenditur, ita vt parum sit in ea negotij rationi, sicut multa de illa diximus in homilia de cõceptione beatæ virginis, & Augustinus ipse dicit, neq; nullum est vitium, quum caro concupiscit aduersus spiritum, tamen solita sua bonitate motus, sustulit illud, & hoc modo ordinauit matrimonium, vt opus coniugale ex incensione naturę, nõ cum peccato & opprobrio fieret, sed per matrimonium excusaretur, quod aliàs esset peccatum mortale. Atq; ob id quod matrimonium remedium existat vitãdi peccata. Paulus etiam dicit, propter fornicationem (puta vitandam) vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaqueque suũ virum habeat, quod autem illud nobis Deus pro sua misericordia condonet & indulgeat, ad cõseruationem generis humani, satis apparet ex iis quæ ibi sequuntur, hoc inquit Apost. di co secundum indulgentiam, non secundum imperium.

¶ Hæc omnia vt magis pateant meliúsq; intelligantur à cõiugibus ad confirmandam eorum conscientiam, illa omnia deinceps plenius exponemus. ¶ Quantum autem ad Tacianos & Martionitas pertinet, stat hæc firma certaq; sententia, errorem illum esse sanè maximũ, neq; enim à Diabolo originem cœpit coniugiũ, vt isti mentiuntur turpiter, estq; ea fauilla adhuc reliqua à vetustissimo isto incendio quod excitauit Manichæus, volens omnium rerũ corporalium & visibilium principium esse diabolum. aliter nos edocti sumus ex fide, nãq; ipse Deꝰ creauit cœlũ & terram, atq; quicquid in iis continetur, inde instituit coniugium quod ipse postremo Christus confirmauit. Quos enim Deus coniunxit, homo ne separet, &c. 2 Altera hęresis fuit Mõtani, sicut cõmemorat Augustinus, ille enim primũ & vnicũ inter duos tantũ admisit coniugiũ: peccatũ fore ratus, si quis viduus aut vidua alterius contraheret. in eũ errorem prolapsus est maximus alioquin vir Tertullianus, iam quoque grãdæuus, tãtum ex inuidia qua ducebatur aduersus presbyteros Romę: vt testatur B. Hieron. de viris illustribus & ad Tertullianũ: deinde quemadmodũ fieri solet, si rũpas & eruas sudem, reliquis facilè etiam patet elapsus, ita hic Tertullianus ex vno errore incidit in aliũ. statim enim incidit in errorem Valentini, milliarorum & Aeonũ, similiter quoq; de prophetiis Montani, quas ille constanter voluit tueri, & in aliis simili modo. Quapropter Hieronymus præmonet diligenter lectorem librorũ Tertulliani, vt inde quæ bona sunt sibi deligat, mala euitet. Et quũ Heluidius induceret dictũ Tertulliani de perpetua virginitate contra Hieronymũ, infert ille statim, de Tertulliano nihil amplius dico quàm ecclesiæ hominem non fuisse. Super ea re Augustinus quoq; sic scribit ad Quo vult Deum, Tertullianus trãsiens ad cataphryges, quos ante destruxerat, cœpit secundas nuptias cõtra apostolicam doctrinam tanquàm stupra damnare, & postmodum etiam ab ipsis diuisus sua conuenticula propagauit, dixit

Martio. contra matrimoniũ.

Cene. 2. 9. Matt. 19. Ioan. 2. 1. Ti. 4.

Lib. 9. de ciuit. Dei. cap. 4.

1. Cor. 7.

Matrimoniũ licitũ.

Cen. 1. 2.

Matt. 19.

Mõtanus cont. bigamiam.

Tertul. lapsus.

Ad Trasquil.

Contra Hel.

Para. 86.

enim, animas hominũ pessimas post mortẽ in dęmones verti, statum autem animæ credidit per traducem propagari.
¶ Addit etiã tempore suo errores istos Tertulliani exoleuisse in Carthagine, ita vt congregationes, quæ ibi fuerunt, templa sua catholicis tradiderint occupanda.

Vidua nõ statim nubat.

¶ Quãuis ergo bigamia maximẽ infra tempus annuum demortui primi coniugis nõ magnam mœretur laudem, vnde & Hieronymus fortiter dissuadet hoc viduæ Gerontiæ, ne denuo nubat, narrat ibi quomodo fuerũt duo coniuges, ex quibus maritus antea habuerat vxores duodecim, ipsa quoque vxor totidẽ maritos (nisi me memoria fallit) iamq́ue admirantibus cunctis, vter coniugũ prius moreretur, contigit vt antea mortua sit vxor, hinc vniuersa ciuitas maritũ comitata est ita coronã gestãte in capite, & funus siue pheretrũ vxoris defunctæ præcedentẽ. Etsi iam status vidualis vtique sit honestus, & magis placens Do quàm coniugalis, si modo studeat vidua exornare se virtutibus, quemadmodum Iudith fecit, si sit sedula in orationibus, & sperans in Deum, iuxta Pauli præceptum, & exemplum Annæ filiæ Phanuelis, quæ vidua fuit vsq; ad annos octogintaquatuor, non recedens à templo, sed seruiens Deo in orationibus & ieiunijs nocte & die. ¶ Ad hæc pertinet, vt sit honesta in conuersatione & vestitu, non contentiosa, neq; blasphema, nec temulenta & ebria. ¶ Nemini tamen præceptum hoc esse conuenit, in viduitate manere, nisi quis vouerit ipse, alia seruetur regula Pauli, melius est nubere quã vri. vnde etiam hoc permittit Paulus, quod mortuo altero coniuge, liberum sit alteri cõtrahere rursus, quamobrem grauiter adeo inuehitur Hieronymus contra Tertullianum & ait, scripsit & Tertullianus de monogamia librum hæreticum, quem apostolo contraire, nemo qui apostolũ legerit, ignorabit, non quòd apostolus cogat homines ad secundas nuptias, sed quia indulget necessitati carnis. ¶ Quòd autem secũdas nuptias admittat Paul⁹, manifestè ex eo patet quod dicit, mulier alligata est legi quanto tẽpore vir eius viuit: quod si dormierit vir ei⁹, liberata est, cui aũt vult nubat, tãtum in domino, beatior aũt erit, si sic permanserit secundũ meum consilium: puto autem q᷑p & ego spiritũ Dei habeã. Ecce quã apertè Paul⁹ permittit mulieri vt nubat, mortuo marito. quamuis melius putet, si permaneat in continentia vidua

Ind. 8.

1. Tim. 3. Luc. 2. Tit. 2.

1. Cor. 7.

Hie. sup. Tit. 1.

1. Cor. 7.

Vidua nubere potest.

uiduali, vnde & de adolescẽtulis viduis alibi dicit, volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. ¶ Quòd si porrò attentet aliquis dicere sicut Montanus præsumpsit, spiritũ sanctum non perfectè venisse in Paulum, sed in se potius, & quæ secum erant, in Priscillam & Maxillam, in hoc nemo christianus fidem dabit illi, sed magis obiiciet ei verbum istud Pauli, Licet angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

1. Tim. 5.

Galat. 1.

¶ Eadem planè sententia est Augustini dicẽtis, lib. 2. contra aduers. legum & prophet. Deus masculum & fœminã propagandi generis caussa nuptiali castitate coniunxit, & secũdas nuptias, quæ in vtroq; testamẽto permittũtur, licitas esse monstrauit. Et alibi sic inquit, Secũdas nuptias omnino licitas apostolus cõcedit, de tertijs autem & quartis, & vltra de pluribus nuptijs solent homines mouere quæstionem: sed quis audeat definire, quod nec apostolũ video definisse? ait enim, Si dormierit vir eius, cui vult nubat. Dominus autem nec septemuiros damnauit. ¶ Idem affirmat Hieronymus ad Pammachium, dicẽs, Ego nunc voce proclamo libera, non damnari in ecclesia bigamiam, imò nec trigamiã, & ita licere quinto & sexto & vltra, quomodo & secundo marito recte nubere: quamuis bigamos excludit Apostolus à dignitate sacerdotali, non eo tamen quod secundæ nuptiæ pro peccato reputentur, sed propter sacraméti virtutem, vt sit vnius vxoris maritus, sicut vnius ecclesiæ vnus est quoq; Christus. ¶ Nõ dissentit ab hoc & Ambrosi. super prædicta Pauli verba sic scribẽs. Primæ nuptię tantum à dño sunt institutæ, secundæ vero sunt permissæ: & primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrãtur sublimiter, secundæ vero etiã in præsenti carẽt gloria: sunt tamen admissæ propter fornicationem, in quã facilè labuntur viduæ iuniores, ideo eis permissæ sunt. ¶ Obiiciat aliquis primũ, in legibus ciuilibus cautum est, vt mulier, quæ intra tempus planctus, hoc est intra annum nubit, sit infamis. l. liberorum. ff. de ijs qui notãt. infam. Confirmant hoc ipsum imperatores christiani, Gratianus, Valen. & Theodosius. l. j. C. de ser. nupt. ¶ Non notatur autem infamis quisquam, nisi delinquat insigniter, ideoq́; reputet quis etiam secũdas & tertias nuptias non contrahi sine peccato. ¶ Deinde in

32. q. 1. Deus masculum Hier. c. aperi vbi.

1. Co. 7.

Obiectio

prędictis verbis Ambros. asseruit secundas nuptias etiã in præsenti carere gloria & benedictione, sicut Alex. 3. de facto puniuit presbyterũ, qui benedixerat secundas nuptias, & insuper Vrbanus prohibet mulierẽ simul & virũ benedici, quũ secundas contrahunt nuptias: inde iã colligat quispiam, vbi nõ sit benedictio, nõ esse etiã sacramentũ. ¶ Atqui vtraq; obiectio fundamentũ firmũ nullum habet, vt tamen simpliciores minus ibi offendantur, respondendũ breuiter est. ¶ Et principio quidẽ honestũ est, sane & mulierẽ pudicã apprime decet, vt intra annuũ tẽpus plãctũ de morte mariti nõ nubat: quòd si tamẽ hęc nupserit, aliqua rationabili causſa impulsa, propter curã rei domesticæ vel negociationis, quã non possit facilè sine marito exequi (eiusmodi enim rebus mulieres suis verbis & iussis non multum proficiũt) atq; vt maximè illæ multum iurgẽtur & fleant, quòd vtrunq; norũt egregie, nemo tũ magnifacit, quapropter nõ raro vidua etiã pudica cogitur ante tẽpus nubere. Etsi quoq; huiusmodi causſam nullam habeat, tñ si timeat, nequãdo labatur in deterius, suæq; pudicitiæ obliuiscatur, multo cõsultius est, quũ sit homo, humanisq; prematur affectibus, vt nubat honoris causſa, quã vratur, quũ vt vetus ita verum est verbũ, vulgo quòd dici solet, si nõ substruas nidũ gallinæ, pullos locabit in vrticis. ¶ Quòd autẽ leges ciuiles adeo sunt durę mulieribus infra tẽpus luctus nubentibus, rationẽ reddit Innocẽtius tertius, dicẽs, Quũ secũdũ Apostolum, mulier mortuo viro suo ab eius fit lege soluta, vt, nubẽdi cui vult, tantũ in domino, liberã habeat facultatem non debet legalis infamiæ sustinere iacturã, quæ licet post viri obitũ, infra tẽpus, luctus. s. vnius anni spatium nubat, quum in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari. Idẽ fere scribit Vrbanꝰ tertius ad episcopum Oponien. in Anglia. ¶ Cæterũ quòd secundis nuptijs benedictio nõ defertur, est ea quidem consuetudo in Germania superiori, vt si fuerit sponsa virgo, benedicãtur nuptiæ, siue sponsus extiterit viduus siue non. mos hic vbicunq; inualuit, seruãdus vtiq; est, iuxta glossam, in canone vit. & reddit causſam Thomas, quòd ibi quadãtenus seruetur benedictio in sponsa si sit virgo. ¶ Ad hãc obiectionẽ dicimus, qm benedictio nihil adimit ijs quæ essentialia sunt in matrimonio, qꝫ quũ præcipuè significet vnionẽ Christi cum

De secun. nup. c. 1. cap. vir. ibi. Respon.

C. su. illa

Secundæ nuptiæ non benedicunt.

sti cum ecclesia, sit hoc in omni legitimo coniugio, sed quia vnicus ille sponsus Christus cũ vnica sua sponsa nõ ita perfecte significatur in secũdis nuptijs, qm ecclesia aliũ sponsum nisi Christũ nunq; habuit, ideo nec benedicuntur atq; idipsum fit ꝓpter matrimonij perfectionẽ atq; decorẽ, nõ ob aliquid essentiale in illo. ¶ Est autem hoc peculiare in illo sacramento, quod nõ requiritur ad substantiã eius cuiusquam præsentia vt in alijs, contrahunt enim duo simul etiã nemine præsente, quantũuis in eo malè faciant, ad decorẽ verò & honestatẽ sacramẽti maiorem, sacerdos in facie ecclesiæ cũ orationibus & exhortationibus ad hoc pręscriptis rursus illos copulat, etsi nulla sit efficacia sacramenti in ministro, vt infrà dicetur. 3 Tertius error circa hoc sacramentum est eorũ, qui negant illud esse sacramẽtum aut matrimoniũ, si coniuges nõ habeãt in animo opera matrimonialia exequi velle, vel si sint steriles aut ex naturæ ætatis vitio, vel si ex quacunque alia causſa conueniant quàm ob propagationẽ sobolis. ¶ Fuit hæresis Vuiclephi, quæ facilè retruditur per sanctissimũ illud matrimoniũ, quod vnquã conuenit Mariæ & Ioseph, inter quos quo sanctius & perfectius extitit matrimoniũ, eo liberiores fuerunt ab operibus carnalibus. Fuisse aũt illud cõiugiũ verũ, facilè colligitur ex verbis Matthæi, quũ ait, Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. Item ex verbis angeli dicẽtis, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugem tuã. Lucas etiã sic inquit, Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilęæ ad virginẽ desponsatam viro cui nomen erat Ioseph. Atq; ob hoc matrimoniũ Ioseph dici solet pater Iesu, sicuti Lucas refert eũ ductum à parentibus suis Ioseph & Maria in templum, quo annuatim illi cõueniebãt. Maria insuper Ioseph patrem Iesu vocat, dicens, Ecce pater tuus & mater, &c. ¶ Quũ ergo sanctissimũ hoc matrimonium diuina prouidentia contractum, & angelica custodia conseruatũ sit, neq; tamen aliquis coniugũ animum habuerit opera coniugalia velle perficere, sicut Maria dixit ad angelũ, quomodo fiet hoc? quia virũ nõ cognosco, hoc est, carnaliter id mihi nunq; proposui. ¶ Vnde & Beda ait, propositũ suæ mentis reuerenter exposuit, vitam videlicet virginalẽ se ducere decreuisse. Testatur & Augustꝰ. de virgi. ca. 4. ¶ Insuper idẽ Augustꝰ. subscribit huic sententiæ. 27. q. 2. sufficiat. para. quum

Error Vuiclephi.

Sterilitas non inficit matrimonium.

Matt. 1.

Lucæ. 1.

Marc. 6.

Lucæ. 2.

Lucæ. 2.

Lucæ. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo, sicut referũt Gratianus & Lõgobardus. ¶ Beata Maria proposuit se seruaturã votum virginitatis in corde, sed ipsum votũ virginitatis nõ expresit ore, subiecit se diuinæ disp ositioni, dũ proposuit se perseueraturam virginẽ, nisi Deus ei aliter reuelaret. Vult etiam Mariã & Ioseph deinceps communi consensu castitatem expresis quoq; verbis vouisse. Sufficiũt hæc ad retundendã hæresim istam quoniã & Vuiclephus ipse reiicit execrabilẽ erroré Heluidij, qui eo vsq; impudentiæ peruenit, vt affimaret Mariã illam immaculatam etiam post puerum Iesum, plures ex Ioseph peperisse filios, quod recens quoq; ausus est submurmurare Zuinglius. Sed omnia ista fortiter iam olim explosa sunt à Hieronymo. ¶ Præterea de matrimonio Mariæ & Ioseph ad longum quoq; probat Augustin. scribens ad Valerium, vbi inter cætera sic ait, Quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur: imò firmius erit quo magis ea pacta secum inierint, quæ charius cõcordiúsque seruanda sunt. Probat hoc exemplo Mariæ & Ioseph, qui maritus eius fuit, quamuis nec tetigerit illam vnquam, neque tacturus erat. ¶ Multis alijs scripturæ locis potest hîc error conuinci. quãuis enim in paradiso matrimonium fuit institutũ ad officium, vt sic procrearent liberos & mũdum mulplicarent, tamen post Adæ lapsum non tm̃ ad officium, sed & in remediũ matrimoniũ datũ est: quapropter facilè quis potest cõtrahere eo animo, vt euitet peccatum. Patet hoc ex verbis Pauli, quũ dicit, Propter vitãdam fornicationem vnusquisq; vxorem suã habeat, & vnaquæque virum suũ habeat. Deinde quũ permittit eis ob sanctimoniã temporis abstinere ab operibus carnalibus, dicit, Iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incõtinentiã vestram. Ibi em̃ rursus admittit apostolus vsum coniugalẽ nõ propter sobolem, sed ad vitandã fornicationem. Neq; multo post sequitur, Dico nõ nuptis & viduis, bonũ est illis si sic permanserint sicut & ego: quòd si nõ cõtinent, nubant: melius est enim nubere quàm vri. Ecce quã libere admittit Paulus opera cõiugalia, neq; tamen pro ratione allegat sobolis procreationẽ, sed fornicationis euitationẽ. 4 Est itaq; cõmunis hæc doctorum cõclusio, opera coniugalia non esse peccata mortalia, etiamsi nõ fiant amore pr

De nup. & concu. lib. 1. c. 11.

17. q. 2. omne itaque.

Mat. 1.

1. Cor. 7.

Opus coniugale sine intentione prolis.

re prolis, sed ob fugiendã fornicationẽ: & quanuis opus hoc coniugale in se citra dubium esset peccatũ mortale, propter inordinatã illam cõmotionem in hoc opere, vbi parũ relinquitur rationi quod agat (quoniã etiam ex sententia Aristotelis aufert ad momentũ vsum rationis, q̃ homo adeò obducitur sensatione voluptatis, q̃ rationis vsus vt cõmuniter & sepissimè sapientis totus absorbetur.) ¶ Ex misericordia tamẽ Deus respexit fragilitatem humanã, & sacramentũ hoc ordinauit in remedium excusandi peccati. Iam quisquis hac ducitur imbecillitate vt cõtinere non possit, contrahat matrimoniũ, & habebit veluti prætextum quendã: faciet enim opus hoc vel omnino non peccatum, vel saltem veniale, quod aliàs futurum erat mortale: ad hoc faciunt verba Pauli, quum ait fieri & dici hoc secundum indulgentiam. *1. Cor. 7.*

¶ Et quanuis illud in nouo tantũ testamento expressum est à Paulo, tamẽ verisimile videtur Scoto, hoc etiã permissum fuisse in veteri lege, non esse autẽ hoc peccatum, testatur sãtis August. affirmans masculum & fœminam copulatos nõ filiorum procreandorum gratia, esse cõnubium interueniẽte fide, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, si vsq; ad mortẽ alicuius eorũ id inter eos placuerit, & prolis generationẽ (quãuis non ea causã coniuncti sint) nõ tamen vitauerint, vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo male agant, ne nascantur. ¶ Alibi etiã de iis qui ita impiè & crudeliter procurant abortum, sic inquit Augusti. ad Valerium Comitem. Aliquando eousq; peruenit hęc libidi nosa crudelitas vel crudelis libido, vt etiã venena sterilitatis procuret, & si nihil valuerint, conceptos fœtus inter viscera aliquo modo extinguat vel effundat, volendo prolem suam prius interire quàm viuere: aut si in vtero viuebat, occidi, anteq̃ nasci: prorsus si ambo tales sunt cõiuges nõ sunt & si ab initio tales fuerunt, nõ sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Deinceps ait August. In ipsa immoderata exactione debiti carnalis, quàm eis non secundum imperium præcepit, sed cõcedit secundũ veniam Apostolus, vt etiam præter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos praui mores ad talem cõcubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt: neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Sed de iis aliàs plura, nunc hæc satisfaciant, &c.

Lib. de bo. coniug. c. 5

32. q. 2. solet quæri.

De nupt. & cõcup.

Vbi suprà c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA SEPTVAGESIMA, DE SA-

cramento coniugij, qua causa illud sine peccato contrahatur.

¶ Sacramentum hoc magnum est. Ephe. 5.

RElecimus circa matrimonij sacramentum, dilectissimi, nonnullos errores, præcipuè tres: primum Martionitarũ & Tatianorum, qui dixerunt illud esse peccatum, ideóque nemini permiserunt. Error hic teste Augustino, à Manichæis profectus est, & iam satis patet vitium illius christianis omnibus ex sacris literis. Secundũ induximus illum, Cataphrygum, Montani, & Tertulliani, de illicitis nuptiis secundis, qui etiam aduersatur verbis Pauli. Postremò explosimus hæresim Vuiclephi, asserentis opera cõiugalia nõ esse permissa nisi amore producendæ prolis: vnde sequeretur peccare maritũ quotiescũque agnosceret vxorem, quam sciret iam esse impregnatam. In hoc impio errore quia offendi facile possent multi homines pij, pusillanimitate quadam adducti breuiter aliquot rationes ostendemus, ex quibus aliquis contrahere potest matrimonium. Inde patebit quando quis peccet, & quando non. 1 Principio itaque matrimonium contrahere potest quispiam eo animo vt liberos procreet, hæredes habeat, quos in lege diuina instruat, & sic mundum hic augeat, illic cœlum: estque matrimoniũ hoc fœlix, meritorium & Deo beneplacens. Ideo enim vt non parua fieret accessio ad populum Dei, iam olim patriarchæ plures habebant vxores, quãdo aliàs mundus vniuersus erat in idololatria demersus, sicut de Abrahã & Iacob constat, quoniam tunc in hæredibus ex sanguine ductis consistebat etiam hæreditas fidei & religionis. Atque hoc ipsum est fundamentũ, quare non ita laudata fuerit virginitas in veteri testamento (nisi per singularem spiritus sancti instinctum, vt in Hieremia & Ioãne baptista) & quur sterilitas tam in viris q̃ in mulieribus fuerit cõtempta, sicut ipse dominus ait, Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, ideo nimirum vt sic cresceret populus domini, qui tũc in Iudæa tantũ notus erat, & ob id tantopere dolebat Anna, quia sterilis erat. similiter & Rebecca vxor Isaac. Rachel quoque idcirco tristabatur, q̃ liberos non haberet, soror autẽ eius filios quatuor, dixitque ad Iacob, Da mihi liberos, alioquin moriar. ¶ Hinc August. ait de patriarchis veteris testamẽti,

Cur ducenda vxor.

Gene. 16.
Gene. 29. 30.

Deut. 7.
Psal. 75.
1. Reg. 1.
Gene. 15.
Gene. 29. & 30.
De bo. coniug. ca. 13.

Illis

Illis temporibus quum adhuc propheticis sacramentis salutis nostræ mysterium velaretur, iusti officio propagãdi nuptias copulabant, non victi libidine, sed pietate ducti, qui multo facilius cõtinere potuissent & vellent. ¶ Vtebantur enim coniugibus, quum & plures vni viro haberet licere, quas castius habebant, quàm nunc vnam quilibet istorum, quibus secundum veniam concedit Apostolus: habebant enim eas in opere generandi, nõ in morbo desiderij (repetit hoc sæpe in eodem libro & super Genesim & de virginibus) 33. q. 4. obiiciuntur Iacob. ¶ Est ergo hæc ratio plane pia & meritoria, si quis hac de caussa ad nuptias & coniugium perueniat, amore prolis. ¶ Inde iam datur intelligi, quid sibi in hoc voluerint doctores, quando virginitatem christianorum compararunt cum coniugio patriarcharum. Ita enim Hieronymus ait libro 2. contra Iouin. Quis ignorat sub alta dispensatione Dei omnes retro sanctos fuisse eiusdem meriti, cuius nunc christiani sunt? ¶ Quomodo Abraham ante placuit in cõiugio, sic nunc virgines placent in castitate: seruiuit ille legi & tempori suo, seruiamus nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorũ deuenerunt. ¶ Non discordat illud Augusti. quum dicit, Sicut non est impar meritum patiẽtiæ in Petro qui passus est, & in Ioanne qui passus non est: sic non est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. ¶ Nam illius cælibatus & istius connubium per temporũ distributionem Christo militauerũt, sed cõtinentiam Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu. ¶ Sequitur hinc etiã illa causa, quur permissum fuerit patriarchis plures habere vxores, at nunc non item. similiter si quando vxor, vel sterilis erat, vel desierat parere, cum cõsensu eius poterat tunc maritus ducere ancillam, sicuti Rachel vxorẽ iunxit Balam ancillam viro suo Iacob, & Lia Zelphã, iam verò etiamsi cõstet certo quempiam cõtraxisse matrimoniũ gratia prolis, & tamen ex infallibilibus argumentis cõperiatur eum suo affectu & proposito fraudari, nihil adhuc ei permittitur, vt etiam cõsentiente vxore ducat aliam. Vnde Augu. huiusmodi causam reddit, & ait, Manet vinculũ nuptiarum, etiãsi proles cuius causa initum est manifesta sterilitate non subsequatur, ita vt iam scientibus cõiugibus non se filios habituros, separare se tamen vel

Patriarchæ vxores plures.

De virginibus.

32. q. 4. quis ignoret.

31. q. 7. Tum.

De bo. coniug. ca. 15.

ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quur autem permissum fuit vni viro multas ducere vxores, & nō vni mulieri multis nubere viris? Quoniam tunc patriarchæ plures habebant vxores ob multitudinem liberorum, ad quam seruiebat etiam vxorum copia: sed vt vna mulier maritos plures haberet, nihil plane facturum erat ad multitudinem sobolis. Ideo August. dicit, Non est propagandi necessitas quæ tunc fuit, quando & parientibus coniugibus aliâs propter copiosiorem posteritatem superducere licebat, quòd nunc certè non licet (rotundè dicunt nostri, vna mulier sufficeret pluribus viris in remedium & satisfactionem concupiscentiæ: vnus vir plus sufficit multis mulieribus, quoad officium procreationis liberorum.)

Vbi suprà.

32.q.7. tantum.

Propter hæredem cōtrahere.

2 Alia contrahendi causa est, quòd aliquis cupiens naturali desiderio habere hæredem, nolit tamen eum consequi per peccatum, & ideo contrahit, vt sic cum honore matrimonij & gloria Dei illum habeat, hic quoque animus bonus est. (Licet Petrus Aureoli velit imputare pro peccato veniali.) Quoniam sic etiam patres sancti optarunt sibi contingere hæredes, sicut Abraham dixit ad dominum, domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ, iste Damascus Eleazar, Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Vbi dicunt doctores Abraham cogitasse, quòd si destitueretur prole, se Eleazarum illum pro filio adoptaturum. Quid multa? non existimo aliquem intelligentem super hoc dubitare, nisi quis eo deuenisset insipientiæ, vt primum & præcipuè cuperet hæredem magis quàm oppeteret Deum, quæ profectò maxima foret stoliditas: illius enim generatio diu duratura non esset, iuxta istud sapienti, Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. 3 Tertia porrò ratio est, amica & fidelis cohabitatio cum mutuo obsequio inseruiendi inter se, vt cum quis iam vetulus & grandęuus ducit vxorem, quæ sui curam gerat id quoque malum & iniquū non est, siquidem inter cæteras causas coniugij inter Mariam & Ioseph, hæc quoque non postrema commemoratur, quod Ioseph Mariæ coniunctus sit custos, qui illi inseruiret & ministraret fugientémque cum filio in AEgyptum duceret ac reduceret, sicut & ipsi docuimus alibi, & Ambrosius clare

Cene.15.

Prou.20.

Cōtrahere ob societatem.

Tom.3.fo. 74.a.b.

clare meminit. Cùm autem Vuiclephistarū & quorundam Lutheranorum hæresis huic articulo ex diametro contradicat, operæpretium videtur, rem hanc diligentius considerare, & nostrum institutum fortius cōfirmare, vt hoc quoque matrimonium reputetur honestum, cum duo contrahunt tantum ob mutuam eiusmodi officiorum cōmunicationem, non aliter tamen quàm institutū est à Deo, in dignitate coniugali. ¶ Et quanuis hic satis facerent nobis quæ suprà induximus, eo quòd nec Vuicleph neque Hus errorem suum scripturæ testimoniis vnquam est confirmaturus, audiamus tamen porro verba August. Mihi, inquit ille, non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diuerso sexu societatem cōtrahi matrimonium, alioquin iam non deceretur cōiugium in senibus, præsertim si vel amisissent filios, vel minime genuissent, nūc verò in bono licet annoso coniugio, etsi emarcuit ardor ætatis inter masculum & fœminam, viget tamen ordo charitatis inter maritum & vxorem. Affirmat tandem, quòd si inter coniuges seruetur fides honoris, & mutuum ac voluntarium obsequium ministerij vicissim exhibiti, etiāsi membris iam sint velut cadauerinis, remanet tamen vinculū coniugij inter eos. Quilibet ergo christianus quasi pro certa regula obseruet illud Aug. dictum, In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quàm fœcunditas vteri, quoniā ille verus & firmissimus est nexus, iuxta istud Pauli, Viri diligite vxores vestras tanquam corpus vestrum. ¶ Ecce quandiu vixit Abraham cum sterili sua Sara? certè centum erat annorum, priusquam hæredem consequeretur. Quid quod iam inde à principio mulier à Deo creata est in adiutoriū viri, quur itaque non possit iam vir vxorem ducere in auxilium, & solatium? ¶ Nihil igitur moueantur huiusmodi cōiuges, qui conueniunt, neque tamen prolem expectant, nullam sibi cōscientiam hic fingant ob istam maligná hæresim Vuicleph. Quin potius credant verbis August. & aliorum sanctorum patrum, ideò maximè, quòd nec aliquis scripturæ locus, neque vlla ratio solida per eum inducitur. ¶ Huc pertinet, si quando inter reges & principes bella componuntur, plerunque eiusmodi compositiones desinunt in cōtractionem matrimonij alicuius, ibi quanuis præcipua ratio eorum qui coniugium procurant pax est & concordia, vt sic homines

De bo. cōiug. ca. 3.

C. 18. vbi suprà.

Cōtrahere propter pacem.

& prouinciæ conseruentur ac defendantur à rapinis, incendiis, & latrociniis, aliisq; innumeris bellorum incommodis, quando tunc personæ ambæ cõsentiunt, & iuxta ordinationem diuinam matrimonij sacramentum suscipiunt, ratio illa impulsiua etiam primaria, nihil impedimẽti aut scrupuli eis ingerit in sacraméto. Sed hęc latius in fine circa epilogũ.

4 Quarta demum ratio est, quum quis in seipso sentit, se continere non posse, sicq; consultius sibi fore putat, si ducat vxorem, vt hoc modo sub titulo honestiori prauam concupiscentiam extinguat, quam si idem faciat cum concubina, cum qua anima simul & corpus perimat. Vult ergo illud perficere modo & ordine à Deo constitutis, non magnopere curans, imo nec ob id faciens vt liberos habeat, quos si tamen accipiat à Deo, proponit se illos pro facultatibus suis ad diuini nominis gloriam educaturum. ¶ Non tamen hîc dicimus de eo quod coniugum alter ex altero debitum poscit, nam in eo causa iuxta Pauli doctrinam tenetur illud alter præstare alteri. estq; illud opus iustitiæ quare pro peccato non imputaretur consentiẽti in opus petitum, etiamsi petens peccaret, quòd in multis casibus posset ostendi, quibus vltro supersedemus, satis sit hîc nobis, quòd qui contrahit cum proposito restingendi fornicationem & concupiscentiã prauam, is vtiq; non peccat, quoniam ob id institutũ est matrimonium iam in lege Euangelica, vt præclare testatur Paulus, & nos iam inde ab initio diximus, quanuis iam olim præcipue sit ordinatum ad procreandam sobolem, & ad augmentum generis humani, nunc tamen matrimonium illud opus excusat, quo minus sit peccatum, dicente Paulo, Honorabile cõiugium in omnibus & thorus immaculatus. ¶ Præter hæc Pauli verba quæ tamen nobis satis possent facere ad confirmãdam causam illam quartam, potest hoc idẽ ratione firmari, quia in hoc velut vno omnes ore conueniũt doctores, coniugem alterum alteri expostulanti, ne cogatur aliorsum declinare, compulsum esse vt reddat debitum, sicut Aug. ait ad maritum, Si tu abstines sine voluntate vxoris, tribuis ei occasionem fornicandi, & peccatum illius tuæ imputabitur continentiæ. 27. q. 2. si tu. presius & apertius loquitur Origenes homilia septima super Matthęũ. Quòd si ergo maritus potest & debet ad præcauendum peccatum vxoris opera coniugalia exequi citra aliquod peccatum, quanto

Cõtrahere nevratur.

1. Cor. 7.

Heb. 13.

De adult. coniugys.

quanto magis & potest & debet peccatum præuenire in semetipso? quòd si deinde praua fuerit libidine accensus, exequatur id cum vxore, potius quàm vt septa (quòd aiunt in prouerbio) transiliat. Nanque hoc fere scribit Augustinus ad Hediciam, Secundum verba apostolica etiamsi vir continere voluisset & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ sed tuę cõcederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Atque in casu huius rationis volunt quidam doctores intelligere verba Pauli superius allegata. Hoc autem dico secundum indulgentiam non præceptum, aiunt enim velle eum indulgẽtiam tunc esse, quando quis matrimonio vtitur in hoc tantũ vt suæ satisfaciat cupidini, ne in diuersum raptus cogeretur hoc facere extra coniugium contra animæ suæ salutem, neque volunt illi hæc verba ad primos duos casus referre.

33. q. pa. se cum. ver. ap.

1. Cor. 7.

4 Quinta insuper ratio contrahẽdi matrimonium est vt quis animum tantum expleat in voluptate operis carnalis, idq; nõ plane est à peccato immune, maximè quum antea ipse se maritus prouocat ad concupiscendum, quàm tentetur, in hoc tantum vt in opere se oblectet, carnalemq; voluptatem sentiat, Vnde ad Tobiam dixit angelus Raphaël, Audi me, & ostendã tibi qui sunt, quibus præualere potest dæmonium: hi nanque qui coniugium ita suscipiũt, vt Deũ à se & à sua mente excludant: & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. ¶ Ne autem hîc quispiã, vel aberret, vel pusillanimis reddatur, sciendum est nõ omnem voluptatem siue delectationem esse prohibitam, aliàs nemini liceret liberè manducare, aut bibere, aut fricare: sed tunc demum voluptas vetita est, quando eam quis quærit modo prohibito, vt quum quis cum aliena fornicatur, quum quis inebriatur, quum quis manducat, quando erat ieiunandum, quum quis vsqueadeò in voluptate demersus est, vt in ea præcipuũ suũ constituat finem, magis ab illa affectus, quàm præcepto diuino, vel omnino ita exardescit in illa, vt velit opus hoc perficere, etiãsi nõ sit hæc sua vxor, vel si voluptatem quærat per iniqua media aut prohibitas circunstantias, in omnibus iis iniquũ & iniustum est quærere voluptatẽ, tã in operibus coniugalibus, quàm in aliis verum est q̃ Ioannes maioris dissuadet hæc in ecclesia publicè prædicanda.

Cõtrahere libidine.

Tob. 6.

¶Vt tandem veniamus ad rationem motiuam quintã, dico quòd ducere vxorem, vel cum vxore rem habere, & solam voluptatis carnalis oblectationem quærere, peccatum est veniale tantum, non mortale, quoniam coniugiũ excusat, nisi quis voluptatem quærat præter naturam vt pecudes, prohibito modo: vel ita esset in voluptatem pronus, vt velit eam in opere exequi cum illa etiamsi vxor sua non esset. In eius rei fidem formandam audi Aug. dicẽtem, Apostolus illum concubitum secundum veniam concedit, qui fit per inconti nentiam, non sola causa procreandi, & aliquando nulla causa procreandi, quẽ nuptiæ non fieri cogunt, sed ignosci impetrant, si tamen non ita sit nimius vt impediat, quę sepositæ esse debent, orandi tempora, nec immutetur in eũ vsum qui est contra naturam. Et non Paulo dilucidius dicit ibidẽ, Quicquid inter se coniugati immodestum, inuerecundum, sordidúmve gerunt, vitium est hominum, nõ culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoq; immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis non secundum imperiũ præcepit, sed secundum veniam concedit Apostolus, vt etiam præter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos praui mores ad talẽ concubitum impellunt, nuptię tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. 32. q. 2. quicquid. Vtiq; non vult hîc Augustinus peccatum esse mortale, si quando coniuges mutuũ inter se colludant & voluptatem quærant, sed tantum peccatum esse veniale. Ideoq; ait Aug. Etiamsi præter causam procreandi sibi misceantur, id ego inter ea reponã, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Quisquis autem ita voluptatem appetit, more beluino vt velit etiam voluptatem explere, si hæc non sit sua vxor, peccabit mortaliter. Similiter si quis adeò fuerit stupidus, vt etiam quando vacandum sit orationi, & accedendum ad communionẽ sacramenti tempore Paschali, nolit parcere vxori, peccabit: quoniam quilibet sic debet vxori suæ cohabitare, ne impediatur oratio. De tali autem inordinata incensione, inquit Hiero. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu: regat impetus voluptatis, nec præceps feratur in coitũ. Nihil est fœdius quàm amare vxorem quasi adulteram. Citat ibi Xistum Pythagoricum in sententiis dicentem, Adulter est in suam vxorem amator ardentior: in aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius 32. q. 4. origo.

Debo. coniug. c. 10.

1. Pet. 3.

Li. 1. cont. Ioum.

¶Omnia

¶Omnia hæc intelligi debent iuxta Martinum de tẽperantia, de amore inordinato, quàm quis nõ dirigit ad amusim rationis, sed quando habet concupiscentiam effrenẽ, ita accensus in feruore carnali, vt eodem modo cum illa voluptatem quæreret si vxor sua nõ esset, ibi à peccato mortali nulla potest esse excusatio. Alias liberè licet marito cum vxore iocari & dulciter viuere, quia & amarum matrimonij vinculum est ei perferẽdum. ¶Hinc de patriarcha Isaac legimus, quòd in tantum dilexit Rebeccam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tẽperaret: quúmque iam filios duos haberet adultos, Iacob & Esau, caritas quoque annonę ingrueret, profectus est in ciuitatem Geraris, vbi rex Abimelech per fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Ad eundem modũ possunt aliquem diuitiæ mouere ad contrahẽdum matrimonium, & similiter pudicitia, & generis nobilitas, spes item illa, fore vt eiusmodi connubio promoueatur ad officia & cõditiones ampliores, dũmodo semper & præcipuè habeat intentionem ecclesiæ catholicæ, & animum susçipiendi illud matrimonij sacramẽtum, tunc nihil vetat sacramentũ id esse, etiamsi diuersis moueatur rationibus ad contrahendum cum hac ipsa: nã id quoq; discimus factum esse exemplo Iacob patriarchæ, qui motus pulchritudine Rachel, seruiuit pro ea septẽ annis: fuit illud tempus breue propter amorem, vt tandem optata illa sibi contingeret vxor, & quanuis sororem eius Lyam prius duxerat quæ formosa non erat, posteriorem tamen magis semper amauit. Nõ absimile est etiam exemplum Dauidis cum filia regis Michol, cum Abigai, similiter & Ruth, &c. Sic legimus in lege dixisse dominum, Si videris in numero captiuorum, mulierem pulchram & adamaueris eam, voluerisq; habere vxorem, &c. 5 Ad hæc omnia funditus intelligẽda meliús q; declaranda, doctores ponũt tria bona quæ sunt in matrimonio, ipsum etiam excusantia, quæ sunt, fides coniugalis, proles & ipsum sacramentum. In iis satis cernitur quomodo matrimonium sit remedium: ideo enim ait Aug. Vtriusq; sexus infirmitas propendens ad ruinam turpitudinis rectè excipitur honestate nuptiarũ, vt quod sanis posset esse officium, sit ægrotis in remedium, quoniam id bonum quod habent nuptiæ peccatum esse nũquam potest: hoc autem tripartitum est, fides, proles, sacramẽtum in fide atten-

Cen. 14.

Cen. 27.

Contrahere ob diuẽtias pulchritudinem.

Cen. 29.

Deute. 21.

Bona matrimonij tria.

Super Ge. lib. 9. c. 7.

ditur, ne præter vinculum coniugale cum altera vel altero concumbat: in prole, vt suscipiatur amâter, benigne nutriatur, religiosè educetur: in sacramento autem, vt coniugium non seperatur, & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri coniungatur. Hæc est tanq̃ regula nuptiarũ, qua vel naturæ decoratur fœcũditas, vel incontinétiæ regitur prauitas. ¶ Non tamen sic intelligi debent verba Augustini, quasi illa omnino stricte sint necessaria: nam & coniunx qui fidem non seruat, non ideo facit coniugij vinculum: & licet nõ cõtingant in coniugio liberi, manet tamen nexus ille matrimonij: inseparabile autem coniugij vinculum intelligitur per ipsum bonum sacramenti, quod substãtiale est in eo, & sine quo esse non potest, sed sine fide mutua, sine liberis potest sacramentum matrimonij consistere, nisi quòd aliquantulũ claudicat. Consentiunt tamen doctores, quòd quanuis constans sit sine liberis matrimonium, tamen debet esse ea personarum contrahentium voluntas, vt si aliquando suscipiãt liberos, velle se eos pie educare. Requiritur etiam, ne cõsentiant velle seipsos vltro afficere sterilitate vt careãt liberis, si quacunq; via concorditer impedirent ne nascerentur, ex diametro & per dis dia pason (quod dicitur) esset hoc cõtra matrimonium, imò nec matrimonium esset. Exemplo nobis est, Onan filius Iudæ, qui nõ rectè peruenit ad vxorem suã Thamar, sed semen effudit in terram, ne liberi nascerentur, & idcirco percussit eum dominus, eo quòd rem detestabilẽ faceret. ¶ Cõstat ex iis omnib⁹ quàm impie errauerit Vuicleph & nimis quàm hæretice omne matrimonium damnarit, nisi nascantur inde liberi, & opera coniugalia exerceantur: quum tamen ex scripturis biblicis iam suprà defenderimus ipsi coniugium Mariæ & Ioseph, sic quoq; in statu cõiugali illibatam seruarunt virginitatem Héricus imperator cum S. Kunegunde. S. Alexius cum sua vxore. sic & Dauid virginem Sunanimitidẽ Abisag duxit vxorẽ, neq; tamẽ cognouit eam, sicut ibi declarãt doctores, ideo quoq; Salomõ permisit occidi fratrem suum Adoniam, eo quòd illã Abisag concupiscęret vxorem. vetitum enim id erat, nequis duceret vxorem eam quæ fuerat antea vxor patris sui. Esse autem laudabile hoc coniugium, quum etiam coniuges continent ab operibus coniugij, testatur Augustinus dicens, hæc omnia bona sunt propter quæ nuptiæ sunt, proles, fides, sacramentum.

Gen.38.

3.Reg.1.
3.Reg.2.
Leui.17.

De bo.cõ. iug.c.24.

cramentũ: & inde, Nec prolem autẽ carnalẽ iam hoc tempore quærere, ac per hoc omni tali opere immunitatẽ quãdam perpetuã retinere, atq; vni viro Christo spiritualiter subdi, melius est vtique & sanctius si tamen ea deuotione sic vtantur homines, quomodo scriptũ est, vt cogitent quæ sunt Dei, quomodo placeant Deo, id est, vt perpetuo cogitent continẽtiam. Procul igitur reiicienda est hæresis Vuiclephi, nec aliquo modo inter christianos sufferenda: nos autem dominum rogemus, vt quotquot sacramentum hoc susceperunt in ecclesia, in gratia quoque susceptа conseruentur cum pace, & viuant mutuo in omni dilectione & pudicitia se inuicem diligentes, sicut Christus dilexit sponsam suam ecclesiam, vt inde etiam illi post hanc vitam vita perfruantur æterna, Amen.

HOMILIA SEPTVAGESIMA-prima, qua probatur matrimonium esse sacramentum contra Lutherum.

¶ Sacramentum hoc magnum est. Ephe. 5.

INsultus & graues impugnationes hactenus tres audiuimus, cõtra hoc ipsum matrimonij sacramentum, primo Tatianorum, qui omne reiiciebant coniugium, & damnauerunt. deinde Montanorum & Tertulliani, qui secundas tantum & tertias nuptias condemnabant. postremo Vuiclephi, qui negauit esse matrimonium, vbicunque non esset sobolis propagatio. Hæreses istas tres sufficientibus sacræ scripturæ locis, ecclesiæ quoque & sanctorũ patrum testimonijs reiecimus. Nũc accingimur & quartã hæresim refutaturi, quã in hac re (ne videretur otiosus & nihil agere) introduxit Lutherus, & ipse negãs matrimoniũ esse sacramentũ, quæ sane non exigua foret coniugij depressio, si apostata iste in hoc verum diceret. At quia nos aliter docemur ex sacris literis, & hunc errorem assistẽte Dei gratia & manu valida infringemus, nã ibi Lutheri animus aliter non habet, atque si iam ex nescio quibus lupercalibus prodiret, nihili enim facit siue sextæ sint nuptiæ, siue liberi innascantur, siue non, quacunque etiam ætate & cõditione sint isti, siue moniales, siue monachi, siue sacerdotes, dummodo Adæ veteri & concupiscentiis eius satisfiat, sub hoc honestissimo sancti sacramẽti titulo, etiamsi interim omne

Lutherus negat matrimoniũ esse sacramentum.

id suum suorũq; matrimoniũ putatiuũ mera sit fornicatio & stuprum. Vsqueadeo priores isti hæretici prisc̃is seculis ausi nõ sunt toti mũdo adhuc magis pio proponere istiusmodi errores impios & beluinos, sed diabolus quo magis & plures seduceret homines, specie prętexuit pietatis. Tatiani rati sunt quẽlibet Christianũ in vnico Christo contentũ esse debere, neq; vlterius quærere coniugem. Montani & Cataphryges putabant, eo quòd Christ⁹ vnicus esset vnius ecclesię sponsus, Christianũ quoque non decere nisi semel contrahere. Omnia hæc fucum quidẽ habuerunt pietatis, & cõtinentię à prauis cupiditatib⁹ sicut proposuit Vuicleph, permissum tantũ esse matrimoniũ ad prolis generationem, non caruit hoc specie honestatis, ne quis contraheret nisi amore sobolis, sicut & ob id institutũ est matrimoniũ in paradiso. Nunc verò demum tã perdito seculo nihil opus fuit Luthero, vt diuerticula quæreret probitatis, sed liberrime omnibus tam monachis quam sacerdotibus & monialibus vetulis & iuuenibus, sterilibus quoq; pro sua cuique libidine permisit incontinentiã sub specie cõiugij, ipseq; adeo iam vetulus & pene delirus monachus, recens tamen cum moniali contraxit, interimq; matrimonium sacramentum esse negat. addit alia deliramenta multa, quæ leuissimum quenquã hominem non ducerent, nunc ergo aggrediamur & hunc errorem confutare. 1 Ne autem excidamus ordine congruo, vósque omnia melius intelligatis, primo Lutheri errorem detegemus, qui in hoc latet.

Antiqui hæretici apparenter boni.

1 Vnum esse matrimonium gentilium.

2 Iudæorum quoque & Christianorum.

3 Non esse aliquod scripturæ testimonium, quod matrimonium sit sacramentum.

4 Gratiam quoque in eo non conferri. Hæc fere impia sunt Lutheri commenta, quo ad hoc sacramentum, reliqua infrà aperiemus.

Cõiugium Gentilium

¶ Principio igitur quantũ ad coniugium pertinet Gentilium, dico illud esse legitimũ iuxta cõsuetudinẽ & leges prouinciarũ: veruntamen non est sacramentũ proprie loquendo, neque sic ratũ, quod separari non possit, sacramentũ inquam non est proprie nisi ꝙ in cõmuni potest etiã dici sacramentũ, sicut ait Augu. sacramentum coniugij omnibus gentibus cõmune, sanctitas tũ sacramenti non est, nisi in ciuitate Dei nostri, & monte sancto eius. Ita & Innocentius tertius inquit ad episcopũ Tiberiaden. Sacramentũ matrimonij est apud fideles & infideles. Quod aũt etiã illud sacramentũ dicitur, in causa est, quod & infideliũ matrimonium originẽ habet ex institutione diuina, statim enim post diluuium præcepit dominus Noe & filijs eius, Crescite & multiplicamini & replete terrã, nõ tamen hoc præcepit eis Deus, nisi per media cõuenientia ipsius matrimonij, quod ita illis indulsit pro remedio, & vt sic ex potestate diuina cõiugum alter alteri facultatẽ daret corporis sui. Ipso deinde vsu receperunt hoc filij à parentibus suis, cúmq; legi naturali esset cõforme, ita planè retinuerũt. Quãuis enim nõ perinde fidẽ quoq; & religionẽ parentũ suorum imitarentur liberi, alijs ad aliud idolorum genus declinantibus, in coniugio, tamen sequuti sunt morem patrum suorum: cũq; matrimonium fuerit sacramentũ etiã in veteri lege naturæ fit, vt etiã matrimoniũ infideliũ, quod ex illo defluxit, veniat appellatione sacramẽti, quãuis in varijs nationibus varij etiã coniugiorum ritus sint obseruati, quorum plurimos Hieron. percenset. ¶ An autẽ matrimoniũ infideliũ possit etiã dici sacramentum propter significationem, ita quòd eorum cõiunctio significarit vnionẽ Christi cum ecclesia? Profecto sicut eorũ matrimoniũ proprie sacramentum non extitit, sed quasi semi sacramentum, vt affirmat Brulifer, ita significatio & bona matrimonij imperfecta fuerũt, & sunt penes illos, teste Richardo: id hoc modo explicari solet, qm̃ vt suprà diximus, tria sunt in matrimonio bona, fides, proles, & sacramentũ. quòd ergo iam cõiuges etiam infideles fidem inter se mutuã seruãt, sicut in alijs negociationibus, obseruatur hoc quidẽ ab eis qui etiã adulteriũ puniũt. Verũ quia fideles non sunt, hæc quoq; fides eorum in Deũ directa, nõ est, quia propter Deum non faciũt illud: deinde licet etiam liberis suis bene faciant, tamẽ eos nõ educant in vero veri Dei cultu & timore, sed in infidelitate sua in qua etiam pereunt tandẽ: & sic satius est infidelẽ non habere filios, quoniam sic & sacramentum omnino nõ habent, neq; agnoscunt, proprie loquendo de sacramento, sed tantũ habent illud ad vinculum humanæ societatis, quę sine matrimonio perdurare nõ potest. Vnde & respublica ista Socratica & Platonica cõmuniter reiici solet, quę plusquam bel-

C. gaudemus, de diuor.

Gen. 9.

Contra Iouin.

uino ritu, sublato vsu coniugij, vxores habebat communes, sicut eã præclare explosit Aristoteles ex hominũ conuictu, in suis Politicis. 2 Porro ne quis dubitet, verũ esse inter
1.Cor.7. infideles matrimoniũ, apertè testatur Paulus qui ait, Si quis frater vxoré habet infidelé, & hæc cõsentit habitare cũ illo, non dimittat illam. similiter si qua mulier virum habeat infidelé. Vtique permissurus hoc nunquam erat Apostolus, nisi verũ esset matrimonium, atq; inde forsitan natum est, quòd matrimonium eorũ cœptum sit dici sacramentũ. Vn-
C.veniens de presby. non bap. de & Innocentius tertius ait, Cũ illud non sit generaliter verũ, neq; de nouis neq; de veteribus sacramẽtis: quòd baptismus sit fundamentũ illorum, quoniã & sacramentum coniugij & eucharistiæ à non baptizatis recipi potest, loquitur ibi in vniuersum de veteribus sacramentis: peculiare est aũt & speciale de sacramento eucharistiæ, sicut enim
Infideles excusantur. suprà diximus, baptismus vtique ostium est & fundamentũ omnium aliorum sacramẽtorum, totiúsq; adeo nouæ legis. Sed quòd etiam infidelis posset sacramentũ altaris suscipere, ideo fit, quia sacramentum illud essentialiter non cõsistit in susceptione, vt reliqua sacramenta, sed habet esse permanens, quòd potest etiam accipere infidelis, ipsum scilicet sacramentum, verumtamẽ non sacramentaliter ob defectum fidei, quamuis Innocentius casum hunc de presbytero non baptizato, ordinato tamen, primũ putabat ambiguum, tandem tamen concludit eum nõ esse ordinatũ, ideoq; cõmittit episcopo Ferrariensi, vt illum rursus ordinet. ¶ Ex locis scripturæ suprà inductis hoc sequitur, quod infideles non peccẽt in operibus coniugalibus, dummodo aliàs matrimoniũ seruent, secundum cognitionẽ legis naturalis, quoniam & ipsi cõtrahunt: iuxta modũ diuinitus primo institutum: sicut aliqui dubitant de Turcis & alijs Ethnicis, qui etiam
1.Cor.7. plures dicunt vxores, an cum aliis peccent & non cũ prima.

3 Atqui hoc ipsum quod iã adduximus ex Paulo, ne mulier fidelis discedat à viro infideli, intelligendũ est esse consilium Pauli, non præceptũ: quapropter & ait, cæteris dico
Non discedere ab infidelis. autẽ ego, non dominus, quasi diceret, equidẽ hoc non tanquã præceptũ impero, quia neq; dominus præcepit, consilium igitur est ad quod commotus est Paulus, eo ꝙ in primordio nascentis Ecclesiæ, quotidie multi cõuertebãtur ad
1.Cor.7. fidẽ ex Iudæis & Gentibus, ita vt sæpe coniugũ alter alterũ adduceba-

adducebat ad fidem, sicut hanc rationẽ Paulus ipse commemorat dicẽs, sanctificatus est vir infidelis per mulierẽ fidelẽ, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelẽ, quòd si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi: vnde colligunt doctores in tribus casibus fidelẽ posse ab infideli cõiuge discedere, primo si nolit ei cohabitare, deinde si velit quidẽ, sed cũ blasphemia nominis Christi, postremo si infidelis conetur fidelem pertrahere in peccatum mortale, & tunc quoq; poterit discedere. ¶ Tria hæc manifestè declarat Innocẽtius papa, & ante eum docuit Augustinus in sermone domini in monte. C. quanto de di.
¶ Sed hic cogitet forsitã aliquis secum, si consiliũ dedit hoc Paulus, & permisit vt fidelis cohabitet cõiugi infideli, quur non idem adhuc seruatur in ecclesia? ¶ Respõdeo, quòd nimis amplum foret euagari hîc per omnia, & ostẽdere qñ & quatenus præceptum fuerit fideli contrahere cũ infideli in veteri testamento: Moyses enim filiam habuit Ietro infidelis, Ioseph duxit filiã sacerdotis Putifaris in Heliopoli, Naason quoq; duxit Raab vxorem, Obed Ruth Moabitidẽ, Salomõ filiã Pharaonis regis Aegypti. Esther nupsit Assuero Gentili. Iacob insuper cõsensit vt Dina nuberet ipsi Sichẽ, qui erat Ephæus, & similia multa. ¶ Vicissim quoque legimus quomodo noluit Abrahã vt filius suus Isaac duceret aliquã vxorẽ de filiabus Chanaan. Esau etiã, quia vxorẽ accepit ex Chananæis, irritauit aduersum se animũ suorum parentum, qui deinde mittentes alterũ filium Iacob in Mesopotamiã Syriæ, diligẽter iniunxerũt ei, ne acciperet vxorem Chananæam. ¶ Præceperat enim hoc Deus in vniuersum de septẽ populis regionis Chanaan, nõ inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neq; sociabis cum eis coniugia, filiam tuam nõ dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo. ¶ Præterea Iudæi domũ reuertẽtes ex Babylonica captiuitate, multas secum adducebant mulieres alienigenas: Esdras autẽ ex præcepto domini separauit ab eis: & tamen si quãdo infideles volebãt recipere fidẽ, prohibitũ hoc erat nemini: sicuti suprà induximus permisisse dominũ, vt quum vidisset aliquis inter captiuas vnam formosam, cuius teneretur amore, ita vt vellet eam ducere vxorem, illi detũderet capillos, resecaret vngues, & exueret vestes in quibus capta erat. ¶ Sic nimirũ Fridericus. 2. Imperator, dux Sue-

Cõtrahere cum infideli. Exod. 2. Num. 12. Gene. 41. Ruth. 4. 3. Reg. 2. Hest. 2. Gen. 34. Gene. 24. Gene. 26. Gene. 28. Deut. 7. 1. Esd. 4. Deut. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uorum, vxorẽ duxit Iolam filiam Sultani. & Palude refert, Nobiles Hiſpanos accipere vxores nobiliſsimas filias principum Sarracenorũ, ſit tamẽ vt ſponſa cum. 20. virginibus baptizetur. ¶ Vt redeamus aũt ad id quòd primo loco quęſitum eſt, doctores diſtribuunt tria tempora in eccleſia. primum erat in eccleſia primitiua, quãdo ad Chriſtũ cõuertebantur Iudæi & Gentiles, tũc quoq; ſpes erat cuilibet coniugi, fore vt etiam alter coniunx conuerteretur ad Chriſtũ, & ſic implebatur dictũ Pauli, ſanctificari virum infidelem per mulierem fidelem. Eo tempore procedebat & valebat illud conſiliũ Pauli, vt cõiunx fidelis nõ deſiſteret neq; deficeret, ſi poſſet etiam alterũ coniugem adducere ad fidẽ, ſicut Cecilia conuertit Valerianum. ¶ Secundũ tẽpus in eccleſia fuit ab Imperatore Conſtantino, quãdo iã prohibitũ fuit coniugi chriſtiano habitare cum coniuge Iudæo, ſed nõ cum infideli: in cauſſa erat, quia tunc incipiebãt Iudæi omnino eſſe obſtinati, Gentiles autem nõ ſic. Inde conſtitutũ eſt in concilio. 4. Tolletano, Iudæi, qui chriſtianas mulieres habent, admoneãtur ab epiſcopo ciuitatis ipſius, vt ſi cũ eis permanere cupiũt, chriſtiani efficiantur. Quòd ſi admoniti noluerint, ſeparẽtur, ne forte fidelis dum infidelem cõuertere nititur, ipſe in infidelitatem relabatur. Gentiles autem tunc cõtinue adhuc cõuertebantur, ſicuti fidelis & catholica regina Chrotildis in Burgundia Cludvvigem regẽ Gallorum, vt meminit Gregorius Turonen. ¶ Tertium porro tempus eſt, qñ iam infideles pariter omnes, Turcę & Sarraceni indurati ſunt in impietate ſua, nõ minus quàm Iudæi. Quapropter Ambro. huiuſmodi conſilium dedit pro hoc tempore in libro de Patriacha Abraham. Caue chriſtiane Gentili vel Iudæo filiã tuam tradere, caue ne Gentilẽ vel Iudęam vel alienigenã, id eſt hæreticã & omnem alienam à fide tua, vxorem accerſas tibi. Prima coniugij fides caſtitatis gratia eſt: ſi idola colat, quorum prædicantur adulteria, ſi Chriſtũ neget, qui prœceptor & remunerator eſt pudicitię, quomodo poteſt diligere pudicitiam? ¶ Et inde, Accedit aliud inſigne caſtimoniæ, ſi credas à tuo Deo tibi, quòd ſortitus es coniugium, datum, vnde & Salomon ait, A deò prœparabitur viro vxor, nõ poſſunt hoc diſpares fide credere, vt ab eo quem non colũt, putent ſibi connubij impartitam gratiam. 28. q. 1. caue. Poſtea inducit quomodo Abraham

Infidelis eũ fideli.

1. Cor. 7.

Cap. 62. C. Iudæi 18. q. 1.

Lib. 2. c. 28. 29.

Lib. 1. c. 9.

Prou. 19.

fin

filio ſuo elegerit virginem caſtam ex terra longinqua. Atque hoc iam conſilio vtitur eccleſia, quantum ad Iudæos & Ethnicos pertinet, ſed quo ad hæreticos, ſciendum quia ſi inter chriſtianos coniugum alter in hæreſim cadit, à qua nolit deſiſtere, matrimonium tamen inter eos non ſoluitur: nam quòd ſcinditur inter Gentiles, cum alter ſine altero cõiugum ad fidem cõuertitur, ratio eſt, quia inter eos eſt quidem legitimum, ſed nõ ratum matrimonium. Itaque quandiu viuunt coniuges chriſtiani, manet vinculum matrimonij ratum inſolubile, ſi modo ſit contractum ex lege & ſanctionibus eccleſiæ. Ait Innocentius ibi per hanc reſponſionem: quorundã malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quãdo ſibi inuicem diſplicerẽt, ſi eas poſſent in tali caſu dimittere, ſimularent hæreſim, vt ab ipſa nubentibus coniugibus reſilirent, fieret hoc nimirũ illis temporibus, vbi ſub prætextu Lutheranæ hæreſis multi à ſuis cõiugib⁹ reſilirẽt. ¶ Separari tamẽ poteſt maritus ab vxore propter hæreſim, ſicut teſtatur Auguſtinus, & inducitur ſuper hoc à Gratiano, quoniam hæreſis fornicatio eſt ſpiritualis. Expreſſit hoc ipſum & Alexander tertius, quòd poſſint in hoc caſu ſeparari, ſed vtroque viuente nõ vltra contrahere. ¶ Alia cauſſa diuortij in cauſſa hæreſeos, eſt propter prolem, quę cum numeretur inter tria coniugij bona, ſemper contendet coniunx hæreticus liberos educare in hæreſi ſua erronea, quòd nunc quoque fieri videmus, vbi parentes in fide diſſentiũt.

Contrahere cum hæretico.

C. quanto de diuor.

28. q. 1. idololatria.

C. quæſiuit, de diuor.

4 Ex omnibus prædictis ſatis iam liquet quàm impudenter, ſimul & impiè Lutherus conetur matrimonium chriſtianorum conferre cõiugio infidelium, quod vt auditu eſt fœdum, ita à chriſtianis omnibus alieniſſimum, nos quoque contrarium hactenus probauimus ex ſacris literis & ſanctorum patrum teſtimoniis. Supereſt adhuc altera pars, vbi Lutherus contendit matrimonium ſanctorum patrum in veteri lege perinde fuiſſe ſanctum, atque nunc eſt coniugium chriſtianorum, cum tamen nos catholici in eorum matrimonio ſacramentum non reponamus. ¶ Ad hoc reſpondebimus, etiam matrimonium in veteri teſtamento ſacramentum fuiſſe, ſicuti multo plura fuerunt in eo ſacramenta, cõmunia illa & quotidiana ſacrificia, thurificationes, primogenitorum oblationes, decimæ, circunciſio, &c. ſicut ſuprà iam inde ab initio diximus. Nam vt in aliis ſacramẽtis,

Differunt cõiugia infidelium & chriſtianorum.

Matrimonium christianorum melius q̃ Iudæorũ.

ita & hic lex gratiæ ſuperat veterem Moyſem, nunc nimirum ex virtute ſacramenti matrimonio chriſtianorum vberiorem gratiam operante, quam in veteri teſtamento, & ob id Chriſtus authoritatem coniugij renouauit ex antiqua illa Moſaïca lege, in duobus locis, primum cum ait, Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Altera confirmatio eſt, quando ſubiungit, ideo iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quomodo autem in melius mutarit dominus matrimonium in noua lege, patet ex ſequentibus dupliciter: Primùm, quia dicit, Quos Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet. Volens per hoc inſinuare cõſtantiam vinculi coniugalis. & rectè ait, quos Deus coniunxit, nam quòd nunc putatur eſſe matrimonium inter monachos & moniales, non à Deo, ſed contra Deum ex peruerſa libidine, & concupiſcentia à diabolo copulatur. ¶ Deinde & in hoc emendauit dominus matrimonium, quia ſuſtulit libellum diuortij à Moyſe permiſſum, quia & vxoribus nimium erat grauis atque nociuus. Cúmque hoc ipſum fecerit exhibitione externa, ſine dubio multo magis fecit hoc intrinſecus cum permiſſione gratiæ ſuæ diuinæ, id inde patet. Quando matrimonium ſacramentum magnum eſt in domino Ieſu & eccleſia, matrimonium autem chriſtianorũ præſentem habet ſignificationẽ in Chriſto & eccleſia, ideo multo plus gratiæ largitur q̃ olim in veteri teſtamento.

Matt.19.
Gene.2.
Matt.19.
Deut.24.
Epheſ.5.

¶ Omnia hæc ſatis confirmantur ex illo, quòd omnes ſancti doctores communiter (limito hoc propter Inglienſem Marſilium iſtum, qui fuit plantator ſtudij Heydelbergenſis) dicunt, noua hæc chriſtianorum ſacramenta præſtatiora eſſe, & maiorem gratiam largiri poſt Chriſti paſſionem, quàm antea: eo quòd quæcũque promptè ſoluuntur in maiori ſunt precio, quàm quæ mora indigent, ita maius beneplacitũ habuit Deus ex paſſione Chriſti & morte iam perſoluta, quàm olim adhuc futura & expectata. ¶ Cæterùm conferri gratiam in hoc ſacramento, quando pertinaciter negat Lutherus, proxima homilia conuincemus ad gloriam Chriſti & eccleſiæ, ad defenſionem ſtatus coniugalis, & informationem omnium qui in eo piè viuũt, &c.

Rogemus dominum, &c.

HOMILI

HOMILIA SEPTVAGESIMA SECUNDA, QUA CONFIRMATUR, IN SACRAMENTO MATRIMONIJ GRATIAM DIUINAM CONFERRI.

¶ Sacramentum hoc magnum eſt. Epheſ. 5.

OVandoquidem Lutherus impugnat cõiugij ſacramentum, præcipuum ſuum fundamentum in hoc conſiſtit, quòd gratia in eo non conferatur, quæ tamen in ſacramentis omnibus datur, adeò vt illa aliâs ſacramenta nõ eſſent. Ad confutationem huius erroris, etſi ſatisfaceret communis totius Eccleſiæ autoritas, & chriſtianorum vnanimis conſenſus, quæ etiam cuilibet chriſtiano ſufficere debent, ita enim & Augu. dicit, Euãgelio nõ crederem, niſi autoritas Eccleſiæ me cõmoueret (alia litera habet cõmoneret) & Chriſtus ipſe ait, Qui eccleſiam nõ audierit, ſi tibi tanquã Ethnicus, & Publicanus. ¶ Attamen, vt hæc magis pateant, & vt catholici ſuper hoc ſacramento interrogati ab hæreticis, habeant vnde ex ſacris literis eccleſiaſticã fidem & cõſtantem ſententiã tueantur, etiã hunc errorem diligentius refutabimus, eo modò quo rem hanc tractauit rex Angliæ ſumpta occaſione ex verbis Pauli, quæ furioſos iſtos & ſeditioſos hæreticos fortiter cõuincunt, eorúmq; errorẽ explodũt, ait autẽ, Mulieres viris ſuis ſubditę ſint ſicut domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius: ſed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri habent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnũ eſt, ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia. ¶ Hactenus ad longum percenſuimus ipſa Pauli verba, quibus vniuerſa Lutherana hæreſis funditus euellitur.

Con. epiſc. fundamẽtũ Matt. 18.

Epheſ. 5.

2. Pet. 3. Rectè autem dixit Petrus, & post eum Hieronymus grauia esse pleraq; & obscura in epistolis Pauli, ideo hæc verba explicabimus diligentius iuxta sententias sanctorum patrum ab ecclesia approbatorum. 2 Multis modis docet hic Paulus matrimonium esse sacramentum, & gratiam conferre ex significatione coniunctionis Christi cum ecclesia, ostendit enim matrimonium esse à Deo benedictum, vt fiat sacramentum Christi cum Ecclesia coniuncti, quæ sanè immensa matrimonij dignitas est, & hic Paulus virum Christo, & mulierem comparat ecclesiæ. Vide præclaram hanc comparationem, Virum facit caput corporis, quod vnum constituit cum vxore: Christum quoque caput facit corporis eius, quod vnum esse dicit cum ecclesia. An nõ magna & eximia sunt hæc mysteria fidei nostræ? non est hoc gloriosum & sanctum sacramentum, quod tam sublimem habet significationem? Neque prætermittendum est oscitanter, quòd Apostolus rationem illam proponit, cur mulierem vir diligat, quoniam signum hoc non dissimile sit Christo quem significat. Et hanc causam grauius ponderat Paulus, quàm illam, quam Physici præbent, mutuum coniugũ morem proficisci ex communi natura mulieris & viri. Porrò eodem adhuc exemplo Paulus docet mulieri timendũ esse virum, honestéque tractandũ, eo quòd ipse ecclesiam significat, Christo semper & in omnibus obedientẽ. Multis hęc verbis inducit Apostolus, tandémque, ne quis putet eũ hic tantũ adhortari voluisse, & tali similitudine vti, addit rem hanc verã esse, adeóq; verum sacramẽtum, in hoc admonet hominem primorum verborũ quę in paradiso dicta sunt ab Adam ipsi Euæ, simulq; primæ legis cõiugalis, propter hoc dimittet homo patrem & matem: Ad extremum concludit præualide dicens, sacramentum hoc magnũ est. ¶ Cæterùm intellexisse hæc Paulum de sacramento cõiugij, facile probari potest, primum quia si voluisset ille matrimonium per se nõ esse sacramentum, sed in Christo tantum & Ecclesia, corruerent statim omnia quæcunque antea induxerat ad cõmendationem matrimonij, de collatione duplicis coniunctionis, Christi & ecclesiæ, viri & mulieris. Ad hoc ipsum etiam facit quod Paulus adducit verba Adæ, hoc os ex ossibus meis, quãuis ad literam verba illa possunt intelligi de matrimonio corporali, sicuti & accipienda sunt, & dominus

Gratia in matrimonio.

Gene. 2.

Ibidem.

ipse in hũc finem & sensum ea citat, tamen ad Christum & ecclesiam respicit Paulus. Non fuerit autem temeritatis magnæ argumentũ, si conetur quis ea ad Christum referre, ita vt nõ faciant etiam ad cõiuges? Atque in hoc totus Lutheri error residet, & putat honorem, quem Apostolus tribuit matrimonio, illi nõ esse deferendum, sed Christo duntaxat & ecclesiæ. Quanto rectius docuerũt tum Paulus, qui Paulum sequuti sunt, doctores omnes, verba hæc ad præsens institutum esse referenda, ad matrimonium scilicet, cuius sacramentũ hic instituebatur, cum ex spiritu Dei verba Adæ sint deformata, & ad illud significandũ siue prænũtiandum accõmodata, hoc est, quod verba hæc pertineant ad corporale cõiugium hominum tunc institutũ, & ad coniunctionẽ Christi & ecclesiæ in matrimonio signatam. dictum id autem esse de matrimodio corporali Christ⁹ ipse testatur, qui etiam sic intellexit, sed referri ad Christum & ecclesiam manifestè affirmat Paulus. Omnes igitur Lutherani tergiuersari hic nõ possunt, neque quicquã causari, nisi blasphemẽt Christum, Paulúmque de mendacio accusent, aut ab errore suo desistant, quod illis foret consultissimum. Ad hunc sensum iam accõmodabimus authoritates patrũ, & sufficientes rationes. Adam enim in primo statim aspectu Euæ, verba hæc locutus est, quibus cõiugem vtrique parentum antepositt, qui ipse tamen nec patrem habuerat neque matrẽ, sed neque præceptum illi fuerat generare prolem, ita vt ex collatione liberorum & parentũ scire potuerit, quid essent pater & mater, sed ex instinctu spirit⁹ sancti præsensit ille tam tum, quidnam operaturus esset mutuus cõiugum cõsensus, quídque significaturus, sicut in multis locis affirmat Augu. 3 Quis autem adhuc non videt quàm inualidè & falso Lutherus Pauli verba dilaniet, qui cum dicat matrimoniũ sacramentum magnum esse in Christo & ecclesia Lutherus appellationem sacramenti conatur rapere à matrimonio, & in Christo atque in ecclesia tantum constituere, sicque nobis octo efficit sacramenta, cum tamen Paulus apertè dicat matrimonium esse sacramentũ, non Christum & ecclesiam. Verùm quidem est, quòd Paulus sublimitatem & dignitatem matrimonij colligit ex eminentia significationis, puta in Christo & ecclesia, non debet autem per hoc sacramentalis dignitas matrimonio adimi, vt si dicas, sacramentum

Matt. 19.

Matt. 19.

Lib. 14. de ciuit. Dei cap. 22.

altaris sacramentum magnum esse, dico autem in Christo Iesu, vel corpore eius mystico. Quis hoc ita impudenter & temere intelligat, vt nolit negétque ideo sacramentum altaris esse sacramentum? Eodem planè modo hic Lutherus semper contrarius, & sibi, & ecclesiæ citra aliquod fundamentum temere intelligit hæc Pauli verba, & vel nō videt, vel non intelligit, vel recusat intelligere quæ sit vera Pauli sententia, & quis sit huius capitis ad Ephesios scopus, neque enim hic præcipuè hoc agit, vt illis verbis doceat quantum sit mysterium coniunctionis Christi & Ecclesiæ, sed cōiuges instruit, vt sciant quomodo inter se mutuo viuunt in dilectione, ad id vt magis eos permoueat, ostēdit magnificam significationem, quam habet matrimonium in Christo & ecclesia, ideóque studere debent & eniti, vt huic significationi magis conformentur, sicut illa verba intellexerūt Augustinus, Hieronymus, & tota denique ecclesia. Nam Apostolus ipse Lutheranum istum sensum satis refellit, qui cum dixerat, sacramentum hoc magnum esse in Christo & ecclesia, ne quis hic cogitaret velle eum ad Christi & ecclesiæ cōiunctionem tantum referre sacramentum, & non ad matrimonium, statim meminit matrimonij rursus, vt ostenderet cur tandem verba priora præmisisset. ait enim, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum. ¶ Priusquam in hac cōfutatione Lutherani erroris progrediamur, explicandum est illud latius quod dixit Apostolus, sacramentum hoc magnum est, Aut est ne sacramentum maius cæteris? ¶ Respōdetur, quoniam sunt quidem omnia sacramenta magna, si gratiam diuinam in eis collatam inspiciamus, & misericordiā immensam, quam in eis nobis cōcedit Deus: sed iuxta expositionem doctorum, quatuor sacramenta præcipuè magna dicūtur, baptismus propter effectū, quia in eo dimittuntur peccata quoad pœnam & culpam, aperit etiam portas paradisi, ita vt quisquis illum dignè susceperit, sicque moriatur, statim emigret in cœlestem patriam, sicut sacræ testantur literæ suprà de baptismo adductæ. Deinde confirmatio quoque ratione ministri, quia à solo administrari potest episcopo, vide suprà. Mox & sacramentum altaris vere maximum est, ob id quod in eo continetur: nam cum reliqua sacramenta cōferant gratiam Dei, hoc essentialiter continet dominum Iesum vere,

Ephes. 5.

Magnum sacramentum matrimonij.

Baptismus

Confirmatio.

Eucharistia.

integr

integrè, & hîc in præsentia, fontem, authorem, datoremq; omnis gratiæ, à quo sacramenta omnia quicquid habent gratiæ & virtutis, obtinent, ideoq; per excellentiā quotiescūq; de sacramento dicitur, de hoc ipso sacramento altaris id intelligitur, de sacrosancto Christi corpore, vt suprà diffserui mus. ¶ Quartum sacramentum magnum est matrimonium quod quāuis in se & respectu gratiæ pro minimo reputatur ex aliis, significatio tamen eius maxima est, sicut hic ait Paulus, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. quasi dicere vellet, Magnum dico hoc sacramentum, sed nemo intelligat ideo dictū, quod in se ipso magnum existat, verum in sua significatione, quia coniunctionē Christi & ecclesiæ significat. Sicut enim Eua sumpta est ex latere Adæ, illiq; desponsata, ita ecclesia sumpta est ex latere dormientis in cruce Christi, & ei desponsata coniugio spirituali. Nō possum hîc præterire impium & blasphemia plenum Lutheri dictū, cum ait de Paulo, cū verba hæc proprio suo spiritu traheret ad Christū, quasi Paulus epistolā hanc & aliàs ex proprio spiritu scripsisset, & non ex spiritu Dei. quod si esset, omnes illæ nobis forent nimiū suspectę. O pulchrū & præclarè Paulinum theologū Lutherum, quantā ignominiā & notā imiicit hîc apostolo. Quid enim aliud sentiunt hæc verba hæretici, nisi Paulum verbis Adæ esse abusum, & proprio suo spiritu atq; instituto detorsisse in Christū, sed hæc ab homiliis sunt aliena in scholis & disputationibus. veniret hîc mihi Lutherus pro merito suo tractandus, vti dignus esset. 4 Quòd porro Lutherus errorē suum defendere parat & excusare per linguam Græcam, in qua Paulus hanc scripserit epistolam, & ait eum non appellasse matrimonium sacramentum, sed mysteriū, tāquam secretum & arcanū quoddā. Profectò etiam hoc quicquid fuerit, Lutheranum errorem parum promouebit, eo q̄ textus noster Latinus manifestè habet sacramentū, quomodo intellexerunt, legerunt & appellarunt doctissimi quíq; etiā linguæ Græcæ, Hieronymus & Augustinus, vt infrà explicabimus. Neq; verò sequitur hoc, si ita colligas, matrimoniū est mysterium, nō est ergo sacramētū. Nam omnia sacramēta habent sua mysteria & mysticas significationes, vsq; adeo vt etiam sacramentum altaris suum habeat mysteriū, & nihilo interim minus est sacramentum, ita & hîc matrimoniū

Matrimonium.

Gen. 2.

Matrimoniū est mysterium & sacramētū

quum sit sacramentum, suum quoque habet mysterium.
¶ Insignem tamé Lutheri stupiditatem oportet Paulo exactius detegere. Nam quod ille cõtendit matrimonium non esse sacramentum, sed abditum quid siue secretum, nemo tã insans est & ignarus qui nesciat. Sed quàm ineptè delirat hîc Lutherus, quum matrimonium per se nihil minus sit q̃ arcanum. Fit enim in publico contractus matrimonialis, fit coram multis, vt amicis cognatis, atque ideo matrimonia occulta sunt in iure prohibita, eo quòd multũ mali inde proueniat: opera etiam coniugalia non sunt occulta mysteria, sed opera carnis. Debebat igitur Lutherus didicisse consormiter loqui cum sanctis patribus, & non dicere matrimoniũ in se mysterium esse: quanuis mysterium sit in significando: carnale enim coniugium duorum hominum designat cõiunctionem spiritualem Christi & ecclesiæ, nobis vtique occultam, & sola fide cognitam, quapropter recte mysterium dici potest & debet. ¶ Quum igitur Apostolus, iuxta textum Latinum & catholicum, matrimonium dicat esse sacramentum, sicque obseruet ecclesia, vt secũdum omnia obsequialia, secũdum ritus omnium regnorum totius christianismi, desponsati copulentur in facie ecclesiæ, sub nomine sacramenti, quo nomine illud semper appellarunt sancti patres, quis huic apostatæ fœdisrago plus credat quàm vniuersæ ecclesiæ, profecto sic appellauit, obseruauit & credidit Augustinus qui semper matrimonium vocauit sacramentum, sicut suprà non semel eius vsi sumus testimoniis, super Genes. de bono cõiug. Et de hoc Pauli loco sic ait ad Valeriũ, Nõ tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verumetiam quoddam sacramentum nuptiarum commẽdatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apost. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. ¶ Huius proculdubio sacramenti res est, vt mas & fœmina connubio copulati, quandiu viuunt, inseparabiliter perseuerent, cuius sacramenti tanta obseruatio est, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est, in ecclesia Dei, &c. ¶ Ecce quomodo August. in eodem capite ter matrimonium vocat sacramentum, sicut & baptismum appellat sacramentum fidei in eo loco: ita plane coniugium Mariæ bis vocat sacramentum capite sequenti, & ca. 17. dicit, Sacramentum quod nec separati nec adulterati amittunt coniuges. Deinde in quadam disputatione inter innocentem verecundiam & matrimonium iam in statu naturæ lapsæ ait, Respondebit connubij sacramentum, de me ante peccatum dictum est in paradiso. Relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, & magnũ sacramẽtũ dicit Apostol⁹ in Christo & ecclesia. Quod ergo est in Christo & ecclesia magnum, hoc in singulis quibúsq; viris atq; vxoribus minimũ, sed tamen cõiunctionis inseparabile sacramẽtũ. ¶ Hinc satis patet illud ab Augustino censeri sacramentum, quanuis è reliquis minimum, sicuti iam diximus, in sua tamen significatione magnum est. Alios Augusti. locos vltro præterimus, certe & Hieron. hoc loco vtitur sacramenti vocabulo, ostendens sacramenta non esse æqualia, sed aliud alio maius.

Lib. 1. de nup. & cõ cup. c. 10.

Cap. 11.

Cap. 17.

Cap. 21. Gene. 2.

Eph. 5.

¶ Athanasius quomodo scripserit Græce, non satis id quidem scio, in nostra tamen translatione (siue tamen ipse sit autor, siue Vulgarius, siue Theophyla.) sic legimus. Quur nuptiæ improbantur? quum has Paulus diuini sacramenti in argumentum producat, easdemq; sacramenti nomine nuncupet. Et quanuis Ambrosius legerit mysterium, quod nos christiani etiam omnibus tribuimus sacramentis, in expositione tamen sacramentum quoque vocat & ait, Mysterij sacramentum grande in vnitate viri ac fœminæ esse significat. Quapropter non magni facimus, quòd quidam capitosi voluerũt hîc videri, & ob illud mysterij vocabulum detorquere in diuersum verba Pauli, quasi non sufficerent ad probandum matrimonium esse sacramentum: quanuis in hoc sunt laudandi, quòd cum ecclesia contra Lutherum pugnant & sentiunt matrimonium esse sacramentum. Nos autem stantes cum ecclesia & patribus sanctis ab ea receptis, vale dicamus istis nouitiis, recẽnsque natis prophetis. Nam & Leo pap. qui magnus dicitur, matrimonium vocat sacramentum, scribens ad Rusticum episcopum Narbonensem, Societas nuptiarum ab initio constituta est, vt præter sexuũ coniunctionem haberent in se Christi & ecclesiæ sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Deus illuminare dignetur coniuges omnes, vt susceptо sacramento hîc vtantur in pace & charitate, post hanc vitam illam consequuturi æternam, Amen.

Caieta.

Artic. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILA LXXIII. QVA RVRSVS *conuincitur in matrimonio conferri gratiam.*

¶ Sacramentum hoc magnum est. Ephe. 5.

ABundè satis dictum est & declaratum sermone superiori, matrimonium esse sacrametum, quum enim Paulus ait illud magnum esse sacramentum, aliter non potest intelligi quàm de matrimonio carnali. Quòd si quis tamen adeò fuerit ceruicosus, qui verba Pauli non de illo matrimonio, sed coniunctione Christi & ecclesiæ velit intelligere, is vtiq; dilaniabit Paulum. Nam quid hoc esset dictum, sacramentum hoc magnum est, sacramentũ hoc Christus & ecclesia, sacramẽtum magnũ est in Christo & ecclesia. Quis vnquam ita loquutus est, sicut nunc Lutherus istũ sermonẽ distorquet ex Paulo? nos autẽ erronea ipsius fundamenta ostẽdimus, quando proponit matrimoniũ non conferre gratiã, & ideo non esse sacramentum, sed quia refutatio eius obiectionis conuenit cum quinto errore, cõsultum videre prius errorem proponere, vt simul vtrunque diluatur.

¶ Quintus igitur error circa hoc sacramẽtum est eorũ, qui dicunt matrimoniũ esse quidem sacramentũ. sicut & Lucius papa statuit in c. ad abolendã. de hær. sed aiũt illud non conferre gratiam, ideoq; essentialiter & vniuocè, nõ esse sacramentum cum aliis. ¶ Error hîc sanè est non paruus, sed tamen error tantum: nam quũ illi qui ita sentiunt, semper mãserunt in ecclesia catholica, illiúsq; iudicio semet submiserũt, fratres existimo illos in Christo, & tales qui possint dicere cum Aug. Errare possum, hæreticus esse non possum. Quia ergo ab initio homiliarum de sacramentis semper cõprobauimus, omnia sacramenta gratiam conferre, iamq; superiori homilia ostensum est, matrimonium esse sacramentum, omnino sequitur, in matrimonio quoque conferri gratiam Dei, si modo illi gratię sint capaces, & non ponãt obicem peccati. ¶ Probant hoc rationabiles causæ, & authoritates veterum & recentiorum doctorum, aduersus Durandum, quas in hoc adducemus, deinde argumẽta quoque regis Angliæ, & episcopi Roffensis contra Lutherum, quoniã multum innituntur scripturis biblicis, & grauiter contradicunt erroribus hæreticis. ¶ Principio itaq;, quum omne remedium aduersus peccatũ in lege euangelica sit sacramẽtũ, matrimoni-

matrimonium aũt est remediũ cõtra peccatũ fornicationis, Paulo teste, quũ ait, Vnusquisque vxorẽ suam habeat propter fornicationẽ, puta vitandã: non esset aũt remediũ hoc efficax nisi gratiã cõferret, sed q̃ sit remediũ, idipsum sane habet ex diuina institutione, vt quilibet possit seruare vas suũ in sanctificatione & honore, nõ in prauæ cõcupiscentię languore, sicut Ethnici, qui de Deo nihil sciunt. Vbi satis discernitur matrimoniũ infideliũ ab eo quod est inter christianos. ij nanque vxores suas habent in sanctificatione & honore. sanctificatio autem nõ est sine gratia, ideoq; significatio matrimonij supra naturã est in duobus. Primũ, quia præsentem gratiam significat, quã Deus cõiugibus impartitur, deinde quia coniũctionem Christi & ecclesiæ designat, quod vtiq; est suprà naturam: aliàs enim & Iudæi & Gentiles crederent hoc ipsum. ¶ Quid quod Adã hoc non intellexit adhuc in paradiso, nisi per gratiã prophetiæ, ideoq; verba quæ loquutus est Adam in matrimonij institutione, Christus ait Deum dixisse, qui fecit hominẽ ab initio masculum & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem. Vt maximè igitur coniunctio maris & fœminę ex naturali proueniat inclinatione, ipsaq; adeo natura illam docuerit cuncta animalia, vt inquit imperator, tamen significatio à Deo tantum est instituta, & per Paulum verba Adæ sunt declarata atq; exposita. ¶ Volens hic prætereo, an hoc sacramentum imprimat characterem, sed sicuti suprà dictum est de infidelibus, esse etiã inter eos matrimoniũ, ita nunc affirmamus, non tamen est sacramentũ: veruntamẽ si baptizentur & consentiant velle se in matrimonio manere, fit etiam illud inter eos sacramentum, tuncq; demum isti gratiam accipiunt sacramenti.

1. Cor. 7.

1. Thes. 4.

Gen. 2.

Matt. 19.

Instit. de iur. nat.

2 Fortissima obiectio quę ab alijs affertur, qui negãt matrimoniũ esse sacramentũ, hæc est, Quoniã in sacramentis nõ offertur pecunia: aliàs cõmitteretur ibi simonia, in matrimonio autẽ pecunia vltro citroq̃ue datur & accipitur, quod ideo fit, quia in eo gratia nõ confertur (glo. in. c. honoratur. 32. q. 2. & c. multi. 1. q. 1. Be. in ca. cũ in ecclesiæ, allegant, c. nuptiarum. 27. q. 1. &. 6. connubia. 32. q. 2. Respõdetur ad hęc, q̃ textus iam inducti, neq; vno verbo meminerunt, an matrimoniũ conferat gratiã, an nõ: glossam quoque tãti nõ facim⁹, vt Augustini aut Ambrosij testimonia, imo

Dos in matrimonio.

imo multo minoris quàm authoritatem ecclesiæ & Pauli. Sed quòd proponitur & obiicitur pecuniam in matrimonio dari & accipi, respondeo, sane fieri hoc, verum non ad persolutionem sacramenti, sed ad sustentationem vitæ, vt iugum coniugale & onera matrimonij facilius possint sustinere: sicut & in multis locis post baptismum sacerdoti dari solet pecunia, non sit hoc eo quòd ille sacramentum baptismi vendat, sed datur ei istud ad necessitatem sui conuictus, iuxta illud Pauli, qui altari seruit, de altari & viuat. Ita quum sacerdos lecta missa accipit nonnihil pecuniæ ad suam sustentationem, non ideo vtique vendit sacramentum. Eius rei testimonium inde colligitur, quia Iacob seruiuit septem annis pro Rachel, & Sichem loquutus est ad Iacob & filios, eius pro filia sua Dina. Quæcunq; statueritis dabo, augete dotem, & munera postulate, & libèter tribuã, quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem.

1.Cor.8.

Ge.29.34

C.de iure dotium.

¶ Obtinet hoc ipsum etiam totius orbis cõsuetudo, sicut & leges ciuiles ostendunt, non raro diuitiæ constituunt matrimonia, quæ aliàs non contraherentur inter viros & mulieres, sed vt suprà diximus in matrimonio, quando iudicatur, sit ne peccatum an non, intueri non oportet causas, quæ aliquem mouent & impellunt, puta fortunas, formam dignitatem, spem promotionis, pacem & concordiam, &c. Dummodo contrahens habeat animum velle se in statum coniugalem dedere, & illam alteram personam sibi sociare coniugem, iuxta diuinam institutionem, & ecclesiasticam ordinationem. Si quis enim vellet in causis commemoratis coniuges facere peccato obnoxios, is maiorem clericorum partem esset condemnaturus, quoniam non multi nobiles passuri essent filios suos fieri clericos, nisi sperarent ampla dominia, magnificos canonicatus, decanatus quoque, & lautas præposituras ac episcopatus se consequuturos. ¶ Ita de cæteris hominibus ex vulgo dici potest, q̃ aliquis sinit filium suum ordinari presbyterum, aut fieri monachum, ibi sane bona parentum pars, imo & ipsi conuictum & fructũ inde sibi contingere sperãt, ac dignitatem ampliorem, sed quum tandem ordinantur clerici, iuxta institutionem diuinam in ecclesia obseruatã, non attendendo q̃ illi oculo sinistro ad tẽporale quid respiciũt, ideo tamẽ intentio praua & vitiosa nõ est. Plura forent super hac materia satis ampla disserẽda (

(vide Henricum Gorchaim in tractatu de simonia & matrimonio, & ante eum Gersonem in tracta. de simonia par. 2.) nobis hic interim satis est in matrimonio pecuniã dari & accipi, neq; ideo sacramentũ vendi, sed onera matrimonij sic paulo releuari. Itaq; nemo vere dicere potest idcirco matrimonium non conferre gratiam (neq; obest quod reiteratur hoc sacramentũ: nam non imprimit characterẽ, ideo propter reiterabilitatem non debet excludi à ratione sacramenti, con. gloss. de conf. dist. 5. in summa, &c. vir de sec. nup. 3 Valeat nunc & iste error, quia fundamentum nullum habet, redeamus ad institutum, probaturi etiam matrimoniũ conferre gratiam. In eius rei cõfirmationem inducit rex Angliæ dictum Pauli, quum ait. Honorabile coniugiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Quomodo posset autem esse immaculatus citra gratiã Dei, quæ in matrimonio confertur? estq; illa immensa Dei pietas, qui tam misericorditer homini contulit remediũ matrimonij, ad obuiandum prauis concupiscentijs, ideoq; Paulus matrimonium vocat honorabile & immaculatum. Confirmatur hoc per verba Pauli ad Timotheũ, quando loquitur de ordinatis operibus, quæ deceant vxorem, ait. Saluabitur per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Quòd si ita coniugium gratiã Dei nõ haberet, quomodo posset ei Paulus polliceri salutem ex generatione filiorum, quum tamen illa nemini conferatur, nisi iuxta nuptialem hanc gratiæ vestem? Hic enim satis cõstat ex Paulo matrimonium non tantũ excusare opera carnalia sine peccato, quod etiam fecit illud Gentilium, sed & coniuges christianos sanctificat, ita vt Deus remunere hoc in vita æterna. Priuilegium autem hoc vnde sit, obsecro, nisi ex virtute sacramenti? ¶ Conuenit hoc etiam cum verbis Pauli ad Corinth. quum dicit, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt Ecce quantopere Paulus contendit fidem alterutrius coniugis purificare coniugium, adeò vt & filij sancti sint, quanto ma-

Gerson.

Heb.13.

Gratia in matrimonio.

1.Ti.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis sanctum est matrimonium, vbi vterque coniunx fidelis est? Possent hæc ad longum deduci ex eo, quòd Dominus coniugiũ Adæ & Euæ benedixit, similiter & Noe, & filiorum eius: quæ vtiq; benedictio impresit in animã gratiam aliquam. Quamuis autẽ Deus etiam animalia benedixit: ea tamẽ benedictio gratiã illis nullam cõtulit, non quòd ibi fuerit aliquis in benedictione defectus, sed quia animalia non fuerint eius capacia. Aliter res se habuit in hominibus: quis enim dicat paruulos non acquisiuisse gratiam ex benedictione diuina? quicquid ergo operata est benedictio Dei in animalibus ad cõfortationẽ corporis, id etiam effecit in hominibus in anima. ¶ Satis etiã hoc persuadet & probat in mitissimo domino, quum huiusmodi vinculum, & quidem insolubile fecerit matrimoniũ, vt libellos Mosaicos auferret, quur non mitigarit quoq; per gratiam suã magis quàm antea vnquam, & eo quidem magis quòd nuptias corporali sua præsentia, primóque adeò miraculo voluit in terris cohonestare? In eam rem possent hic induci plurima, quibus volens super sedeo. 4 Neq; vero ita necessarium foret multa inducere super hac re tam confessa & indubitata in ecclesia, vt nemo debeat hic ambigere quicquam, quin omne id credat, quòd semel constituit ecclesia, cui promisit dominus ipse mãsurum secũ illa vsq; ad cõsummationẽ seculi, missurum insuper spiritũ sanctũ, qui semper cũ ea permaneat, ipsamq; inducat in omnem veritatẽ. Ad hæc Paulus nõ temere affirmat ecclesiã columnã & firmamentũ veritatis. Ideoq; nõ immerito quilibet catholicꝰ ecclesiæ per omnia & in omnibꝰ firmiter credere debet, etiã in ea re, super qua nõ extarent scripturæ testimonia, quæ tũ hic abundè suppetũt, sicut induximus ipsi, quamuis nõ adeò apertè quin possit temerarius aliquis dilacerare, & diuerticula quęrere, atq; sermonibus inconstantibus declinare: sunt tamen expositioni sanctorũ patrũ & obseruationi ecclesiasticæ cũ primis cõsentanea. ¶ Lubet hoc ipsum aliquãto adhuc certius ostẽdere, atq; ad id faciunt verba Pauli, qui ait, Hæc est volũtas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrũ vas suũ possidere in sanctificatione & honore (sicut & primo articulo hoc ipsum induximus) cõstat aũt Paulum hisce verbis nõ voluisse vrgere Thessalo. ad hoc, vt viuerẽt cœlibes, vt pulchrè infert episcopus Roffen. qm̃ ad Cor. iã scripserat qũo in reliquis ecclesijs obseruaret ipse, vt quisq; vxorẽ suam haberet, ob vitandã fornicationẽ, sed hoc voluit vt sanctificarẽtur, & vas suũ possiderent cũ honore: qũo posset aũt sanctificatio fieri in matrimonio, nõ assistente gratia Dei? Ideoq; recte dixit Hieronymus matrimoniũ est donũ Dei: & quod etiã in veteri testamẽto fuerit benedictũ. ¶ Testatur idẽ & Augu. dicẽs, Nos nullo modo dubitamus secundũ bñdictionẽ Dei crescere, & multiplicare, & replere terrã donum esse nuptiarũ, quas Deus ante peccatũ hominis ab initio cõstituit creando masculum & fœminam, qui sexus euidens vtique est in carne, huic etiam operi Dei etiam benedictio ipsa subiuncta est: quæ sicut cœpit in paradiso, & inde confirmata est post diluuium, vt remansit ea cõsuetudo etiam in synagoga, ita ait Augustinus illam adhuc in ecclesia celebrari, vt Dei creatura sub Dei benedictione iungatur, nõ vtique per præsumptionem, quia ab ipso author data est forma, vnde illa vendet benedictio, &c. Rogemus dominum, &c.

Gen. 2. 9.
Mar. 10.
Mat. 10.
Ioan. 2.
Eccles. 4.
Mat. 28.
Ioan. 16.
1. Tim. 3.
1. Thes. 4.

Lib. 1. con. Iouin.
Lib. 14. de ciuit. Dei. c. 12.
In. q. no. & vete. testa. ca. 127.

HOMILIA LXXIIII. QVA DOCETVR,

an coniuges semel separati, libere deinde possint matrimonium rursus contrahere.

¶ Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est. Rom. 7.

QVinque hactenus errores dissoluimus circa hoc sacramentum obortos, supersunt adhuc quidam alij de separatione coniugum. Quos quia nunc nonnulli comminiscuntur plane contra sententiam Pauli, contra doctores & ecclesiæ constitutiones atq; conciliorum, oportet & illos euellere. Principio enim sunt qui putent Ecclesiam debere matrimonium separare, non tantum propter fornicationẽ, quam solam caussam Chrinus proponit, sed & ob alias rationes graues, quæ inter coniuges oriuntur nec raræ neque leues. Hoc quum consilium sit tantũ & velut petitio, pro errore condemnare non possum, sed quòd iste putat faciendum hoc esse ecclesiæ, cõtra Christum & Paulum, equidẽ crediderim errore non carere, eo ꝙ declaratio sua videtur prima propositione esse deterior. ¶ Alij quidam volũt maritum posse ab vxore separari adulterij caussa, sed non vicissim: deinde maritum sic ex adulterij caussa separatum, posse cum alia contrahe-

Erasmus Roth.
Caietanus

re, vxorem etiã seperatam non item: vtrunq; hoc erroneum esse credo. Lutherani quoque facilimè separant coniuges, & pro arbitrio rursus sinũt cõtrahere, quamuis ex eis nonnulli inter coniuges discernũt, dicẽtes eum qui in adulterio non peccarit, posse contrahere denuo: ei autem qui adulteratus est, matrimonium prohibẽt. Totumq; adeò illud faciunt sine scriptura, imo & contra scripturas, tantum ex humanis coniecturis & moribus Gentilium, non respiciendo neq; morẽ neq; honestatem christianorum. Volens taceo temeritatem & in libidine demersam Lutheri impietatem, qui nimis leuiter & impudenter indulget viro separationem, si vxor recuset debitum, vel vt secedat ad ancillam: permittit eandem quoq; separationem, si maritus aliquid commisisset dignum supplicio capitale, si furore correptus esset, si vxorẽ tractaret durius, si ab ea discederet citra voluntatem, si nimium diu abesset in peregrinatione, & huiusdi multa proponit, quæ etiam audire honestus exhorrescit animus. ¶ Quamuis in alio loco ipse sibi rursus cõtradicit, negans separandos esse coniuges, insuper ait malle relinquere alicui vxores duas, quàm vt eum ab vna separet. Ad hæc docet quomodo mulier quæ liberos ex marito non habet, clam confugiat ad fratrẽ eius, aut quemcũque alium ducat maritum, & tamen filium priori tradat marito. Huiusmodi multa docet, quæ nescio quo magis facerent quàm ad Euangelicã ecclesiam, & tamen iste Euãgelicus propheta sibi suisq; mirifice placet huiusmodi impudẽtia & extrema leuitare. ¶ Tales articulos Lutheranæ hæresis quadringentos Augustæ obtulit excusos Cæsareæ maiestati, nõ recusans illos vt erroneos publica disputatione cõuincere, sicuti nunnullos Lutheranos super ea re conuenit impetrare tamen nõ potui, vt aliquis contra me in arenã ad disputandum descenderet. 1 Confutationem istorum errorũ principio aggredior ex testimonio scripturæ, deinde sanctorum patrum doctorum ecclesiæ Latinæ & Græcæ, mox conciliorum quoque approbatorum & totius ecclesiæ sano & vero intellectu. Vnde tandem satis patebit discrimẽ diuortij in veteri & noua lege. ¶ Et priusquam ad textum perueniam, ad maiorem intelligentiam quoq; explicãdum est, quòd nõ idem est dirimere matrimonium, & facere diuortium. Id autem aliqui etiam docti, sed iurisprudentię ignari,

Vide Turicensium statuta.

Luther separat matrimonia.

Contra dictio Luth.

Dirimere matrimonium.

ri, non aduerterunt. Nam quum duo cõtrahunt inter se matrimonium, qui ex diuino vel ecclesiastico iure illud licitè facere non possunt: quòd si tamen iam alter alteri promisit coniugiũ, nihil est, debẽntque illi iudicio ecclesiæ dirimi, vt si duo in prohibitis gradibus cognationis vel affinitatis inter se mutuo contrahant, siue illud manifestum fuerit, siue occultum, debet illud cõiugium per iudices deputatos dirimi. vt testatur Alexand. 3. Ita & in aliis vetitis casibus, vt si vir sit impotens, ineptus est ad matrimonium, quia quum hoc alicui promittit, & deinde ipso iure diuersum comperiatur, matrimonium fit inualidum, & est dirimendum: nõ sic quòd iudex in tali casu faciat ex matrimonio non matrimonium, sed quia coniuges illi sunt ad coniugium inhabiles, discernit iste matrimonium hoc inter eos, nec esse nec aliquando fuisse, dissoluit ergo, & pronuntiat liberos. *C. porro de diuor. De frig. malefic.*

¶ Quòd si autem duo, nullis legibus siue canonibus prohibiti aut impediti contrahunt, & inde oritur nõnihil aduersæ indignationis, cuius gratia non possunt pacifice simul viuere, si tunc graues causæ subsint, etiam separantur, non q matrimonium inter eos discindatur, vel inualidum reputetur: quoniam nisi per mortem dissolui non potest, sed cohabitatio separatur, sicuti vulgo dici solet quo ad conuictum mensæ & thalami, separãtur: atque hoc proprie diuortium dicitur, vt propter adulterium, vel si alter coniugum declinet ad hæresim, si alter alteri conetur venenum dare & occidere, &c. ideo satis proprie loquutus est hic dominus, dicens, Quicũque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur: nõ ait, quando maritus vxorem repudiat, sicut permisit idipsum Moyses: neque dicit, si matrimonium discindit, vel illud ipsum dissoluitur & cessat, sed si dimiserit, per quod ipsa cohabitatio negatur, vinculũ autem cõiugij nõ tollitur. Vt ambages latiores euitemus, rem vniuersam ad capita quædam breuiuscule redigemus. 3 Sit hæc prima conclusio, qua decidãtur errores prædicti. Tempore Euangelij quandocũque matrimonium legitimè cõtrahitur, & per concubitum cõsummatur, ita vt fiant duo in carne vna, etiã si deinceps ex accidẽtalibus causis separentur à iudice quopiã, tamen hic remanet vinculũ coniugale: ita vt neuter illorum coniugum, viuente altero, possit cõtrahere denuo, (loquor ergo de tẽpore Euangelij, *De diuo. c. ex lite. Matt. 19.*

de coniugio fidelium & legitimè contracto ac consummato, quorum omniũ ratio ex sequentibus patebit.) ¶ Ad eius professionis confirmationem principio nobis faciunt verba
Matt.19. Christi, quum ait, Quos Deus cõiunxit homo, ne separet. Sinautem matrimonium ita contrahitur, vt iam præmissimus in conclusione, sunt illi vtique in Deo coniuncti, nec in aliquo casu (nisi dispensatiue Deus ipse permittat) dissoluendi, quandiu vixerint ambo. Et quotquot tandem iudices separationem illam iudicarint, homines tamen illi tantum sunt, & cohabitationem solam disiungunt, matrimonium distrahere non possunt, eo quòd illa sit proprietas sacramenti huius coniugij Euangelici. Quòd ideo Augusti. vinculum vocat inseparabile, vt suprà sæpe induximus: & in lib. de bo. coniug. ait, Manet inter viuentes quoddam cõiugale vinculum, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Et inde quibus placuit ab vsu carnalis cõcupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt vinculũ inter eos coniugale rumpatur. Quicquid ergo iudicarint, vel veteres isti consistoriorum iudices, vel nouitij cõiugiorum direptores, matrimoniũ dissoluere nullum vnquã poterũt. ¶ Deinde quanuis olim patriarchis ex dispensatione diuina permissum fuit vxores plures habere, sicut Augusti. docet
Deut.17. super Gen. de virg. & bo. coniugali, nósque suprà meminimus, quomodo regibus etiam Iudæorũ prohibitum fuerit plurimas vxores habere, sed non plures, tamen hæc vera est matrimonij proprietas sicut institutũ olim fuit à Deo, & professus est Adam, dicens: Erũt duo in carne vna, Christus quoque renouauit denuo, vbi semper duorum fit mentio, nõ trium, iam vero si maritus, qui separatur, aliam duceret vxorem, nõ duo, sed tres essent in carne vna, quòd facile diiudicatur. ¶ Ad hęc satis manifestè & Paulus inquit,
Rom.7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri: igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro: vnde satis constat, vinculum coniugale durare per vniuersam cõiugum vitã, quoniam nõ dicit Apostolus, Mulier alligata est legi, donec se-
Erasmus paretur à viro, sed viuente viro: Succurrit hic demirari temeritatem quorundam tam apertis Pauli verbis resistentiũ.

¶ Ridicul

¶ Ridiculum imò & impium est, quod nonnulli ista etiam dilaniare conãtur, quasi hic de matrimonio loquut⁹ sit Paulus iuxta legem Mosaïcam, siquidem ab initio dixit, An
Rom.7. ignoratis fratres, scientibus enim legẽ loquor, quia lex in homine dominatur, quãto tempore viuit. ¶ Profectò hoc impietate carituru nõ erat, quia inde Paulus fieret mendax, quum secundũ legem Moysi vxor per libellũ repudij à marito relicta, viuente marito posset alteri nubere, non futura ob id adultera, sicut de vxore communiter omnes doctores sentiunt, & ipse textus satis ostendit, vbi dicitur: quũ egressa mulier alterum maritũ duxerit, & ille quoq; oderit eam,
Deut.24. & dederit ei libellũ repudij, vel mortuus fuerit, nõ poterit prior maritus recipere eam in vxorem: nam & hoc aduersabatur formulæ libelli repudij, qui sic habebat, authore Iosepho, Polliceor tibi, me tecũ nunquã conuenturũ: quanuis in legibus ciuilibus alia erat forma in vsu, eáque talis, Res tuas tibi habeto, aut, Res tuas agito. Ita & sacerdoti inhibitum est ne meretricem ducat, vel aliam à suo marito repudiatam atque repulsam. Inde per Prophetam sic dicit dominus de sacerdotibus: Viduam & repudiatam nõ accipient
Leui.21. vxores, sed virgines de semine domus Israel. Liquet inde
Ezec.44 quòd alius, qui sacerdos nõ erat, poterat huiusmodi ducere vxorem. ¶ Non ignoro quosdã velle ex verbis Hieremiæ
Hiere.3. colligere, repudiatis non licere amplius nubere. sic enim ait ille, Vulgò dicitur, si dimiserit vir vxorem suam, & recedẽs ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Hoc autẽ totum intelligendũ est eam esse cõtaminatam erga maritũ suum pristinum: cui, quum antea satis bona visa nõ sit, quonto magis nunc, quum aperte cõiunxerit marito alteri? nam si fuisset adultera cum altero, vtrique ex lege im-
Leui.20. minebat pœna & suppliciũ lapidationis, &c. ¶ Non satis itaque meditate loquuntur, quicũque sic verba Pauli dilaniant. quid quod iuxta hunc sensum non multum valitura
Rom.7. erat Pauli similitudo? hoc enim ille voluit, sicut in vita sua mulier alligata est legi coniugali, ita Iudæi adstricti fuerunt legi Mosaïcæ, quandiu vixerunt, mortui autem spiritualiter, vbi primum se subdiderunt Christo, qui iam resurrexerat à mortuis, tunc sane liberi erant à lege Moysi.
¶ Non euadent adhuc isti, neq; per hanc rimam elabentur,

quòd aiunt, si ita Paulus in vniuersum loquitur, an & adulteram nō poterit quis dimittere, quoniā ille nihil excludit? ¶ Ecce quam egregie vel ex hoc manifestū sit istos verbum Pauli nō intelligere, nam verùm quidē est, id & nos quoq; profitemur, Paulū adulteras nō excipere, quur igitur aduersarij conantur priuato suo sensu tantū persuasi illas excipere, quū dicat Paulus viuente viro mulier alligata est legi, nō ait vtique, donec adulteretur & matrimonium soluat: quare hoc multum facit pro nobis, ꝙ vinculum istud cōiugale perseueret per vtriusque cōiugis vitam: & quanuis in casū adulterij potest aliquis separari ab vxore sua, & eam dimittere, nō potest tamē à iugo & vinculo matrimoniali dissolui: nam profecto hīc Paulus non loquitur de coniugio legis Mosaicæ, cuius vinculū solubile erat per libellum diuortij, sed de matrimonio euāgelico, quod constitutū sic est, vt ab initio nimirū vt vinculū, vtroque cōiuge viuente, nō rumperetur. 4 Quāuis ij tres loci cuilibet vere pio christiano sufficerent, tamen ne quid in nobis desideretur, adducemus etiam alia Pauli verba, quū ait, is qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, nō ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptā, aut viro suo recōciliari. Libere hæc pronuntiat Paulus citra cōditionem aliquā, ne mulier separetur à viro: ꝙ si volet separari, iuxta permissionem domini, marito existente adultero, ipsa tamē maneat innupta. Et hæc verba sic esse intelligenda, vel inde satis colligitur. nā si Paulus loquut⁹ fuisset de muliere, quæ ex maligno animo, & leui aliqua ira aufugisset à marito, qđ ferè quotidie fit, maxime quū à iurgiis & cōtentionibus indies venitur ad verbera, nō iussisset vtique eā manere innuptam, sed relegasset illam domū ad maritū suū, ideo autē hīc liberā ei relinquit optionē, vt vel maneat innupta, vel recōcilietur marito. Recōciliatio hæc ad cōiuges pertinet antea separatos, nam aliās planè nō vult eos sic manere. sed præcipit, vt mulieres obediāt viris suis sicut domino, quoniā caput mulieris est vir, sicut Christus caput est ecclesiæ. Et in alio loco dicit, Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in domino: satis quoq; perspicuū est Paulū ibi loqui de matrimonio christianorū, statim enim post hæc dicit de coniugio: Si quis inter eos fuerit infidelis, vbi ex propria authoritate loquitur, Cæteris inquit, dico ego, non domino, &c.

1. Cor. 7.

Mulier diuortiata.

Ephes. 5.

Coloss 3.

¶ Et

¶ Et hæc Pauli verba conantur illi dilacerare, eo quòd non adiecerit euangelicam hanc exceptionem propter fornicationem, & ideo futurus sit contrarius Christo. ¶ Verum ita nimirum oportuit post 1500. annos venire istos qui Paulū loqui docerent, atqui in hoc magnam suam produnt infantiam, nam quum præcipit Paulus vxorem à viro non discedere: sin autem discesserit, maneat innupta, quæro quur discedat mulier à marito & maneat innupta? vtique non nisi propter fornicationem (aut simili causa approbata) sicut Deus permisit: patet ergo Paulum non contradicere Christo, sed magis verba Pauli in se comprehendere exceptionē Christi, quòd aliquis possit dimittere vxorem suā propter fornicationem. ¶ Vidit hoc Athanasius (siue Theophylactus, quisquis super epistolas Pauli scripsit) is enim vult, quum Paulus dicit, Præcipio non ego, sed dominus, eum loqui de præcepto quod proposuit dominus in hūc modum. Quicūque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. *Mat. 19.* ¶ Vult ergo Paulus, melius esse vt non separet se mulier à viro, quòd si tamen separauerit se, maneat sic habens virum, quanuis cum illo nō misceatur, neque vlterius nubat, vel reconcilietur marito suo. Vnde satis manifestum est, hanc esse Pauli sentētiam, vt mulier etiam separata adhuc habeat virum, hoc est vinculum coniugij, quanuis cum eo non participet in operibus coniugalibus. & ideo quia primum adhuc durat matrimoniū, denuò nubere non potest, atque sic etiam intellexit Hier. sicut eū infrà inducemus. ¶ Cæterùm quod isti prætexunt Ambrosiū, quasi suppleuerit verba Pauli, ne videretur contrarius præceptis domini sui, ideo non subdit de viro, sicut de muliere, quia licet viro aliam ducere, verba hæc illi dicunt esse Ambrosij, sicut & litera docet, verum ad hoc respondet episcopus Parisiensis Petrus Longobardus, illud à falsariis in Ambr. lib. positum. Et adhuc deridēt istud homines nasuti, quoniam sic facilè esset respondere etiam ad reliquos libros sanctos. ¶ Atqui hæ sunt blandæ quorūdā insidiæ, qui pro suo nutu integros ex Aug. Hie. & Amb. libros adimūt sacra quoque volumina discerpunt, capita tota & sentētias inde diripiunt, atque vt maximè illa omnia semper & sint ab ecclesia obseruata, tamen propter quorūdam leuissimorum hominum dubitationes, etiam ipsi incipiūt ambigere.

Nouatores mundi reiiciunt & reiecta ante 400. annos ridēt. Distin. 35. quarti. 32. q. 7. vxor & c. proposui.

¶ Sic homilia siue epistola Hiero. de assumptione virginis matris ad Eustochium (cogitis me) semper habita est pro ea quæ sit Hieronymi, nunc tandem sunt qui nolint illam esse Hieronymi, qui tamen multis hactenus seculis habitus est illius autor, imò & in vniuerso cultu diuino, in omnibus officiis ecclesiæ etiam Romanæ, per diœceses quoque Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Angliç, & plerasque omnes Germaniç, epistola illa credita & obseruata est, p Hieronymiana, nec vnquā impugnata est, nisi nunc tandem. Vicissim quū ostenditur ante annos forte quadringentos librum aliquem pro deprauato habitum, sicuti iam probauimus ex Petro Longobardo, extra quē etiam Gratianus in decretis asserit illud à deprauatore adiunctū, idipsum recusant accipere, rectum putantes, quicquid ibi scriptum legunt, quòd tamen vix in aliquo libro biblico tanquam verum acceptarent.

¶ Et hic quidem ex multis vnum propono, Erasmū illum Rotherodamū virum vtique doctissimū, multisque à Deo donis ad miraculū vsque exornatū, metuo tantum ne in hoc negotio nostro nimium sit præceps, vellem enim ex eo scire, putaret ne librū Ambrosij in hoc loco correctum esse an deprauatum. quod si deprauatum credit, quur tantum illi innititur, vt velit etiam sententiam suam per illum confirmari, interímque authoritatem magistri reiicit & imminuit sinautem emendatū putat Ambrosij codicem, ita vt rectè ille acceperit sensum Pauli, rursus corruit sua conclusio, nam ab initio proponit Erasmꝰ an prodesset matrimonia dirimi ex grauibus causis, ita vt liberum esset vtriq; coniugi, porrò contrahere, si vellent, aut certe illi, qui occasionem dedisset diuortij. Atqui huic sententiæ ex diametro reluctatur Ambrosius, vt iam omnino inualidū maneat quicquid ille pro sua intelligentia adfert. Nam vt inducuntur hæc verba quę pro Ambrosianis temere iactātur, quòd vir possit adhuc vxorem ducere, dimissa illa priori quæ peccauit, paulo ante sic inquit, non permittitur mulieri vt vltra cōtrahat, si propter fornicationem dimiserit virum suum, iam quando nec nubere neque cōtinere potest (nequit enim resistere carni) recōcilietur marito. Inde patet primum quoad vxorē, Ambrosium plane fore contrarium Erasmo, neq; aliter intelligere verba Pauli quàm nos intelleximus, & vniuersa ecclesia semper intellexit. sunt qui velint separare virum in di-

Caietanꝰ.

uortio

uortio & vxorem, neque tamen etiam litera diuisionē hanc admittit. Quum enim Paulus primum de vxore loqueretur vt maneret innupta si dimisisset maritum, sicut quilibet solo sensu communi ductus oportet fateatur. statim postea sequitur, vir ne dimittat vxorem suā, vnde constat breue hoc dictum suppleri debere, per hoc quod proxime adiunctum est de muliere: nam quum fateantur omnes hunc Pauli sermonem de viro esse abbreuiatum. nónne cōsentaneum est eum suppleri à proximo ipsius etiam Pauli dicto, in simili casu. aut nónne commodius est, quàm vt alia nobis quæramus diuerticula præter verbum Pauli, & ad Matthæū confugiamus, quum tamen hæc verba de viro & muliere pulchrè inter se sunt connexa, ideoq; vno etiā intellectu ac sensu emetienda, neque enim veri similitudinem aliquam habet, vt mulier non nubat, vir autem adulter aliam ducat, illa innocens nubere non possit. ¶ Absit hoc, absit inquam, quia maledictio Euæ est diminuta: honor, quem mulieribꝰ Eua subtraxit, Maria restaurauit. Egit hanc causam ecclesiæ Augustinus ad Pollentium duobus libris de adulterinis coniugiis, & melius intelligit Paulum in epistola super Cor. 1. quam illi deprauatores. ¶ Ergo quantum attinet ad vinculum coniugale, viri ac mulieres æqualiter censeantur & separētur, sed hæc alias, interim oremus dominū Deum, &c.

Gen. 3.

HOMILIA LXXV. VBI PROBATVR

coniuges separatos vltra contrahere non posse quandiu alteruter illorum vixerit.

¶ Mulier alligata est legi quanto tempore viuit vir eius. 1. Corinth. 7.

MAtrimonij sacramentum, dilectissimi, principio institutum fuit citra aliquam separationis permissionem, neq; tūc in vsu erat libellus repudij, quem deinceps tamen concesit Deus propter duritiam Iudæorū, qui parui faciebāt etiam vxores suas occidere, mitissimus autem dominus Iesus sustulit istū repudij libellum, voluitq; in sua lege euāgelica habere vinculū matrimonij insolubile, in bonum & cōmodū vxoris, cuius honorē Maria restaurauit: deinde etiā propter se, quoniā & ipse voluit matrimoniū esse sacramētum in sua lege, atq; significare vere magnū mysteriū, puta sanctissimā illā coniūctionem Christi & ecclesiæ, quā præclare

Ephes. 5. agnouit Apostolus eius in tertium cœlũ vsque raptus, quãdo dixit, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. synagogam enim Mosaicam repudiauit Christus, sicut quondam in lege Moysi mariti repudiabant vxores suas. ¶ Ecclesiam autẽ quam despõsauit illi Deus pater, nunquam deseret, vt docet Paulus, quoniam & propter hanc ipsam Christi sponsam, ecclesiã, omnes christiani mẽbra sunt & dicuntur Christi, ꝙ alibi declarauimus. sed sicut
1. Cor. 12. Christus, qui tanquam sponsus egressus est de thalamo suo
Rom. 13. sibi coniunxit ecclesiam vinculo insolubili, semperq; verè
Psal. 18. duraturo, quãdiu durabit ecclesia, & donec Christus tradet regnum Deo patri: ita voluit etiã huius coniunctionis signũ habere insolubile, matrimoniũ, ad quod omnes applicãt doctores, tria bona esse in coniugio, fidẽ, prolem & sacramentum: sacramentũ autẽ concorditer exponunt, de insolubilitate, vt sic dicam, huius sacramenti. Vtcunq; res tulerit, siue valeant coniuges duo, siue ægrotent, siue deformes sint, siue indignabũdi, siue aliud quid causentur & diffugiant, atq; sic separentur, aut commigrent in cœnobia, semper manet vinculum hoc coniugale, quandiu vixerint. in eam rem cõprobandam attulimus superiori homilia locos quatuor.

1. Cor. 13.

Mat. 19. 1 Quos Deus coniunxit, homo ne separet.

Gene. 2. 2 De matrimonio dictum est, erunt duo in carne vna.

Rom. 7. 3 Paulus testatur mulierẽ esse alligatã legi, viuente viro.

4 Idem affirmat, quia si mulier dimiserit virum, maneat innupta, aut reconcilietur ei. ¶ Mouimus ibi quorundam obiectiones, & eadem dissoluimus, supereẽssent adhuc quędam non perinde vtilia, quòd quidam putant hîc Paulũ esse loquutũ de eo, si mulier ex leui causa diffugeret: atqui hoc suprà refutauimus, nam tunc profecto Paulus non præcipe ret mulieri sic esse manendum, sed omnibus modis redeun-

Reconciliare. dum ad virum. Quãuis hoc quoque nescio quam habet expositionem, quòd ex verbo reconciliare conantur intellige re mulierem esse adulteram, quia aliàs vir cogeretur conciliare mulierem. vana sunt hæc omnia, nec aliquod habẽt in textu fundamentum, imò & ipse textus Paulinus eis aduersatur, nam Paulus dicit, si mulier dimiserit virum suum, vn de satis liquet culpã esse mariti, aliàs dixisset, si dimissa fuerit mulier à viro suo, tunc constaret mulierem esse in noxa. ¶ Quid quod ridiculum est, in re tanta nõ solùm f. dei, sed totius

totius christianismi & vniuersæ politiæ, verbum hoc reconciliari sic velle allegare, vt tantum qui reus est recõcilietur, equidem in probatis authoribus aliũ huius verbi vsum nunquam vidi, neq; significationem, nisi quũ aliqui inter quos antea simultates & dissidia interesserant, declinatis omnibus illis redeunt in gratiam (quod plane Græcum, quo vsus est Paulus, indicat, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω ab ἀμάτ]ω deductum est, & mutationem indicat subiectæ materiæ commodissimam. Dum hæc annotarem, commodè ad me accessit amicus in vtraque lingua nõ vulgariter doctus. Is mirabatur virum doctissimum sic torquere voculam reconciliari, vt non nisi offendenti tribuat, quum generalis sit vox amicitiæ restituendæ. Citabat Ciceronem in epistolis libr. 1. epist. 2. & vltima. Postea ad me schedulam misit, vbi adnotarat locum Liuij lib. 5. de bello Asiatico, de Hannibale reconciliato Antiocho. Præterea Budæi viri literatissimi verba ex commentariis Græce adscripserat διαλλάτ]ω signific. conci. vt καταλλάτ]ω, sed differre eo dicũtur, quòd διαλλάτ]ερ est per medium quendam ad amicitiam & concordiam adducere, sed καταλλάτ]ερ etiam sine medio, Est autem καταλλάτ]ω concilio, gratiam direptam & solutã facio & amicitiam reduco. Laurentius Valla lib. 5. eleg. c. 353. Reconciliari, inquit, & in gratiã redire idẽ sunt, quoties amici interposita aliqua offensa, quũ aliquandiu fuerunt inimici, in pristinam redeunt beneuolentiã ac familiaritatẽ. Et quum omnium catholicorũ sententia Christus apud Matthæũ libellũ repudij sustulerit, audet ipse Paulum insimulare, ac si nonnihil tribueret suæ legi, quæ cum viro permittat ob quamlibet causam mutare vxorẽ, atq; zelotypie virili senum remediũ indulserit, vxori nihil huiusmodi concedat, quũ contra Paulus fateatur se apostolum præputij, sicut Petrũ circuncisionis, & vbiq; Iudæos à literali legis obseruantia auocet. *Act. 15.*

3 Cæterùm constantem esse Ecclesiæ decisionẽ suprà indicatam, latius euincitur ex ipsis Pauli verbis, quũ dicit, Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit, quòd si dormierit vir eius, liberata est, cui autem vult nubat, tãtum in domino: qui locus multum concordat cum eo quem ex epist. ad Rom. conantur nonnulli disserpere, contendentes similitudinẽ siue exemplum esse, & ibi quidem loqui apostolum iuxta legẽ Mosaicam. Atqui hîc iam illũ Pauli locũ *Gen. 2.* *1. Cor. 7.*

obseruamus & videmus tanquam totius huius negotij fundamentum, quod ibi tractat, infert enim de viduis, quandiu vir viuit, mulier alligata sit legi coniugali, sinautem vir eius dormierit, libera erit, poteritque vel nubere, vel manere vidua. ¶ In hoc obuiare voluit hæresi ipsius Montani, qui putauit non licere alicui viduo vel viduæ amplius contrahere, occurrit etiam per hoc recenti huic errori: quia nubere mulier non possit viuente marito: sed neq; alia obiectio locum
1.Cor.7. habet, quoniam hîc Paulus Christianis loquitur nõ Iudæis, Corinthiis inquã ex infidelitate ad fidẽ Christi cõuersis sicuti paulo antea meminit vxoris & mariti infidelis. Sexta authoritas, qua probatur coniuges separatos non posse cõtrahere denuo, est etiam Pauli dicentis, vxori vir debitum reddat: similiter & vxor viro. addit causam, quia mulier sui corporis potestatẽ nõ habet sed vir, similiter autẽ & vir sui cor
Adulterium furtũ. poris potestatem non habet, sed mulier. Hinc etiam colligunt doctores adulterium esse furti genus, eo quòd vir corpus suum, cuius potestatem dedit vxori, tunc tradit alteri, præter eius voluntatem. vel etiam hoc facit mulier sine cõsensu & scitu mariti, proinde coniunx cõiugij subtrahit corpus, neque debitam fidem præstat. Atqui hæc ipsã inter se mutua corporum iustitia, lex est coniugalis, cuius ad Rom. & Corint. meminit Paulus. ¶ Sicut enim permanet quis legitimus rerum suarum possessor, etiamsi illæ furtim ei subtrahantur. l. in ciuilem. C. de fur. cum concord. ita hîc quoque adultera cum marito & corpus & datam fidem suffurat
C.ex li. de diuor. ur: ipse tamen iustitiam suam super corpus mulieris non amittit, etiamsi quoque separentur, quo ad cohabitationem, ius tamen vterque coniunx suum seruat sopitum quidẽ, nõ extinctum, quia per diuortium impediuntur ab exequutione, nisi reconcilientur: id inde patet, quoniam quum coniuges separati rursus reconciliantur, remanet matrimoniũ idẽ quod prius, neque opus est nouum inter eos contrahere matrimonium, iuxta doctrinam Pauli: aut si ambo adulterantur, nihilo minus tamen cogunt seruare matrimonium, non obstante adulterio vtriusque. Aliãs ex leuissima quaq; causa committerentur diuortia, vtroque nimirum coniuge diuortium appetente, sicut alij quãdoque vxores inter se etiã permutabant. Quũ itaque hoc habeat lex maritalis siue coniugalis, vt alter iugum corporis alterius habeat potestatem,

vtraque

vtraque autem hæc potestas inter eos durat per vitam amborum, sequitur separatos vltra contrahere nõ posse, vxor enim nouo marito corporis sui dare deberet potestatẽ, quã ipsa non habet, sed verus ille maritus, quare eam alteri conferre non potest. Postremò nunc concludemus verbis Christi apud Marcum, vbi pharisæi interrogauerunt eum de libello diuortij, deinde in domo iterum discipuli eius de eodem quæsiuerunt, & ait illis, quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam, & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Ecce quomodo coniuges separati, si contrahant denuo, adulterantur, quod autem in diuersum machinãtur hîc aduersarij nostri, deinceps audiemus.

Doctores hoc idẽ sentiunt.

3 Probata satisque iam hactenus confirmata ecclesiæ decisione, ex sacris literis euãgelij, epistolarum Pauli, reliquum nunc est ex receptis etiam doctoribus ostẽdere intellectum illum scripturarum simul cum conclusione propositã, esse verisimum. ¶ Atque hîc primum nobis occurrit sententia Hieronymi super Matthæum sic dicentis, vbicũque est for
C.19. nicatio & fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur: & quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocẽti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimẽ impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam, prima viuente, non habeat. ¶ Et inde, necnon quia poterat euenire, iuxta eandem legem vxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secũdum accipiat virum. 32. q. 1. dixit dominus. Idem & super Paulum scripsit
1.Cor.7. Hieronymus, docens viro, qui semel suam dimiserit vxorẽ, aliam ducendam non esse. ¶ Presbyter quidam Amandus (non Damasus, vt bene adnotauit Ioannes Andræas in suo Hieronymiano) quæstiones tres posuit Hieronymo, super qua re ipse sic ait, repperi iunctam breuem epistolæ chartulam, in qua re indita ferebantur, quærendum ab eo, vtrum mulier relicto viro adultero & sodomita, & alio per vim accepto, possit absque pœnitentia cõmunicare ecclesiæ, viente adhuc eo, quem prius reliquerat? Respondit ibi Hie-
Locus emẽdatus Ad Amã ronymus per verba Pauli ad Roman. & Corinth. à nobis quoque superius inducta, vnde satis liquet eum ad eundem modum intellexisse Paulum, sicuti nos ostendimus intelligendum, ait ergo, omnes causationes Apostolus amputãs,

C. omnes causationes. 32. q. 7.

apertissimè definiuit viuente viro adulterã esse mulierẽ, si alteri nupserit. Et inde, quandiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitijs omnib⁹ coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum habere non licet. Infrà quoque rursus, qui dimissam acceperit, adulter est, siue ipsa dimiserit virũ, siue à viro dimissa sit, adulter est qui eã acceperit. Cæterũ quãdo aduersarij multũ innituntur Ambrosio, cuius libros iam suprà ostẽdimus ante quadringẽtos annos habitos esse pro deprauatis, id vt magis pateat, nósque adeo ostẽdamus Ambrosiũ idẽ super hac re sensisse, q̃ vniuersa sentit ecclesia: ecce super hæc verba Pauli, mulier alligata est legi quãdiu vir ei⁹ viuit, inquit ille, hæc idcirco prosequitur, vt doceat, quia mulier etiãsi à viro fuerit eiecta, nubendi licentiã non habet. Multis quoq; verbis super Lucã inuehitur contra diuortiũ, volens quidẽ matrimoniũ Gentiliũ posse omnino distrahi & dissolui, sed inter christianos non itẽ, eo q̃ quicquid in coniugio Deus coniunxerit, homo nequeat separare. Si quis obiiciat libellũ istũ Mosaicum diuortij, huic contra respondet, qui hoc dicit, Iudæus est: qui hoc dicit, *Rom. 7.* Christianus nõ est: & inde, quæ est lex Dei? & erunt ambo in carne vna, ergo qui dimittit vxorẽ, carnem suam scindit, diuidit corpus suũ. ¶ Manifestum est hoc idem ex Ambrosio quoq; super epistolã ad Rom. vbi quum recentiores isti deprauatores affirment Paulũ esse loquutũ de lege Iudaica tantum per similitudinẽ, omnino cõtradicit Ambro. & ait, hæc lex de euangelio est, non ex Moyse, neq; ex terrena iustitia. Vñ patet velle Ambrosiũ, hæc ipsa Pauli verba euãgelica esse non Mosaica, eademq; fortiter asseuerare, nõ licere mulieri nubere viuo marito: turpe est igitur & nimiũ impudens, quòd isti aduersarij ecclesiæ cõtra ecclesiã insultiturgent sub prætextu verborũ Ambrosij, quæ ipsorũ tamẽ sentẽtiæ sunt omnino contraria. ¶ Accedat nũc tertius testis Origenes, is super Matthæum sic inquit, scio quosdã *Orig. homil. 7.* qui præsunt ecclesijs extra scripturã permisisse aliquã nubere viro priori viuẽte, & contra scripturã quidẽ fecerunt dicentẽ, mulier ligata est quanto tempore viuit vir eius: itẽ viuente viro adultera vocabitur, si nupserit alteri viro. Mitigat ille quidẽ ibi factũ episcoporũ, quod nõ sine ratione moti fuerunt ad hoc faciendum: deinde quærit, an aliquis etiam

etiam ob aliam causam possit dimittere vxorẽ suã? & quãuis vtrinq; differit, tamen tandẽ cõcludit, quisquis dimiserit vxorẽ, eam facit adulteram, dans nimirum illi occasionẽ alterius cõiugij. *Contra Caiet.* ¶ Præterea eandem esse hic in viro & muliere rationem, neque permissum aliquid esse marito, quod non idem etiam liceat vxori, vasi infirmiori, affirmat ille quoque & ait, Qua ratiõe adultera est mulier, quamuis legitimè nubere videatur viro viuente, eadem ratione & vir quamuis legitimẽ videatur accipere dimissam ab aliquo viro, non accipit legitimè secundũ sententiã Christi, sed magis mœchatur quasi alienam accipiens. non possunt vtique hæc clarissima verba detorqueri ad alium sensum quem ipsa per se ostendunt, & textus probat, & ecclesiẽ recepta cõsuetudo conuincit. Habeãt isti somnia sua sibi & deliramẽta, nos ab ecclesiastico sensu & sanctis patribus, neq; latum vnguem recedemus. Confirmat hoc etiam amplius Orig. *Orig. Lib. 6. su-* ibidem super illã epistolam Pauli, vbi loquitur ad Iudæos, *per Ro.* sed iam ad Christum conuersos, & scientes mortuam esse legem, verumq; sensum non consistere in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus: meminit ibi sæpius quomodo per mariti mortem, mulier liberetur à lege coniugali, sitq; deinde libera, vt possit se alteri coniungere: pulchrè etiã exponit similitudinem legis & matrimonij: obseruandum & hoc est contra aduersarios nostros nouos & veteres, quod Orig. ibidem citat epistolã ad Heb. esse Pau. &c. 4 Audiuimus hactenus testimonia Hiero. Ambr. & Orig. inducendus nunc esset Athanasius, sed quia ex illo iam suprà ci- *Auguſt.* tauimus, ne longius euagemur, transimus ad Aug. quem *32. q. 7.* quum ipsi etiam aduersarij nostri affirmant esse sibi cõtra- *per totum.* rium, non magnopere fuerit necessarium hic quoque immorari, sed tamẽ vt piorũ animi magis confirmentur, quosdam ex eo locos cõmemorabimus, & quidem breuius, quia sæpissime hanc suam sententiam probat in lib. de bo. coniug. & de adul. coniugijs, ait ergo, intercedẽte diuortio, nõ tamen ideo deletur fœdus seu vinculũ coniugale: & iterũ, licite dimitti potest mulier causa fornicationis: sed interim *1. Cor. 7.* manet vinculũ prioris matrimonij. Infra quapropter cùm separantur, nunquã adhuc carebunt matrimonij sacramento. Alibi Augu. tractans verba Pauli de muliere dimittente *Contra* virum suum, addit, quare non addit de muliere quod præ- *Caieta.*

Universidad de Deusto Biblioteca

misit de viro? niſi quod ſimilem formam vult intelligi, vt ſi
Li.2.c.2. dimiſerit, quod cauſa fornicationis permittitur, maneat ſine vxore, aut recõcilietur vxori. Porro inquit ille in alio loco etiã, vſu venit, vt vir dimittat vxorẽ propter fornicationem, neque tamẽ alterutri permittitur denuo matrimonium contrahere. ſed quid multa inducimus ex Augu. qui
Mat.19. rem hanc duobus integris libris tractauit, ſcribens ad Pollentium, nam & is declinabat aliquantulũ adhuc erroreꝫ, quẽ ibi valide refutat rationibus & fundamentis ſacræ ſcripturæ. ait enim, neceſſe eſt ex duobus cõiugibus quatuor adulteros fieri, ſi & illa alteri nupſerit, & ille alteram duxerit.
Accedunt ad hanc rem etiam eccleſiæ Græcæ teſtimonia, quoniam Chryſoſt. ille ſic inquit, quemadmodũ ſcelus eſt in duo diuidere carnem vnam, ſic & mulierem à viro ſuo dirimere iniquiſsimum eſt: nam Chriſtus oſtendit & prẽter naturam & contra legem eſſe repudiũ: præter naturam quidem eſt carnem vnam diſcindi & diuidi: contra legem autem, quia Deus coniunxit & præcepit non ſeparari, quòd tamen Iudæi contra præceptum domini moliuntur facere. Ne poſsint autem tergiuerſari iſti & calũniari, vel etiã hæc verba in diuerſum trahere, adducemus ex illo locum adhuc apertiorem, quoniam alibi ſic dicit, qui dimiſerit vxorem ſuam, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur: ille quidem, ſi alteram duxerit, tunc ſe conſtituit criminis reum, qui adulteram fecit ex cõiuge: hic vero accipiendo alienam adulter effectus eſt. ¶ Et nequaquam, ait ille,
Super Mat.5. mihi referas, quia illam alter eiecit: nam expulſa quoque vxor eſſe eius, qui eã expulit, perſeuerat. Atqui obiiciet hic nobis Caietanus: de vxore tantũ hoc eſſe dictum, ideoq; licere aliquid viro in hoc caſu vltra facultatem vxoris, ſicut
Deut. 14. in veteri teſtamento vir mulieri libellum potuit dare diuortij, non viciſsim mulier viro. Huic obiectioni præuenit ibi Chryſoſto. ſubdens, ſi nihil viro de hoc proprie loquitur, ne mireris: eſt enim mulieris ſexus infirmior, propterea illam relinquens, dum deterret virum, vitium quoq; vxoris emẽdat. ¶ Vnũ ex Theophyacto, abbreuiatore Chryſoſtomi, verbum adiiciam, is ſuper Matthæum 19. ſic ait, cauſã hominis cum muliere dicit perpetuam & inſeparabilem vnionem. ¶ Gregorius magnus, hic inquit, qui vxo-
Theop.
31.q.7. hi vero. res ſuas in adulterio deprehendunt, nõ licebit nec eum, nec eam,

eam, aliam vxorẽ accipere vel alium virũ, quãdiu ambo viuunt, ſi autẽ adultera mortua fuerit, vir eius, ſi vult, nubat, tantũ in domino. In eadem ſententia eſt & Beda ſicut Augu. dicens, ſuper 1. Cor. 7. dominus prẽcipit mulierem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, ea vtique cauſſa, qua diſcedere licitum eſt, manere innuptam aut viro ſuo recõciliari. Et inde, ex eodem præcepto domini ait, & vir vxorem non dimittat: quoniam qui dimiſerit vxorẽ ſuam, prẽter cauſſam fornicationis, facit eam mœchari: ſed ſi propter hanc cauſſam dimiſerit, etiam ipſe ſic permaneat. omnis
Beda. Mat. 30. enim qui dimittit vxorẽ ſuam, & ducit alteram, mœchatur. Idem ſuper Mar. ſic dicit, nulla cauſſa eſt Dei lege perſcripta, vt viuente ea quæ relicta eſt, alia ducatur: ſuper Lucam quoq; ſcribens tantum innititur ſententiæ Augu. Hiero. & Ambro. Neque diuerſum ſenſerunt Raba. Haymo, Thomas, Bonauen. Altiſiodorẽſis, Ales & alij: nos cõcludamus hęc per verba Hieronymi in epytaphio Fabiolæ, vbi dicit, dominus præcepit vxorẽ non debere dimitti, excepta cauſſa fornicatiõis, & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam: quicquid virisiubetur, hoc conſequenter redundat in fœminas, neque enim adultera vxor dimittenda eſt & vir mœchus tenendus: ſiqui meretrici iungitur, vnum corpus facit: ergo & quæ ſcortatori impuroq; ſociatur, vnum cum eo corpus efficitur. ¶ Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti, aliud
Diuortia non nubat. Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit: apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur, & ſolo ſtupro atq; adulterio condemnato paſsim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, quaſi culpam dignitas faciat, non voluntas: apud nos, quod non licet fœminis atque non licet viris, & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur: deinde docet peccaſſe Fabiolam, quando primum maritum quamuis malignum dimiſit, & alteri nupſit, quando manere debuiſſet innupta: oſtendit rigidam pœnitẽtiam, quàm ideo fecerit, quòd viuente priore marito, nupſerit alteri.
Diuortiũ Romæ incepit. Li.2.c.34 ¶ Cæterùm ideo hic Hiero. meminit legum ciuilium, quod iuxta illas quondam nimium licebat maritis circa diuortium, quamuis idipſum veteres Romani non fecerint, ſicut teſtatur Valer. Maxim. iam inde ab vrbe condita quingentis & viginti annis nullam mulierem ſeparatam eſſe à ſuo viro, donec Spurius Carbilius primum à ſe

dimisit vxorẽ, eo ꝙ esset sterilis, & tamen dilexit eam, quia honesta erat moribus, atq; pudica, authore Gellio: iureiurando etiam affirmauit coram censoribus se id tãtum facere amore procreandorum liberorum, hac occasione factum est, vt deinceps plures semper diuortij rationes ponerentur, sicut constat ex. ff. de diuortijs (vbi Papinianus leges duas habet propter quas forsitan eius mentionem fecit hic Hierony.) & C. de repudijs maximè 1. conse. sic rex etiam Assuerus separauit à se reginam Vasthi, ex cõsilio seniorũ & principum Mœdorũ atq; Persarum, fecit inde & edidit edictũ per omnia regna, vt omnes mulieres obedirent suis maritis, mariti autem dominarentur in domibus suis.

Li. 4. c. 3.

Hest. 1.

¶ Abraham porro quod separauit à se Agar, ex præcepto domini fecit, vnde sunt ex Iudæorum Rabinis, qui putant eam ipsam Cethuram quam duxit Abraham post mortem Saræ fuisse hanc Agar. ¶ Quid multa? matrimonium etiã diuortiatum siue separatum adhuc est matrimoniũ, ideoq; neuter coniugum amplius cõtrahere neque potest, nec debet, idq; sequenti homilia contra nouos quorundam errores latius probabimus, &c.

Gene. 16.

HOMILIA LXXVI. CONIVGES SEparatos matrimonium vltra contrahere non posse.

¶ Mulier alligata est legi, &c. 1. Cor. 7.

DIximus hucúsq; natum heri & pridie errorem quendam, quo Lutherus Lutherić; & Zuinglij sectatores miserrimè vtuntur, dum leuiter adeò dirimunt & separãt matrimonia cõtracta, & cõiugibus sic separatis liberã permittunt vlterius contrahendi facultatem, quod vtique est contra Deum, contra Christum ipsum vnicum suæ ecclesiæ sponsum contra Paulum & vniuersalem ecclesiam, contra ipsam quoque ciuilem hominem vitam & honestatem, vsque adeò pernicioſum hoc est corpori & animæ: probauimus hoc partim superioribus homilijs ex primæua matrimonij institutione, ex testimonio & verbis Christi apud Matthæum, & Mar. & Lucam, ex Paulo ad Roma. & Cor. Insuper induximus ad id verba & authoritates sanctorum patrum, Hieronymi, Ambrosij, Athanas. Orig. Augustᵢ. Chrys. Theophyl. Greg. Bedæ. Haymonis, Rabani & eorum qui illos sunt sequuti: reliquum est vt hoc

Cene. 2.
Mat. 19.
Rom. 7.
1. Cor. 7.

Conciliis probatur diuortiatos non cõtrahere. ca. 17.

vt hoc idem cõprobemus authoritate ecclesiæ, & eorũ qui illam gubernarũt: vbi principio occurrit concilium Mileuitanum, in quo sic decretũ est: placuit vt secundũ euangelicã & apostolicam disciplinã neq; dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri cõiungãtur, sed ita maneãt aut sibimet recõcilientur, ꝙ si cõtempserint, ad pœnitentiã redigãtur, in qua caussã legem imperialẽ petendã promulgari 32. q. 7. can. Placuit. Nõ dissimile est, quod sancitũ legimus in cõcilio Elibertino, vbi sic habetur: fidelis fœmina quæ adulterũ reliquit fidelem, & alterũ maritum duxerit, prohibeatur, ne ducat: si autẽ duxerit, nõ prius accipiat cõmunionem, quàm is quem reliquerit de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare cõpulerit 32. q. 7. fidelis. ¶ Præterea nõ ob quàmlibet leuissimã caussam dirimenda esse matrimonia affirmat Nicolaus papa, ad Carolum Moguntiũ, dicens, Hi qui matrimoniũ sani cõtraxerunt, & vni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem & caussam cõiugia talium solui nõ possunt: similiter si coniugum alteri ab hostibus oculi eruantur, vel membra mutilentur, ad cõsulta quoque Bulgarorum idem põtifex sic respõdet: quicquid mulier cõtra te cogitauerit, vel si te accusauerit, non est (excepta caussa fornicationis) reiicienda, vel odio, habenda. 32. q. 5. quicquid mulier. Super eadem caussa Exuperius episcopus Tholosanus interrogauit innocentiũ primum, qui sic respondit illi: religio christiana adulterium in vtroque sexu pari ratione condẽnat, sed & mulieres non facile viros suos de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam: Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Idem quoque pontifex scribens ad victoricum episcopum Rotomagen. sic ait, responso 12. si de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcũque, viuente viro, alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit. ¶ Hoc in perpetuo vsu obseruauit Ecclesia, vsqueadeo vt etiam Iuo in Panormia ponat peculiarem recõciliandæ vxoris formulam per modum iuramenti in hunc modũ, ab isto die in antea istum coniugem tuum N. quẽ iniustè dimiseras, ita tenebis sicut vxor suum maritum debet habere, in dilectione & debita disciplina, ti-

C. hi qui 32. q. 7.

Innoc. 1. epist. 3. ad Exuperium.

Reconciliatio diuortiatæ. De sacra re concil.

more & obedientia, sicut iure vxor debet esse subdita viro, nec eum per vllum malũ genium à te separabis, nec eo viuente alium accipies, sic te deus adiuuet. 35. q. 6. ab isto die. Alexand. 3. etiam sic ait, si cõiugem suam ad infidelitatis maleficium contraxerit, à viro poterit separari, ita quòd ei nubere alteri non licebit, quia licet separentur, tamen semper coniuges manebũt, in viris quoque eandem oportet obseruari sententiam. Sed & Innocent. 3. ad episcopũ Ferrariensem non dissimile scribit, sacramentũ, inquiens, fidei, quòd semel admissum est, nunquã adimitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt ipsum. Atque id totum cõmunis affirmat schola Theologorum iurisperitorum. 2 Quum itaque catholica illa cõclusio satis iam probata est scripturis biblicis vtriusque testamenti, deinde & cõcordi sanctorum patrum cõsensu, & ipsis denique ecclesiasticis cõstitutionibus. Porrò iam eandẽ etiam rationibus firmabimus consentaneis, quas nemo rationis capax poterit excludere. ¶ Nam si liceret cõiugibus propter fornicationẽ separatis vlterius contrahere matrimoniũ, profectò adulterium illi quod cõmisit, futurum erit lucrosum, siquidem in eo quod fidem suam coniugi soluit, liberaretur à lege coniugali, imò & vterque liber erit: iuxta quod dicunt, quãdo nolunt ex testibus suprà allegatis, matrimonium sibi esse prohibitum.

C. quæsiuit de diuor.

C. quanto de diu.

Rationibus probatur diuortiatum nõ cõtrahere.

Prima ratio.

3 Ad hæc error iste nõ exiguam daturus est occasionem adulterio, nam vbi primum vxor dissidere cœperit à marito, cogitabit de perpetrando adulterio, ob hoc saltem, vt à cõiuge liberetur & cõiugio toto. Vicissim si maritus odium conceperit vxoris, omnẽ moueret lapidem ad hoc, vt ipsam pertraheret ad adulterium, sicque liberaretur à lege vxoria. ¶ Similiter vbicũque alteruter cõiugum illicito amore fuerit accensus erga alienam aliquã personam, idipsum quoq; promoueret adulterium, in hoc, vt liber à coniugio posset deinceps se illi, cuius amore exarserat, copulare. 4 Præterea si per diuortiũ omnino solueretur cõiugium, ita vt vtrique liceret liberè cõtrahere vlterius, profectò Reip. quoque nõ mediocriter incõmodaret: nam plurimas cõtentiones & simultates moueret, tũc multo leuius cõiugibus omnibus prolapsuris in iram, inimicitias & odia deinde ab aliis plerũque frigida, ꝙ aiunt, suffunderetur, tantũ in perturbationem cõiugij, ita vt quisquis filiũ aut filiam cuperet intruderẽ,

dere, machinaretur aliquid, vnde cõtentio fieret, cuius componendæ gratia se interponerẽt parentes, fratres & reliqui cõsanguinei, sicq; ad rixas, homicidia, incendia, venena, & omne malorũ genus res facile deducetur. Quòd si autẽ seruentur omnia iuxta præceptũ domini Pauliq; doctrinam, & ecclesiasticam obseruationẽ profecto recogitabunt cõiuges vinctos se esse & alligatos iugo indissolubili, ita vt etiam si disiungãtur, separati tamẽ ex neutra parte possint cõtrahere, sed vtriq; sic sit manendũ per omnem vitã, nisi interueniente alterius morte, tunc enim alter alteri cedit de loco. ¶ Amici in optimã semper partem eis cõsulunt, ne discedãt ab inuicem, ostendentes incommoda quæ sequutura erant. Quòd si autẽ tanta incidat cõtumacia inter eos, vt separentur, semper tamen adhuc spes reliqua est fore, vt elanguescat ista simultas, ipsiq; rursus recõcilientur mutuo, conuenientes iam denuo cũ magno gaudio amicorũ & liberorum suorum, fiãtque tũc matrimoniũ firmius ꝙ antehac vnquã, id autẽ non fieret, si liceret vtiq; cõtrahere denuo: tũc enim superuacuum esset cõcilium Pauli de recõciliando. Possent hæc omnia multis sacræ scripturæ locis confirmari, ex Prouerbiis, Ecclesiastico, & lib. Sapientiæ, sed studio breuitatis vltro supersedere visum est: vt tamen finem quoque faciamus differendi super hoc sacramento, quia dici non potest, quantũ malitiæ hic exoriturũ esset, si ianua siue fenestra pateret huic separationi matrimoniorũ, & nõ ingratũ id foret diabolo, prõptissimo alioquin omnium malorũ seminatori, cui nihil perinde acceptũ foret, quàm vt cõtinua essent inter cõiuges iurgia, & omnis dissensiõis perpetua seminaria.

Persuasio ciuilis.

Pessima prima pecandi.

3 Ex omnibus prædictis cõsequitur quantũ interfit inter matrimonij diremptionẽ in lege Mosaïca, & nũc tempore Euangelij. non curo quòd Tertullianus vult illa assimilare & facere paria. lib. 4. cõtra Marcionem. nam mox ei obiicerem, quod Hiero. lib. contra Heluidium inquit, de Tertulliano nihil amplius dico, ꝙ ecclesiæ eum hominẽ nõ fuisse. Non fuit enim vlla matrimonij diræptio in lege naturæ vsque ad Moysen: & quod Abrahã excludit à se Agar, iussu Dei fecit, qui sic dixit ad Abrahã, nõ tibi videatur asperum super puero & sup ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocẽ eius, vox autẽ illius hęc erat, Eiice ancillã hanc & filiũ eius. Simile fuit de Aethiopissa Moysi. Sed in lege tãdẽ

Diuortiũ in lege & Euangelio.

Deut. 24.

Mosaïca propter duritiam Iudæorum permisit Deus matrimonia dirimi, & libellũ diuortij dari, eo ꝙ isti multum propensi erãt occidere vxores suas. Cõsultius esse ratus permitti diuortium ꝙ vxoricidiũ (dimitto opiniones quæ tractentur in scholis, an repudiare semper fuerit peccatũ, etiã authoritate legis factũ,) Atq; hic iam patet discrimen inter diuortiũ legale & tẽpore Euãgelij: quia tunc libellũ repudij maritus tantũ poterat vxori dare, vxor marito nõ idem. Et in hoc melius cũ viris agebatur, ꝙ cum mulieribus, eo ꝙ diuortiũ in hoc erat permissum, ne mariti occiderẽt vxores, id autem de vxoribus nõ perinde timebatur. Volens omitto hic causas quę credebãtur dirimendo matrimonio sufficere in veteri testamẽto, nobis hic satis est multo leuiores rationes tũc satis fecisse ꝙ nũc, sic enim habet textus, si vxor non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatem (Burgen. nititur hãc fœditatem cõtrahere ad solũ illicitum coitũ, sed nescio quomodo posset obtinere, imò certus sum quod in Hebraismo nunquã obtinebit.) Variis modis exponunt hãc fœditatẽ, turpem rem dicis de verbo ad verbũ interpretãdo. Lyra ait quosdã Iudæos fœditatem hãc referre tantum ad nouã aliquã & aduentitiam turpitudinẽ post matrimoniũ contractam, vnde impedimentũ proueniat liberis pducẽdis, vt sunt in corpore lepra, sterilitas, epilepsia, &c. In anima verò, si vxor sit malo ingenio prædita, & moribus impiis, vnde periculũ sit, ne ad ingeniũ istud liberi quoque recidãt. ¶ Equidẽ hic quod sentio libere dicã. siquidẽ locus scripturæ super hac re breuis admodũ est, vt nõ possit facilẽ quis certo aliquid pronuntiare, tamen quod veritati cõsentaneũ, sacrisque literis & doctoribus fuerit conforme, citra omnẽ temeritatẽ & pertinaciã ingenue eloquar. Et primum omniũ inficias non eo, Iudæos nimiũ abusos fuisse repudio, postquã reuersi sunt domum ex captiuitate Babylonica, in eo etiã quæsiuisse innouationes multas & declarationes, supra quã text⁹ permittebat eis: certe & ex euãgelio satis liquet multa fuisse apud eos somnia & deliramenta huiusmodi in hac & aliis rebus, quibus nõ parum in Iudaismo adhuc cõstitutus etiam Paulus tribuebat. Quare consentaneum est eos etiã in hac parte amplam sibi seruasse ianuam præuaricandi, quãdo ipsi scribæ ex leuissima quaque causa (vti diximus homil. 3. in festo trium regum) libellos dabant repudij.

Libellus repudij.

Matt. 15. *Mar. 7.* *Calat. 1.*

Tom. 3.

repudij. Hinc ipsi inter se Iudæi addubitabant & disputabant recte ne fieret, quando sic leuiter libelli repudij tradebantur? Et Chrysosto. quoque affirmat eos subinde ex industria solitos huiusmodi quæstiones domino proponere, super quibus aliqua erat inter eos cõtrouersia. Patet hoc inde, quãdo interrogabãt illum dicentes, si licet homini dimittere vxorem suam quacũque ex causa? quæstio hæc vtiq; præsupponit fuisse aliquos inter Iudæos qui hoc affirmarint, imò & opere impleuerint. Certè hic ipse textus facile mihi persuadet, Iudęos nimis ampliter extendisse textũ, & verba legis: quapropter merito indignatus dominꝰ diręptionẽ matrimoniorũ strictius cõtraxit. Deinde nõ adducor omnino, vt credã adeo leuiter facta diuortia, vt dimiserit aliquis vxorem, quãdocũque cepisset eũ satietas illius, quod tũc quasi vnã alia cõmutarit: neq; enim inter Ethnicos cõpertũ id est iuxta illud satyrici: sic fiunt octo mariti, quinq; per autumnos. Proinde verisimile est primũ magna cum authoritate repudium esse obseruatum, ita vti fuerint cõstituti nõnulli, ad quos primũ veniret maritus, illisque diuortij causam indicaret. scribas eos vocabant, teste Augustino contra Faustum, Coram iis cogebatur ille rationẽ ostendere, quidnam fœditatis in vxore sua cõperisset, super ea decernebant scribæ. Hugo quoq; ait, marito rem quã denuntiasset, iurejurando fuisse cõfirmandam. Tunc habito iudicio, cum non poterãt illi aliquo modo maritũ à proposito abducere, dabant ei libellũ repudij, ipse tradebat vxori, simúlq; illam à se ablegabat. Tempus prorogationis in hoc fuit constitutũ, si interim cõiuges recõciliati inter se rursus conuenirent & cohabitarent. ¶ Itaque omnibus modis mihi persuadeo, primum non adeo leuiter obseruata fuisse diuortia, quasi aliquis citra omnem cognitionẽ abegerit à se vxorem, dato ei in hoc libello repudij, quoniam sic facilius licuisset vxorem repellere quàm seruum, quem nemo poterat ante tempus sine graui causa excludere. Id vt credam, duæ faciũt rationes, altera ex textu pendet, vbi dicitur in lege Moysi, si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quæsierítque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, quod nõ inuenerit virginem. Quòd si manifestè declaratum & cõpertum fuerit illam virginẽ venisse ad maritum, apprehẽdent senes vrbis istius virum, & verberabũt

Chrysost.

Matt. 19.

Repudium difficile.

Iuuen. satyr.

Tom. 3.

Deut. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum, condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ, habebitq; eam vxorem, & non poterit dimittere omnibus diebus vitæ suæ. ¶ Hinc iam satis liquido patet marito non licuisse pro suo arbitrio repudiare à se vxorem, sed eum quæsiuisse causam, quod non inuenit illam virginem. Quòd si libere licuisset illi abigere vxorẽ, quorsum fuisset opus causari istud cum suo periculo tanto?

Causa repudij. ¶ Præterea in eodem ca. habetur, q̃ si quis concubuerit cũ puella filia alicuius, numeret patri eius quinquaginta siclos: ipsamq; seruet vxorem, nec à se dimittat omnibus diebus vitæ suę. qui etiam sufficiens est casus, vbi non licebat viro libere repudiare vxorem. Quapropter etiamsi nõ ita leuiter permissum est Iudæis à Moyse diuortium, sicut illo suo libello, deinde sunt abusi, tamen ita stricte permissum nõ est, vt iam in euangelio ad solum adulterij casum est coarctatũ, atque in hoc non assentior Burgensi, qui repudium Mosaïcum etiam ad adulterium tantum referre conatur: in hoc enim doctores omnes conueniunt, dominum ibi sustulisse legem Moysi de libello repudij. id autem factum non esset, si Moyses nomine fœditatis tantum adulteriũ intellexisset, quia sic dominus vsqueadeo non sustulisset, vt etiam confirmasset. Puto igitur Iudæũ extra casum fornicationis, pluribus etiam aliis ex causis potuisse à se repudiare vxorem, dato ei in hoc libello repudij, vt testatur Nicolaus de Lyra. Ipse quoq; vidi librũ quendã Iudæorum totũ de causis matrimonialibus, facilè tam magnum, vt sunt Decretales, itaq; sine dubio multas habuerunt super ea re cõtrouersias & disputationes. 3 In hoc quoq; differentia consistit repudij in vtraq; lege, quoniam in lege Mosaïca vtrique coniugi permissum erat contrahere denuo, atq; hoc communiter obseruatur (etsi non ignorem aliquos esse hîc duros) de viro, cui alioquin repudium cessisset in detrimentum non in bonũ: de muliere quoq; idem constat ex duobus locis scripturæ iã ante inductis. Atq; hoc euidens est argumentum cõtra Bur-
Deut. 22. gensem, quia in casu fornicationis non dabatur libellus repudij, sed adultera lapidibus obruebatur, deinde vxor non poterat amplius reconciliari cum marito priori, mortuo viro secundo: sunt etiam qui putent eam reconciliari non potuisse antequam nuberet (verum in hoc equidem non parũ dubito) nunc autem vxor semper potest reconciliari marito

à quo

à quo semel fuerit separata, si videat illũ sibi esse mitiorem reditum magisq; placatum: nubere tamen rursus nõ potest, quia tunc malefaceret, sicut Fabiola. ¶ Mouẽt quidã docto- *1. Reg. 18. & 25.*
res dubium de Michol vxore Dauidis, & filia Saul, is enim cum dissentiebat à Dauide, filiam suam illi ademptã copulauit alteri, deditq; vxorem Phialti. Tandẽ occiso Saul, & Dauide iam accepto pro rege in Hebron, repetiit illi vxorem suam Michol, quæ rursus arrepta à nouo marito, sociata est *1. Reg. vlti.*
Dauidi. Quæstio est quomodò potuerit Dauid denuo assumere Michol, quæ iam ipsum deseruerat, & nupserat alteri cum constet ex lege eũ non debuisse illam rursus assumere. ¶ Respondent ibi doctores, quòd lex illa Dauidẽ non liga- *Deut. 24.*
uerit, quia de marito loquitur, qui ipse à se reiicit vxorem, hoc autem ille non fecerat: deinde verisimile est quod Michol inuita recesserit à Dauide, quoniam adiuuit adhuc eũ *1. Reg. 19.*
& liberauit, quãdo pater suus Saul erat eum interfecturus. Sine controuersia autem peccauit Psalti in hoc, quod alterius vxorem ipse duxit. peccauit & Michol quod consensit, quanuis aliqui conantur eam excusare, in eo quòd ipsa putarit patrem suum habuisse potestatem eã alteri marito tradendi, sicut & Lya excusatur, quæ iussu patris cum Iacob concubuit, is autem arbitratus est esse Rachel sororẽ ipsius.

4 Cum igitur satis hactenus contra Lutherũ & alios ostẽ- *Gen. 29.*
derimus, nunc tempore legis euangelicæ coniuges diréptos vltra non posse contrahere, reliquum est vt etiam aduersariorum diluamus obiecta, vbi ne simplices decipiantur irretici sermone disputatorio, rem hãc omnem per quæstiones dissoluemus. ¶ Et primum quidem quæri potest, Cur non licet vxori post diuortium cõtrahere cum alio matrimoniũ, cum tamen ex duobus cõiugibus iam copulatis, alter potest cœnobium ingredi & professione facta, matrimonium id *Quæstio prima.*
quoque diremptum est, ita vt coniunx qui remansit in mũdo, libere possit contrahere denuo, sicut Alexander tertius ipse constituit. (posset pluribus exornari, sed breuitati studeo.) ¶ Respondetur, verũ quidem est quod hac quæstione *C. verum. de conuẽ. coniug.*
proponitur: ratio autem illa est, quia isti duo coniuges matrimonium non prædixerunt ad opus, neque facti sunt duo in carne vna, itaq; cũ alter eorũ dedere se velit in conditionem sublimiorem Deoq; gratiorẽ, in vitã cõtemplatiuam, nihil interim ademptũ est alteri quominus libere possit con-

trahere matrimonium denuo. Adducenda hîc essent multa, quibus volens supersedeo, certe causam hanc ipse pontifex prætexit, dicēs, quia facti nō sunt duo in carne vna, fieri potest, vt alter cōiugū dedat se Deo, alter in mūdo permaneat.

Quæst. 2. 2 Quæritur, quid est quod coniugibus separatis non licet contrahere, cum tamen is qui propter infidelitatem separatur, possit alteri copulari? iuxta id q̄ Paulus inquit, Quòd

1. Cor. 7. si infidelis discedit, discedat: nō enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. Quid vetat ergo cōiuges quoque christianos diremptos rursus contrahere? ¶ Ratio illius hæc est, quia per matrimonium christianorum perfectè significatur vnitas Christi & ecclesiæ, quæ quia inseparabilis est, coniugium etiam christianorum in vita vtriusque dirimi nō potest: matrimonium autem infidelium perfectum sacramentum non est, imò neque propriè est sacramētum, ideoq̄ Paulus authoritate diuina fretus potestatem dedit dirimendi illud, si alteruter coniugum nolit alteri cohabitare, sine blasphemia Dei, quòd iam suprà ad longum declarauimus ipsi.

Quæst. 3. 3 Melius, inquit Paulus, est nubere quàm vri, cur itaque coniunx separatione facta, ne vtatur, nubere non audeat? Quia nimirum ibi Paulus de iis loquitur, qui liberam volunt habere contrahendi potestatem vel continendi, aliàs enim quandocunque aliqua maritum haberet infirmum, ne vreretur, vellet nubere alteri, quæ res magnū iniiceret scrupulum.

Quæst. 4. 4 Non videtur vtique verisimile Christum Deum verū aliter prohibuisse diremptionē matrimonij in nouo testamēto, quam olim vetuit per ministros suos

Deut. 24. in veteri lege, quando vtrique coniugi libere licuit cōtrahere denuo, quare igitur non etiam nunc conceditur? ¶ Nihil vtiq; probat hæc similitudo, quoniam lex antiqua imperfecta extitit, noua autē hæc perfecta est. deinde Christus ipse

Hebr. 7. rationem ostendit, quare Moyses permiserit Iudæis libellū

Mat. 19. repudij, fuisse duritiam cordis eorum: igitur Christus primum sustulit Mosaicam permissionem diuortij, deinde docuit in quo tātum casu liceret dimittere vxorem, simulq̄ue

Mat. 19. prohibuit, ne cuiquam illorum permissum foret vlterius cū aliquo contrahere. 5 Quum dicit dominus, Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, cum autem iam dirimitur matrimonium, plerunq; fit hoc ob fornicationem, nunc videri alicui fortan

tan posset, licere ei citra fornicationem ducere aliam vxorē, propter hanc ipsam causam? ¶ Respōdetur ad hoc, quia in illis verbis Christi duo prohibentur, primum ne quis dimissa vxore ducat aliā. Iam ergo volunt doctores principiū hoc (nisi ob fornicationē) non pertinere ad posteriorē prohibitionem, sed ad priorem, ne quis dimittat vxorē nisi ob fornicationem. sic transeunt communiter doctores, nam ita soluit Tho. Richar. &c. licet Petrus de Palude improbet illam, & det nouam solutionem, tamē ausus sum ei hoc perhibere testimonium, solutio sua est in subduplo deterior: tamen Io. Maioris format argumentū in validiori & fortiori forma, puta sic Christus dixit, Si quis dimiserit vxorem suā nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Ergo à contrario sensu, si quis dimiserit vxorem suam ob fornicationem & aliam duxerit, non mœchatur, difficilè est signanter monstrari, hîc non fore argumentum à contrario sensu, licet qui sic distinguunt, vt exceptio deseruiat priori parti, & non toti complexo, negarent sic argui à contrario sensu. Verùm ego non tanti facio hanc rationem, quoniam facilè infringitur modus iste argumentandi, quia nō valet, quando sensus à contrario est absurdus vel contrarius. Et ergo quia hîc consequens à contrario inductum est cōtra ius diuinum à Paulo iussu domini promulgatum, ideo hîc non potest sumi argumentum à contrario sensu. ¶ Præclarè exponit hūc locum Augustinus, ex quo breuiter ea citabimus quæ scribit in libro de adulterinis coniugiis ad Pollentium. ita enim ait, Credo quia illud quod maius est hoc dominus cōmemorare voluit, maius autem adulterium esse quis negat, vxore non fornicante aliam ducere, quàm si fornicanté quisque dimiserit, & tunc alteram duxerit? nō quia & illud adulterium non est, sed quia minus est, vbi dimissa fornicante altera ducitur: nam simili locutione vsus est etiā apostolus Iacobus, cum dicit, scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi. Nunquid ideo nō peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non facit? vtique peccatū est, sed hoc grauius, si etiam sciat & non faciat. Porro vtrūque esse adulterum, qui vxorem dimittit tam sine causa quàm cum aliqua ratione, & aliam ducit, satis probatur ex Marco & Luca, qui ambo de eo loquuntur qui dimittit vxorem & aliam ducit, hunc aiunt mœchari, neque addunt, an hoc fa-

Nisi ob fornicationē,

Difficilè argumētū

Lib. 2. c. 9.

Iacobi. 4.

Marc. 10. Luc. 16.

Universidad de Deusto Biblioteca

ciat propter fornicationem vxoris. an non. Itaque cum legerimus euangelium Matthæi, nõ statim inde colligere debemus, illum adulterum nõ esse, qui dimissa ob fornicationem vxore aliam ducit, sed adhuc dubitare nos oportet, donec & alios euangelistas consulamus, qui idem hoc narrant. Quòd si enim secundum Matthæum, non quidem quod ad hanc rem pertinet, dictum est totum, sed ita pars dicta est, vt intelligeretur à parte totum, quod tanquam explanantes Marcus & Lucas, vt clareret plena sententia, totum dicere maluerunt. nam si quæsiero, cum vir dimittit vxorem suam ob fornicationem, adulter ne est, si duxerit aliam? Respondet Marcus, Quicunque dimiserit vxorem suam & duxerit alteram mœchatur. Idem ait & Lucas, cur ergo aliũ sensum conaris eruere ex Matthæo? ¶ Affirmat hoc tandem & Augustinus perfectius dicens, Omnis qui dimittit vxorẽ suam & ducit alteram, mœchatur. Dominus Deus ecclesiæ suæ sanctę gratiam suam concedat, vt liberata ab hoc & aliis erroribus omnibus euadat immaculata, sicque sine ruga trãsferatur ad palmam & victoriam regni cœlestis, Amen.

Augusti. cap. 11.

Cap. 2.

HOMILIA LXXVII. DE GRADIbus consanguinitatis impedientibus matrimonium.

¶ Omnis homo ad proximam sanguinis non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. Leui. 18.

QVum primum instituit Deus, charissimi, matrimonium, duorum coniugum vinculũ, prouidit etiam vt idem esset amoris mutui nexus, cum obseruatione honestatis. Et quanuis ab initio non potuerit hoc ita obseruari, propter ipsas personas contrahentes, neque enim filius Adæ aliam ducere potuit, nisi suam sororem vel fratris filiam, ideoque in illa lege naturæ matrimonium prohibitum tantum fuit in linea descendente & ascendente, quia nemo vxorem ducere potuit filiam suam, neque neptem, neque matrem, neque auiam, est & hoc ipsum contra naturam si fiat necessitate id exigente, ideoque apud omnes nationes quasi natiuũ hoc habitum est, vt gradus consanguinitatis in matrimonio essent prohibiti in linea ascendente. Volunt quidam hoc ipsum habere in se matrimonij institutionem, quando Deus suo instinctu loquutus est per Adam, quapropter relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suę. Ecce patrem, inquit & matrem, quã ideo nemo potest ducere vxorem. Concludunt insuper hic doctores quòd si iam Adam & Eua, Seth siue Noe reuiuiscerent, neque Adam posset vxorem aliquam ducere, neq; Eua cuiquam nubere, ideoq; alterutro mortuo ante alterum, alterum debuit manere in viduitate, quia omnes homines in terra degentes tam viri quã mulieres coniuncti sunt Adæ & Euæ in linea descendente directa. Sequitur quãdocunq; dicitur, quod in aliquo gradu consanguinitatis possunt aliqui contrahere matrimonium, vel non, intelligi semper debet de lineis lateralibus non æqualiter & recta descendentibus, quoniam hæ numeros non habent. Inde colligitur ratio quare patriarchæ veteres in tam propinquis gradibus matrimonia copularint. Abraham enim fratris sui Aram filiam Saram duxit vxorem. idemque deinde filio suo coniunxit Rebeccam, quæ sororis Saræ neptis erat, Iacob etiam accepit Lyam & Rachel auunculi sui filias, ambásque sorores.

Thare.

Aram	Abraham è Sara.	Nachor rex Melcha
Melcha Loth Sara		Bathuel
Ismael Isaac è Rebecca		Laban Rebecca
Melech vxor Esau	Iacob	Lya Rachel

Perspicuũ inde fit, quomodo patriarchę in proximis adeo gradib⁹ matrimonia cõtraxerint. Iacob enim duas sorores habuit, Abrahã fratris sui filiã, similiter & Nachor & Esau, tantũ in linea descẽdente & ascẽdente prohibitũ hoc fuit, nã si filia nupsisset patri, aut filius matrẽ duxisset vxorẽ, idipsum sane futurũ erat tũ contra omnem honestatẽ, tum cõtra reuerentiã quam liberi exhibere debent parẽtibus suis.

Gradus in lege prohibiti.

2 Cæterũ lex Mosaica, auctis iã eiusdẽ etiã fidei hoibus, vt dilatarentur amplius inter Iudæos cognationes, continet 12. interdicta à Deo præfixa, quibus vltra legẽ naturalẽ sic præcepit dominus, Omnis homo ad proximã sanguinis nõ accedat. 1 Nulla mulier nubat suo parenti, nec filius matrẽ ducat vxorem. 2 Nouercam quoque suam nemo ducat. 3 Nullus sibi cõiungat sororẽ, siue illa à patre, siue à matre

sit soror, siue in coniugio siue extra illud prognata.

4 Neptem suam nemo ducat. 5 patris tui sororem nequaquam duxeris. 6 Similiter nec sororem matris.

7 Patrui vxorem tibi non copulabis.

8 Filij tui vxorem nunquam duces. 9 Fratris vxorem nullus ducet. 10 Nemo matrem potest vxorem accipere & filiam. 11 Nemo præsumat priuigni vel priuignæ filiam sibi copulare. 12 Vxoris suæ sororem nullus duxerit quandiu viuet prior. Huiusmodi gradus obseruauit lex Mosaica, excepta tantum vxore fratris, nam si primus frater ex vxore sua sobolem non habebat, cogebatur alius frater post mortem prioris illam ducere vxorem, aliàs Iudæi in omnibus obseruabant illam cõstitutionem legis. miror B. Ambrosium ad Paternum dicere, non esse prohibitum, ne pater filiam suam accipiat in vxorem, cum tamen sit prima inhibitio ne filius matrem aut filia patrẽ accipiat, sed hæc valeant. Porro in nouo testamento non succurrit iam mihi aliud nisi de duabus inhibitionibus, altera est de Herode, qui fratris sui vxorẽ Herodiadem duxerat, viuẽte etiã marito, id esse iniquũ etiam sanguine suo profuso confirmauit Ioãnes Baptista. Alterã habemus in Paulo de Corinthio illo qui nouercã suã duxerat vxorẽ. Ecclesia autem catholica instinctu spiritus sancti, quo gaudet gubernatore, plures interdixit & prohibuit gradus sicut infrà enumerabimus. Iam nunc suo more irruũt Lutherani & clamitãt, matrimoniũ contractum inter personas prædictorum graduum 12. prohibitorum non esse matrimonium, ideoque dirimendum: quæcũq; autem personę ibi inhibitæ nõ sunt, eas contendũt nullis impediri amplius cõsanguinitatis gradibus, inde quod ecclesia prohibuit vsq; in 4. gradũ, id isti reiiciunt & habent pro traditionibus humanis. Atqui ijs responderi facile potest in hunc modum. Honestas etiam per se ipsa exposcit, inter homines rationis capaces obseruari gradus alios præ alijs, neque more beluarum inter se commisceri. Gradus autem consanguinitatis inhibitos non poterunt vtiq; colligere ex lege naturæ, quoniam sic frater vel propriam duceret sororem, vel certe fratris sui filiam, atque hoc ipsum etiam aduersarij hoc nostro tempore dicunt esse iniquũ. Quòd si velint prætendere legem Moysi, neq; id poterunt, cum enim nos iam Christum habeamus & eccle-

Deu. 25.

Epist. 66

Mar. 6.

1. Cor. 5.

Ob. Lutherani.

Respon.

& ecclesiam, non patiemur rursus nos intrudi in synagogã, & sub iugum Mosaicum reduci. vel eo maximè quod iam olim in primo concilio Hierosolymitano legalia Moysi præcepta sint sublata, exceptis ijs quæ ex lege naturæ dependent. hinc & Paulus in multis locis, & cum primis ad Gal. probat legem Mosaicam iam non esse seruandam. Ad hæc præcepta Moysi populo Iudaico tantum sunt tradita, neq; aliàs gẽtes & nationes aliquid ligant, nisi Iudaismum velint recipere, sicut alienigenæ: sic enim canit Dauid, Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ne pateat autem Neochristiano, vel minima elabendi rimula, age dicat ille mihi, velit ne cap. 18. Leuit. recipere, rationem reddat, cur illud suscipiat, reliqua præcedentia & sequentia excludat, in quibus tamen etiã dicit Moyses, hæc sunt iudicia mea & præcepta mea, sicut in illo. Atque tunc Neochristiani cogerentur rursus vitulos, oues, hircos, & similam offerre, sacerdotes suos iuxta præceptum & obseruationem legis consecrare, neque possent agrum aliquem duplici semine conserere, neque vestem gestare ex lana & lino cõtextam, nec de arbore aliquem gustare fructum, nisi quæ per quinquennium iam protulisset fructus, non auderent quicquam gustare de sanguine, nec radere barbam & alia multa, quæ ibi latè describuntur, nanq; ad finem sic dicit dominus per Moysen, custodite omnia prę cepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus.

Act. 15.

Psal. 147

Leui. 3. 4. Leuit. 8.

Leui. 19.

3 Cum itaque nos christiani cõtenti non simus gradibus consanguinitatis ex lege naturæ deductis, neq; amplius nos ligat lex Mosaica, nisi quantum ex lege naturę pendet. Videndum est igitur, vnde deriuemus gradus matrimonium prohibentes neque enim ex euangelio licet hoc petere, nec ex Paulo, nisi in duobus casibus, reliquum sit ergo etiã hoc esse ex eorum numero quę ad regimẽ spectant spiritus sancti in Ecclesia, iuxta quod Christus prædixit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo, cum autem venerit paracletus spiritꝰ veritatis, ille docebit vos omnem veritatem. Spiritus itaq; ille per ecclesiam suam leges constituit & gradus prescripsit, in quibus non liceat matrimonium contrahere, huiusmodi sanctiones per generalia concilia, quæ vniuersam repræsentant ecclesiam, promulgauit. Atque ideo Augu. inquit, Cum genus humanum

Vnde prohibitio graduum

Ioan. 16.

Li. 15. de ciui. Dei cap. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus haberet post primam copulam, vt gignendo multiplicaretur, viri sorores suas coniuges acceperunt: quod profecto quãto est antiquius, cõpellente necessitate, tanto postea est factũ dãnabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines quibus esset vtilis atque honesta concordia, diuersarum necessitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vna haberet, sed singulæ spargerẽtur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligẽtius colligandã plurimæ plurimos obtinerent, vt enim alium quisque habeat patrem, alium socerum numerosius se charitas porrigit. Vtrunque autem vnus Adam esse cogebatur. Pulchrè tandem cõcludit dicens, Ad humanum sensum vel alliciendum vel offendendum mos valet plurimum.

Instit. de nuptijs. ¶ Si igitur iam concilia introspiciamus, iam inde ab origine ecclesiæ in ipsis adhuc temporibus martyrum, videbimus quod cõsanguinitatem inæqualibus gradibus dinumerarunt, & causam quidẽ facilè est colligere ex Calixto martyre, qui sic ait, cõiunctiones consanguineorũ fieri prohibitæ, quoniam has & diuinę & seculi prohibent leges. Et inde, Eos autẽ consanguineos dicimus quos & diuinæ Imperatorum ac Romanorum atq; Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditate suscipiunt, neque repellere possunt. Cúmq; tunc temporis leges ciuiles nõ fuerint cõcordes, nemini mirum videri debet, à sanctis etiam patrib⁹ gradus illos inæqualiter esse præfixos. Ita videmus, quia Fabianus prohibuit affines contrahere vsque ad tertiũ gradum, Calixtus omni honore priuauit qui ex consanguineis aliquam duceret, vel alteri nuberet. Iulius etiam in 7. gradum vsq; prohibuit. Idem constitutum est in concilio Agathen. & Hilerden. & à Grego. Magno in cõcilio Meldensi, atq; insuper in quadã epistola ad episcopos Gallię, id ipsum renouauit Nicolaus papa, & cõfirmatũ est in concilio Lugdunen. & Cabilionem. Quãuis non ignoro in cõcilio Toletano secũdo, sic esse decretũ. Et hæc præcauẽda salubriter sancimus, ne quis fideliũ propinquã sanguinis sui vsq; affinitatis lineamẽta generis succesione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Idẽ cautũ in cõcilio Vuormaciẽsi, vbi circa cõnubia fideliũ nõ exprimitur numerus graduum, sed tũ decernitur, vt nemo christianus ex sua familia vxorẽ ducat, quandiu generationis series in memoria perseuerat hominũ. Omitto statutũ Gregorij secundiin cõcilio Romano, quod sic habet, si quis cõmatrẽ spiritualẽ fratris vxorẽ, neptem nouercã, nurũ cõsobrinam duxerit in coniugiũ, anathema sit. Istiusmodi constitutiones plurimas est reperire passim in concilijs Theodonis villæ Macienſi, Aurelianẽsi, Agrippinensi, & Meldensi. Vide tu Iuonem. *Grego.*

¶ Verùm est quod ius antiquum pontificium seu Canonicum, diu perstitit in prohibitione septẽ graduũ consanguinitatis. ¶ Attamen concilium magnũ & generale illud Romanum in præsentia ecclesiæ Græcæ & Latinæ sub Innocentio tertio definiuit hoc ad quartũ gradũ, in eo enim sic statutũ legimus. Non debet reprehẽsibile iudicari, si secundum varietatẽ temporũ, statuta quãdoq; variẽtur humana, præsertim cũ vrgens necessitas vel euidens vtilitas id exposcit, qm̃ ipse Deus ex ijs quæ in veteri testamẽto statuerat: nonnulla mutauit in nouo, statimq; secundum & tertium gradum affinitatis tollit, similiter & affinitatem inter filiũ alterius matrimonij cum omnib⁹ cognatis prioris mariti eius vxoris, & matris filij sustulit. Adimit etiã reliquos gradus supra quatuor in cõsanguinitate. Atque hæc omnia hactenus ita constanter obseruata sunt in ecclesia: longe tamẽ ante hoc concilium Greg. Magnus sic scribit ad Augustinũ Anglorũ Episcopum: Terrena quidem lex in Romana Republica permittit, vt sibi fratris sororis seu duorum fratrũ germanorum, vel duarum filius & filia misceantur, sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolẽ non posse succrescere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinẽ reuelare. Post aliquãtum tẽporis Felix Episcopus Messanensis scripsit ad hũc Gregoriũ, an ne illud ita permisissẽt Anglis, cui ille humiliter respondet, & confitetur fecisse se hoc ideo quod tum recens ad fidẽ fuerãt Angli conuersi, & ne reciderent rursus, si forte durius tractarentur. 4 Constat igitur necessario obseruari debere discrimina graduũ, idq; ob honestatẽ, humanamq; societatẽ & concordiam, cumq; gradus illi nimiũ fuerint angusti in lege naturę, nos saũt non liget lex Mosaica, quã inualidã in hoc iam olim cognouerunt apostoli in cõcilio primo, in euangelio quoq;, & Paulo duo tantum gradus sint prohibiti, vnum hoc nobis reliquum mansit, vt gradus illi & ordines seruẽtur iuxta leges atque cõstitutiones ecclesiasticas. Vbicunq; ergo in ijs pro-

35. q. 2. Fabian⁹. Calixtus.

Ad episcopos Galliæ. Cano. 5.

C. non debet de consangui. & affin.

Gregor.

Cõclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Epist. 66 ad Maternum.

hibitis casibus duo coniunguntur citra permissionem superiorem & contra ordinationem ecclesiæ, illos nõ Deus sed diabolus coniungit, proinde huiusmodi matrimonia inualida & nulla esse declarat ecclesia. ¶ Confirmat hęc Ambr. qui proximus vixit ecclesiæ martyrum, neq; studio lucri & auaritię talia scripsit. Vult autem ille prohibitiones istas super gradibus consanguinitatis & affinitatis ligare etiã nos christianos, non tamen ideo quòd eas constituerit Moyses, sed quia recepit ecclesia, & quòd earum causa adhuc perseuerat, nimirum naturalis honestas, & humanæ societatis dilatatio. Paternus igitur vir potens, & B. Ambrosius bene notus, filio suo iungere volebat vxorem suam ex filia neptem, & ita ille duxisset vxoré sororis suæ filiã. fucus caussæ hic erat, quòd ista soror eius erat ex altera matre. Verum Amb. ineptam prætendit accumulationem nominum, ipse enim dicturus erat, Ecce hæc vxor mea est & neptis. ¶ Illa, vero iste mihi maritus & matris meæ frater est. Paternus eius auus fuisset & socer, sicque dixisset ad eam, tu mea nurus & neptis es, atque ita naturalis amor liberorũ per huiusmodi coniugia multum fuisset confusus. Quòd autem Ambros. assumit de lege diuina prohibitum de paternalibus fratribus, fateor me illius intelligentiam in Leuitico non assequutum, nam ita ego digero 12. prohibitiones Leuiticas. ¶ In Germanico posueram figuram cõsanguinitatis & affinitatis simul viri & vxoris: sed quia experimento didici, eam vix paucis fuisse intellectam, ideo in alium ordinem redegi, & hanc præscribo pro viro solo.

	Matertera	5	Mater		6 Amita
			1		
Viro non est ducenda.	Patrui vxor	7	Petrucius		4 Nouerca
			2		
	Fratris vxor	8	Filia		3 Soror
			11		
	Vxoris soror	9	Neptis		10 Priuigna
					12 Neptis

ALIA FIGVRA PRO MVLIERE.

	Patruus	5	Pater		6 Auunculus
			1		
Mulieri non sit vir	Amitæ vir	7	Berta		4 Vitricus
			2		

Sor

	Sororis vir	8	Filius	3	Frater
			11		
	Viri frater	9	Nepos	10	Priuignus
			12 Nepos		

¶ Inter cætera Ambros. etiam sic inquit ad Paternum, Si diuina te prætereunt, saltem imperatorũ pręcepta, à quibus amplissimum accepisti honorem, haud quaquam prætereire te debuerunt, nam Theodosius imperator etiam patrueles, fratres & consobrinos vetuit inter se coniugij conuenire nomine (Iustinianus tamen permittit instit. de nuptiis. para. duorum, quia obrogauit codicem Theodosianum de Iustin. c. confir.) Quid multa: cum iam antea inter consanguineos sit naturale illud vinculum amoris, non est quod quæratur aliud nouũ, ne forte succus ille natiui amoris arescat. Cæterùm priusquam hæc omnia finiamus, summatim colligemus personas in lege prohibitas. *Ambros.* *Iustin.*

¶ Viro enim duodecim personę erant interdictæ, cum quibus ei non licebat matrimonium contrahere.

1 Mater sua,	7 Patrui sui vxor,
2 Filia,	8 Vxor etiam fratris,
3 Soror,	9 Vxoris suæ soror,
4 Nouerca.	10 Priuigna,
5 Matris suæ soror,	11 Neptis sua,
6 Soror patris,	12 Vxoris suæ neptis

¶ Mulieri quoque inhibitæ fuerunt totidem personæ, quia non poterant nubere.

1 Patri suo,	4 Neque vitrico,
2 Non filio,	5 Sed ne patruo.
3 Neque fratri,	6 Nec auunculo.

7 Neque ei qui patris sui sororem habuit vxorem.
8 Neque sororis suæ marito.
9 Nec mariti sui fratri.
10 Ac nihilo plus filio sui mariti.
11 Neque nepoti.
12 Nec mariti sui nepoti.

¶ Multo tamen plura includit lex ecclesiastica, quoniam ibi non nepotes tantum, sed & pronepotes numerantur & vltra, atq; ex parte matris nõ tantum amita, sed & liberorum illius, neptes & proneptes. Deinde non solum auus & auia, verum etiam proauus & triauus, sicut hæc omnia perspicue

cernuntur in arbore consanguinitatis & affinitatis, Ioannis Andreæ, neque operæpretium illis hic longius immorari, quoniam & molestum fuerit & non perinde frugiferum.

¶ Sed vt tandē rem hanc finiamus, cōsultum videtur, nōnihil & de benedictione coniugū adiicere, simul atque enim ex cōsuetudine cuiuslibet diœcesis copulantur sacerdos sic ait, Matrimonium per vos contractum ego confirmo in nomine patris & filij & spiritus sancti. In quibusdam diœcesibus, benedictio illa super coniuges dici solet proforibus templi, atque hoc fere magis abseruatur. ¶ In aliis locis fieri solet hoc post officium missæ, quando & psalmum, Beati omnes, legit sacerdos, & subdit orationem dominicam, cum illis versibus. Saluum fac seruum & ancillam tuam. R. Deus meus sperantes in te. Mitte eis auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eos. Esto eis turris fortitudinis. R. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Hinc subiungit aliquot collectas, quæ non in omnibus diœcesibus æqualiter obseruantur, communiter tamen dicitur illa, Omnipotens sempiterne Deus, multiplica super nos gratiam tuam, & fideles tuos, quos hodierna die sacris ecclesiæ tuæ liminibus putamus, ab omni peccato propiciatus absolue. Omnipotens sempiterne Deus instituta tuæ prouidentiæ pro fauore prosequere, & quos legitima societate connectis, longæua pace custodi, per Christum dominū nostrum, Amen. ¶ Postea propriam orat collectā super sponsam dicens, Oremus. Deus qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta creasti, & qui dispositis vniuersitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt fœmineo corpori de virili dares carne principium, docens quòd ex vno placuisset institui, nunquam liceret disiungi. ¶ Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt Christi & ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum, respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda cōsortio, tua se expetit protectione muniri & cæ. sit amabilis vt Rachel viro suo, sapiens vt Rebecca, lōgæua & fidelis vt Sara, sit verecūda grauis, pudore venerabilis, doctrinis cœlestibus erudita, sit fœcunda in sobole, probata & innocens in opere, & videat filios filiorum suorum vsque in

Benedictio coniugum.

Collecta.

Gene. 2.

Genes. 29. 27. & 22.

Alia oratio.

in tertiam & quartam generationem, & ad optatam peruenire senectutem, per Christum dominum nostrum, Amen.

Alia.

¶ Deus † Abraham, Deus † Isaac, Deus † Iacob benedic adolescentes istos, & semina semen vitæ æternæ in mētibus eorum per Christum. Respice domine super hanc coniunctionem per angelum tuum Raphaëlem, vt sint sani digni, & pacifici, atque tua benedictione perfusi, per Christum. Benedic domine de cœlis hanc conuentionem, & sicut tu misisti sanctum angelum tuum Raphaëlem ad Tobiam & Saram filiam Raguelis, ita digneris domine mittere benedictionem tuam super istos adolescentes, vt in tua charitate permaneant, & in tua voluntate cōsistant, in amore tuo viuant & senescant, ac multiplicentur longitudine dierum, per Christum dominum nostrum.

Tob. 1.

Alia.

¶ Bene † dicat vos pater & filius † & spiritus † sanctus, qui trinus est in personis & vnus in essentia: ille multiplicet semen vestrum, & augeat incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt cum iustis & Deum timentibus secure astare mereamini in die domini, Qui viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

¶ Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus sit semper vobiscum, ipse cōiungat vos, impleatq; benedictione suam in vobis. Benedictio † Dei patris † & filij † & spiritus sancti descendat super vos & maneat semper, Amen.

¶ Deinceps aspergendo vtrūque aqua benedicta, dicit, Angelus domini bonus comitetur semper vobiscum, Amen.

Lapsi Lutherani.

¶ Etsi igitur Neochristiani huic sacramēto summū subtrahunt honorem, dum negant esse sacramentū, quod eis elapsum est primum non satis perspicientibus, nunc enim Lutherani omnes & perfidi apostatæ cuperent se id nunquam cogitasse, quoniam iam ordinem cōiugalem summis efferūt laudibus. ¶ Itaque cum principio benedictiones huiusmodi & orationes in copulatione matrimoniorū (sicut in refutatione ordinationis nouæ Brandemburgensis Marchionatus superioris in Franconia, & Nuremburgensis ipsi monstrauimus) cum aliis ecclesiæ cæremoniis omnibus pro ludibrio haberent, deinceps tamen re melius cōsiderata, benedictiones illas rursus ab ecclesia velut furtim mutuarunt. Insuper in quibusdā locis vltra has nostras cōfinxerunt ipsi multa alia deliramenta, sicq; temere sua somnia pro præceptis iactitant, & simplicibus inculcare conantur, volentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

suas nugas obseruari ab omnibus, ordinationes autem christianorum plus mille hactenus annis seruatas reiiciunt & cõtemnunt. ¶ Vt quid domine differs? Quid ita permittis homines in tam cæcam prolabi insaniam? Da domine & concede illis errorem suum agnoscere, agnitúmque deserere, & ecclesiæ tuæ sanctæ iugiter adhærere. 6 Cæterùm quia Catabaptistæ nihil omnino tribuũt benedictioni coniugum, sicut & quidam Lutherani ab initio sequentes errorem Vuicleph erant in eadem sententia, paucis hoc quoque confirmabimus ex sacris literis & probatis cõstitutionibus, præter vsum multis iam seculis receptissimè approbatum. Principio enim Deus matrimonium benedixit, iuxta illud quod dicit Moyses, Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos, benedixítque illis Deus. Obseruatũ hoc ita est deinceps in cõtinuo vsu, quod etiam Tobias confirmat, nam cùm illi Raguel formosam & piam filiam suam Saram coniungeret, apprehensa vtriusque manu dextra sic dixit, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse cõiungat vos, impleátque benedictionem suam in vobis. Neochristiani autẽ qui abrogare conãtur omnes ecclesiasticas benedictiones, putant hęc tanquam ex veteri testamento desumpta nõ ligare nos christianos ex euidẽti & necessario præcepto quibus cõtra obiiciamus nos & liberè profitemur, hoc semper cõstanti vsu fuisse in ecclesia obseruatum, atque à sanctissimis viris seruare præceptum: sic enim constitutũ in sancto cõcilio Aphri. 4. Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel paranymphis offerantur, qui dum benedictionem acceperint, eadem nocte pro benedictionis reuerentia in virginitate permaneãt. ¶ Longè etiam antea in ipsa adhuc ecclesia martyrum Euaristus papa, qui circa annum octogesimum à Christi ascensione rexit ecclesiam, inter reliqua scribens ad episcopos Aphricanos sic ait, Custoditum & traditũ habemus, vt vxor legitimè viro iungatur. Aliter enim legitimum, vt à patribus accepimus, & à sanctis apostolis, eorúmq; successoribus traditũ inuenimus, nõ fit coniugium, nisi ab his qui super fœminã dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus propinquioribus sponsetur, & legibus detur & suo

Fiat fiat domine.

Benedictio nuptialis probatur. Gene. 1. Tob. 7.

Prima nocte virginitas seruetur.

Euarist⁹.

suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cũ precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur. Docet deinde, quomodo ad biduum vel triduum debeant insistere orationibus, & castitatem seruare, vt hinc pij nascantur liberi, qui etiam Deo placeant in operibus suis. ¶ Ecce quomodo ante mille quadringentos annos Euaristus affirmat in vsu fuisse consuetudinem hanc benedicendi. ¶ Præterea concilium Lugdunense non dissimile statuit in hunc modum. Nulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimũ gradum vxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis (qui autem nupturi, erunt à sacerdote benedicti) nubere audeant, nec aliter præsumant. Testatur & idem August. in quæst. noui & vete. testa. dicens, omnia quæ facta sunt, Dei nutu multiplicata & meliorata sunt super terram, nec enim aliter posset accidere, quàm Dei voluntas & benedictio decreuit seminibus. Et infrà, Cuius rei traditio in synagoga manſit & nunc in ecclesia celebratur, vt dei creatura sub Dei benedictione iungatur. Inducit ibidem multa per totum caput, quæ ad matrimonium pertinent, affirmat etiam ibi Petrum fuisse principem apostolorum, & quòd non liceat sacerdotibus vxores ducere, meminit & Saxonicię &c. Similiter quoque Ambrosius ad sanctum Vigilium primum episcopum Tridentinum sic scribit, Cum ipsum coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest dici coniugium, vbi non est fidei concordia? ¶ Sed vt finiam, Siricius in Cant. 4. ad episcopum Taraconensem sic ait, Illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit apud fideles cuiusdã sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur. Dominus Deus det coniugibus suam pacem & gratiã in præsenti, gloriam quoque æternam in futuro, Amen.

35. q. 3. *nulli.*

C. 127.

Epist. 70

CONCLVSIO OMNIVM HOMILIARVM DE SACRAMENTIS.

AVDISTIS hactenus dilectissimi in domino de singulis septem sacramentis Ecclesiæ, quæ nobis sua immẽsa pietate & misericordia motus dominus Iesus reliquit in medio animarũ nostrarum ad augmentum & incrementum gratiæ diuinæ: omnia enim illa sacramenta virtutem suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersam & efficaciã obtinent ex merito passionis & mortis Christi, ex eius pretiosissimo sanguine, in salutem nostram atque redemptionem profuso, quoniam teste Paulo, *Heb.2.* lex euangelica confirmata est in nobis, quam Deus testatus est signis & portentis, variisque virtutibus & diuisionibus spiritus sancti secundum suam voluntatem. Eam nimirum spiritus sancti gratiam distribuit ille per sacramenta, quæ eodem censentur numero septenario, scilicet quo dona illius. Siquidem Christus ipse redemptor est idemque saluator, qui facit prodigia & signa, signa sacramentorum, quæ *Dan.3.* vtique iuxta testimonium Danielis pronuncianda & passim sunt prædicanda, & tanto quidem magis quanto præstantiora sunt, gratiámque vberiorem conferunt quàm sacramenta veteris legis, sicut iuxta promissionem diuinam *Hebr.7.* tandem consummatum esse testatur Paulus. Atque hoc pe- *Eccl.36.* tijt Sapiens ille à domino cum diceret, Innoua signa, immuta mirabilia, & glorifica manum & brachium dextrum. Quid aliud est innouare signa, nisi ex sacramentis veteris legis facere noua, ex circuncisione baptismum, ex agno paschali verum Christi corpus, ex vnguento sacro vnctio- *Heb.10.* nem extremam, &c. Lex enim vmbram tantum habuit fu- *Luc.10.* turorum bonorum, ideoque tam leuita quàm sacerdos legalis præterijt, donec veniret Samaritanus Christus dominus. qui & infudit vinum cum oleo in vulnera hominis saucij, ipsumque imposuit super iumentum gratiæ suæ, quam nobis concedat omnibus Deus in secula benedictus, & post hanc vitam, gloriam immortalitatis æternæ,

Amen.

FINIS.

REGESTVM HOMILIARVM HVIVS QVARTI TOMI DE SACRAmentis per Eckium.

PRIMA Homilia de sacramentis in communi. 3
2. De causis cur instituta sunt sacramenta. 6
3. De sacramenta legis & circuncisione. 8
4. De sacramentis noui testamenti in communi. 12
5. De eodem. 14
6. De numero sacramẽtorũ. 17
7. De baptismo Ioannis. 19
8. De baptismo in euãgelio. 23
9. De baptismo aquæ. 26
10. De forma & ministro baptismi. 28
11. De baptismo paruulorum & aliis. 31
12. De baptismo adulti & eius efficacia. 33
13. De charactere baptism. 37
14. De solennitate præcedente baptismum. 40
15. De eodem. 43
16. De baptismo in se. 45
17. De immersione & vnctiõe baptizatorum. 48
18. De suscept. seu patrinis. 51
19. De statis tẽpo. baptismi. 53
20. De laude & sanctitate baptismi. 55
¶DE CONFIRmatione.
21. De chrismate & eius benedictione. 59
22. De consecratione. 61
23. De forma & effectu confirmationis. 64
24. Cõfirmationem esse sacramentum. 66
25. De institutione confirmationis. 69
¶De eucharistia.
26. De figuris Eucharist. 74
27. Eucharistiam offerri in missa. 80
28. De eodem. 77
29. Diluuntur obiecta contra missam. 80
30. Transsubstantiatio probatur. 82
31. Obiectiones contrariæ soluuntur. 86
32. De Concomitantia. 92
33. Non esse necessariam sumptionẽ subvtraque specie. 95
34. De eodem. 97
35. De cõmunione sub vna specie. 101
36. Diluuntur obiectiones Calicearium. 103
¶De Pœnitentia.
37. De sacramento pœnitentiæ & eius origine. 107
38. De pœnitẽ. & eius par. 110
39. De contritionis initio. 112
40. De timore seruili. 115
41. De confessione. 127
42. Confessio fundata in sacris literis. 120
43. Confessio semper fuit in ecclesia probatur per doctorẽ, 123

44. De proprietatib. confess. 126
45. De confessione bis facienda in quadragesima. 129
46. De confessione circūstantiarum, & quod sit occulta. 132
47. De iteratione cōfessionis. 135
48. De absolutione sacerdotali. 139
49. De satisfactione. 145
50. Adhortatio ad pœnitent. 145
51. Christus pro nobis satisfecit, sed adhuc egemus pœnitentia. 151

DE EXTREMA vnctione.

32. De sacramento vnctionis in generali. 154
53. De testimonio. S. Iacobi. 157
54. De materia & forma huius sacramenti. 161
55. De ministro huius sacramenti & suscipiente. 164
56. De recipiente sacramentum, & de membris. 167
57. De fructibus huius sacramenti. 169
58. De eodem. 173

DE SACRAMENto ordinis.

59. De sacramento ordinis in generali, & de sex potestatibus ecclesiasticis. 177
60. Ordinem esse sacramentū. 181
61. Gratia datur in ordinatione. 184
62. Diluuntur obiecta Lutheri. 187
63. De variis gradibus sacramenti ordinis. 191
64. De consecratione subdiaconi. 195
65. De consecra. diaconi. 197
66. De consecratione presbyteri. 200
67 Episcopum esse super sacerdotium. 204
68. Episcopatum esse ordinē, & quomodo cōferatur. 208

DE MATRImonio.

69 De tribus erroribus circa matrimonium. 213
70. Contrahere sine peccato. 216
71. Matrimonium est sacramē tum. 222
72. In sacramento datur gratia. 226
73. De eodem. 229
74. Diuortiati nō possunt contrahere primis viuētibꝰ. 232
75. De eode m. 236
76. De gradibus consanguinitatis. 240
77. De eodem. 246
¶ Omnes Homiliæ.

INDEX ALPHABETICVS NOTABILIVM TOMI QVARTI.

A
¶ Aaronis sacerdotium trāslatum. 141
Absolutio nō debet diuidi. 129
Absol

Absolutio est sacramētum pœnitentiæ. 142
Absolutionis forma. eodem
Absoluēs oret p absoluto. ib.
Absolutio Lutherana aduersatur sacramento. 142
In absolutione imponere ma. ibidem
Absoluere ab excommunicat. 143
Absolutionis abusus. 142
Acholitatus ordo. 194
Adulterium est furtum. 237
Aeneus serpens. 14
Aeriana hæresis contra episc. 28
Anima in morte debi. 171
Apostolorum electio. 182
Apostolorum dona. 189
Aqua benedicta. 14
Artificibus infudit Deus artem pro templo. 186
Authoritas Ecclesiæ. 103
B
¶ Baptismus melior circunci sione. 9
Baptismi figuræ. 19
Baptismus Ioannis. 20
Baptismus in igne. 22
Baptismum prædixerunt prophetæ. 23
Baptismi institutio. 24
Baptismus triplex. 25
Baptismus quid sit. 26
Baptismi materia. 27
Baptismi forma. 28
Baptismi minister. 29
Baptismus Zuinglij non est sacramentum. 30
Baptizari quis debet. eodem.
Baptismi virtus. 32
Baptismi effectus inæqualis 34
Baptismi ordo & vsus. 35 & sc.
Baptismi tempora antiquitus. 36
Baptismi benedictio. 37
Baptismo ter immergimus. 48
Baptismi sanctitas. 42
Baptismus paruulorum. 43
Baptismalis vestis. 49
Baptismo adsunt patrini. 51
Benedicere fœcūdas nup. 218
Alicearij perdiderunt Christum. 99
¶ Vide communio.
C
Candelabrum templi signat. 192
Canon missæ. 80
Catechismus in ecclesia. 30.31
Cæreorū vsus in templis. 194
Cœlum quomodo fuit clausum. 140
Cæremoniæ ve. le. partim ma. 12
Character imprimitur signū. 78
Character imprimitur in tribus sacramentis. 39
Charitas expellit timorem. 113.115
Circumcisio fuit sacramentū. 10
Circunstantiæ peccatorum cōfitendæ. 132.133
Cistertiensis ordinis statutum de iteranda confessione. 136

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTVS.

Non omnes docet vt Zuinglius vult. 190
Est Samaritanus. 3
Est baptizatus. 22
Per se obtulit. 77
Est agnus paschalis. eodem.
Oblatus in cruce. 85
Instituit omnia sacramẽta. 13
Satisfecit pro nobis. 151
Passio eius nõ in omnibus efficax. eodem
Tulit peccata mundi. 152
Merita passionis suæ distribuit. eodem
Christiani non omnes sunt sacerdotes. 190. & seq.
Christiani oẽs sunt vnct. ibi.
Chrisma in duab. vnctioni. 63
Chrisma ex oleo & balsamo. 59
Chrisma debet esse consecratum. 61
Claues non fuerunt in veteri testamento. 139
Claues sunt ecclesiæ. 140
Claues sunt plures. 141
Claues scientiæ & potestatis. eodem
Claues remittũt peccata. 142
¶ Confessio.
Fuit in lege naturæ. 118
Fuit semper interna ab initio. eodem.
Fuit in lege Moysi. eodem
Sancti Ioannis vsu. 129
Publica quæ fuerit. 118.119
Priuata fuit ante publicã. eo.
Confessio christianorum non septim dicatur auric. 120
Confessio instituta à Christo. 121
Probatur ex Ioan. Iacob. & Luca. 122
Probatur ex figuris. 123
Probatur ex conciliis & pap. 124
Fiat de omnib⁹ mortalib. 126
Et de manifestis. eod.
Confessio fiat deliberate. 127
Fiat scrutiniũ cõscientiæ. eod.
Sit amara. 128
Sit humilis. eodem
Integra. eodem
Bis fiat in quadragesima. 129
Non differatur. 130
In vltimo vitæ periculosa. eo.
Si fiat statim post peccatum subtilis. 131
Quãdo quis tenetur confi. eo.
Confessio circunstãtiarũ. eod.
Confessionis sigillum. 134
Quando sit reiteranda. eod.
Quid prodest confiteri prius confessum. 135
Obiicere aliquid in confessione malum. 138
An catholici iã vereãtur confiteri in ciuitatib. Luth. 137
Monastici prolixe cõfitentur. 125
Confessio venialiũ bona. eod.
¶ Confirmatio.
Est instituta à Christo. 67
Forma confirmandi. 64
Articuli ante confirma. eod.
Effect⁹ & virt⁹ sacramẽ. 64
Confirmatio est sacrament. 65
Cõfirmant solũ episcopi. eod.
Olim in ea dabatur spirit⁹ sanctus visibiliter. 67
Institutio huius sacramẽti. 70
Quando confirmatio sit præcepta. 71
Quo excellit baptismum. 74
Cõfirmatio nõ contẽnatur. 75
Cochleus fundate scripsit pro cõmunione vnius speciei. 106
Columba super Christo nõ fuit sacramentum. 18
Cõcilijs tenemur obedire. 102. 103
Comunio sanctorum quid sit. 112.113
Communio sub vtraque specie. 96.97
Cur olim fuerit permissa. 98
Cur vna species præcepta. 98
Nulla suspicio mala in hoc præcepto. 101
Vna species nõ est cõtra scripturas. 102. Cur in missa sumitur vtraque species. 105
Cõciliũ Constãtiẽ. & Basiliẽ. prohibuerũt ne vtraque species detur laicis. 102
Decretũ Cõstãt. renarrat. 102
Cõtritio ẽcipit à timor. 112.113
Crux sctã expellit diabo. 175
Dei operæ augentur cum tempore. 120
D
¶ Diacon⁹ põt prædicare. 198
Diaconatus ordo. 107
Diaconi officium. 198
Figura eius quæ præcessit. 199
Officio illo vsus Christus. 199
Articuli prælecti ordinã. 198
Diaconi castitatẽ vouẽt. 200
Disputare de fide coram plebe malum. 19
Diuortium cõiugũ. 242. 216. per totũ. Vide matrimoniũ.
Doctrina spũs est interna. 191
Dubitare de absolutione aliquando est malum. 136
E
¶ Ecclesia plus quàm scriptura. 103
Ecclesiæ autoritas. 103
Electio episcopi à plebe non est de iure diuino. 190
Electio cur sit ablata à plebe. ibidem.
¶ Episcopus.
Ordinatio eius. 210
Est superior sacerdote. 204
Amat sacerdotes. 206
Episcopi dicebantur olim sacerdotes. 209
Forma ordinationis eius. 210
Euangelium cur imponitur capiti episcopi. 210
Episcopalis baculus & annulus. 210
¶ Eucharistia.
Figuræ eius in vete. test. 75
Est sacrificium. 78
Vsus eius quadruplex. 82
Eius miracula. 87
Panis substantia non manet. 96
Eleuetur in missa. 91
Cur dicitur panis. 90.92
Veneratur cum processione. 92
Adoratur à fidelibus. 93
Continet in se quatuor. 94
Erroris de eucharisti. 190
Est signũ pignoris. 104.105

Universidad de Deusto
Biblioteca

Efficacia & virtus huius sacramenti. 105
Eucharistiæ fures q sint. 106
Exorcismus in baptismo. 42
Exorcistatus est ordo. 194

F

¶ *Fides ecclesiæ.* 51
Fides infunditur à deo. 45
Fides non est magna sine operibus. 113
Fides nõ remittit peccatũ. eo.
Fidei vnitas res magna. 102
Figuram ve. test. cuiuslibet sacramẽti, circa illud reperies. 103

C

¶ *Genouefæ oleum non sacramentum.* 164
Gentilis non peccat in matrimonio cæt. par. 224

H

¶ *Hebionitæ hæretici primi post Capharnaitas.* 100
Hæretici omnes mendaces. 111
Hæretici caues. 157

I

¶ *S. Iacobi epistola est apostolica.* 157
Eadem est catholica. 158
S. Iacobus non errauit vt mentitur Luther. 159
Ianitoris ordo & ordinatio. 196
S. Ioan. quomodo baptizauit Christum. 21
Imperator seruit pontifici in missa. 197
Impositio manuũ confert gratiam. 64.65
Indulgẽtiarũ fundamẽtũ. 65
Infirmus difficulter vere pœnitet. 27.28
Infirmus non iniungata pœnitentia. 131
Iudæorum paruuli an sint baptizandi. 32
Iudæi non sunt compellendi ad fidem. eod.
Iudæi baptizati non contemnantur. 34

L

¶ *Laici non sunt plus sacerdotes quàm olim Iudæi.* 188. 189
S. Laurentius ministrauit calicem. 164
Lectoratus ordo cum attinentibus. 190
¶ *Luther.*
Mentitur contra Christũ. 111
Sui sacerdotes nolunt dicere missam sine cõmunicãte. 105
Eius cæcitas. 148.149
Eius mala conscetudo. 148
Cur aduersetur S. Iacobo. 158
Nescit quis sanctus Iacobus scripsit epistolam. 158
Ignorat Bibliam. 159
Nescit scholasticos doctores. 160
Semper sibiipsi contrarius. 161
Luther pollicetur suis falso immortalitatem. ibidem
Reiicit doctrinam ab homine. 193. 194
Lacerat scripturas. 190
Sanguinem sitit humanum latro. 191. *Reiicit contritionem.* 117
Impie reiicit pœnitentiam & satisfactionem. 145.156
Luther quæ damna intulit Germaniæ. 191

M

¶ *Maria non vncta.* 168
Melanchtho grammatici error. 112
Memmingẽ. vicini s. ducti. 81
Mutatio formæ baptismi. 28
¶ *Missa.*
Est sacrificium & donum Dei. 77 *per totum.*
Non est cœna. 79
Est sacrificiũ & recordat. 80
Cessabit tpe Antichristi. eod.
Non est testamentum. 84
Est opus bonum. 85
Sæpe celebrare missã bonũ. 83
Missæ vtilitas. 85

N

¶ *Nathinæi.* 196
Nestoriani. 100

O

¶ *Offerre simul quis potest & communicare.* 86
Oleum triplex consecratur. 62
Opa bona redeũt in pœnit. 113
Opera bona sut meritoria. 149
Opera meritoria. 153
Oleum vnctionis sanctum. 60
¶ *Ordo.*
Ordo est sacramentum. 178
Ordo confert gratiam. 179
Ordines sunt septem. 193
Cur iam non ministrãt 4. minores ordines. 212

P

¶ *Panis benedictus.* 15
Panem benedicere dominico die. 193
Panis qnintuplex in scriptura. 90
Paruulorum baptisma. 33
Paruulorũ fides in baptis. 38
Parabaptistæ. 41
Paschæ lu inter pares. 102
Patrini in baptismo. 51. 52. 53
Petrus primus missam celebrauit. 86
Sanctus Paulus à Deo electus in apostolum. 183.184
Paulus ordinat⁹ ab hoĩb⁹. 183
Paulus prius dictus Saul⁹. 126
Verba de matrimonio ponderantur. 222. *per totum*
Pœna remittitur simul cũ culpa. 150

POENITENTIA.

Est à Deo. 108
Ab ea incepit prædicare Christus, Ioãnes & Petrus. ibi.
Pœnitentia duplex. 108
Causa pœnitentiæ. 109
Pœnitẽtia est op⁹ iustitiæ. 110
Quatuor habet operatiões. ib.
Pœnit. tres habet partes. iij.
Triplex pœnitentia fuit in ecclesia. 119.128
Pœnitentia in extremis periculosa. 131
Potestates sex ecclesiasticæ. 179
Presbyteri ordinatio. 201
Presbyterorum matrimonia. 206
Presbyter est mediator Dei & hominum. 144
Presbyter consecrat cum ordinante. ibidem
Presbyterij figuræ. 201
Presbyterij dignitas. 201

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prælatis ecclesiæ non est resistendum. 102
Prælati sunt honorandi. 184
Per prælatos habemus virtutem ecclesiæ 190. per totum.
Pueri seruēt pmissa patri. 53

R

Registrum peccatorū. 128. 129
Religiosi prolixe cōfitētur. 135
Reuelationes Dei non oportet contemnere. 183

S

Sacerdotiū est translatum cū lege. 177. 178
Sacerdotes qūo eligantur. 178
Sacerdotij pactū cū Deo. 179
Sacerdotes cur dicti presbyteri
Sacerdotes honorādi. ibidem
Sacerdotum pluralitas. 203
Sacerdotes nō sunt omnes christiani. 201
Sacerdotes dignos eligere. ibi.

SACRAMENTVM

Sacramentum est medicina. 4
Sacramenti vocula. 4
Sacramentum ethnicum. 5
Sacramentū ecclesiæ triplex. 5
Karlstat impie vertit in selzerment. 5
Sacramentum dicitur iusiurādum. 5
Sacramentum mysterium. 5
Sacramentis Deus virtutem suam non alligauit. 6
Sacramentorum causæ. 10. 7
Sacramenta nō fuerunt in paradiso. 9
Sacramēta legis naturæ. ibid.
Sacramentorū veteris & nouæ legis differentia. 11
Sacramentum quid sit. 12
Sacramenta sunt à solo Deo. 13
Sacramēta ex vulneribus christi. 13
Sacramenta sunt septem. 17
Sacramēta dāt septē virtutes contra septē infirmitates. 17
Sacramēta cōferūt gratiā. 19
Sacramentū instituere potuit sol Christus. 14. 64
Sacrificium spiritus. 79
Sal bñdicere catholicū. 15. 16
Samaritanus est custos 4
Satis factionis obliuisci. 137
Satisfactio respicit pœnā peccati etiā culpa remissa. 147
Satis facere potest in peccato existens. 153
Satisfacere quis potest de vno peccato sine alio 154
Satisfacere potest quis eodē actum & mereri. ibidem
Sanctorum cōmunio. 111
Septenarius numerus 16
Septem virtutes. 17
Sectæ perditionis quæ sint 145
Spes beatitudinis 110
S. Stephan⁹ fuit diaconus. 197
Forma eius ordinationis ibid.
Figura eius ibidem
Legit epistolam in missa.
Institutus est ordo iste à Christo.

T

Timor damnationis. 109
Timor duplex. 114
Timor pœnæ est etiā in iust. 15
Timor donū spirituſſan. 115
Timor initiū charitatis & pœnitentiæ 115. 116
Tonsuratus est ordo 203
Transsubstantiatio in Eucharistia 86. 87. 88

V

Vche doctor optime declarat communionem. 13
Virginitas non fuit laudabilis in veteri testamento. 217

¶ Vnctio extrema.

Vnctio sacramentum eius 155
Vnctio est sacramentum contra Lutherum. 155
Instituta est à Christo ibid.
Habuit figuras in veteri testamento. 156
Non habuit respōdens sacramentum. 156
Non significat sanitatem corpo. 159. 160
Datur solum in periculo mor. 160
Materia huius sacramen. 161
Non habet balsamum cōmixtu. 162
Oleū debet esse consecra. ibidē
Forma huius sacra. trip. 163
Vnctio & prolatio formæ simul fiant. 164
Minister huius sacrāmēti. 165
Diaconus non debet dare sed solus sacerdos. ibid.
Mortui non recipient hoc sacramentum. 156
Non impœnitentes ibid.
Non pueri vel fatui 67
Moriens vnctione non perfe. ibid.
Presbytero manus non inunguntur. 168
Quid cæcis & surdi. 16. 169
Quid de puerperis ibidem
Quę membra vngantur. ibid.
Vsus huius sacramentu. ibid.
Sacramentum illud est reitera. 170
Efficacia & virtus huius sacramenti. 170
Medetur venialibus. ibid.
Tollit partem pœnæ mortalibus debitæ. 172
Confert aliquando sanitatem corporis ibidem
Impedit diabolum & prestigia eius. 172
Errores & superstitiones in hoc sacramento. 174
Vsus in conferendo hoc sacramento. 175
Vngere baptizatum. 46
Vngere post baptismum 49
Vnguntur triplices personæ. 60
Vnctio sancta synagogæ. 60
Vnctio est sacramentum. 155
Sacramentum vnctionis institutum à deo 156
Vnctiones multæ christianorum. 155
Voluntarie pati meritorium. 111
Voluptas non omnis mala. 119

Z

Zuingliano more baptizati, nō sunt baptizati, sed rursus baptizandi. 31

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca